8°

P. Lat. 562

Durandus

JOAN. SIGISMUND. ZELLER,
Lib. Baro à Gleinſtetten, Dominꝰ
in Leiberſtorff, Epiſcopus Bel-
linenſis, Suffraganeus.



<36612272590014

<3

Ba

Digitized by Google

TRACTATVS DE MODO GENERALIS CONCILII CELEBRANDI,

Per GUILLELMUM D'URANDUM, Epiſcopum Mimatenſem Iuſſu Clementis quinti ſummi Pontificis editus, & Concilio Viennenſi oblatus.

Additi ſunt alij Tractatus illuſtrium Doctorum, de reparanda diſciplina Eccleſiaſtica, quos ſequens pagina indicabit. Item, ſubjungitur Concilium delectorum Cardinalium & aliorum Prælatorum de emendanda Eccleſia, S. D. N. D. Paulo tertio ipſo jubente conſcriptum & exhibitum, anno 1538.

Jo. Sigismun- dus Zeller L.B. Suffraganeus Cath. Eccle. et praepositus Frisingen. 1696

PARISIIS,

Apud FRANCISCUM CLOUSIER, Bibliopolam, in area Palatina, juxta ædes primi Præſidis, ad inſigne Beatæ Mariæ Virginis.

M. DC. LXXI.

CVM PERMISSIONE.

Digitized by Google

K. B. Hof- u. Staats-
Bibliothek
MÜNCHEN.

Digitized by Google

NOBILISS. AC ILLUSTRISS. VIRO

ACHILLI DU HARLAY,

COMITI DE BEAUMONT,

ET PROCURATORI

GENERALI.

Bayerische Staats-Bibliothek München

SCRIPTORES *qui te adeunt*, VIR ILLUSTRISSIME, *nondum ſimul nec ſub cujuſquam auſpiciis in lucem prodierunt: cum enim expectabant, ad quem nullum haberent acceſſum pravæ hominum cupidines, cum quibus bellum gerunt non minus grave quam*

Digitized by Google

diuturnum ; Dum enim adverſus hominum fraudes , corruptos mores & ambitum , veteris diſciplinæ caſtiſſimas invocant regulas , ingentem cupiditatis molem in ſe accendunt , & ſub tanto onere proculdubio oppreſſi rurſus in tenebris ac puluere jacere timerent , niſi magno animo , incredibili robore , ac ſumma integritate ſuſtentati , graviſſimum illud opus tentarent ; At quam fœlices ſibi exitus promittere audent , ſi patrocinium quod ſoli æquitati ac veritati concedere ſoles , piis conatibus non denegaveris ; nec ſibi defuturum timent , cum jam abundè ſentiant quantum laboris ac diligentiæ contuleris ut ſuæ expectationi fieret ſatis. Nefarium in rebus ſacris illi commercium damnant , in templis & Deo dicatis cœtibus priſtinam reſtitui diſciplinam poſtulant , eos caſtigant abuſus qui ſacrorum Canonum obnubilant majeſtatem. At cum hæc ſingula jamdiu ſis execu-

tus & in dies eorum executioni ſumma animi contentione invigiles ; cum veterum Conciliorum ſanctiones , ſacrorum jura Antiſtitum , & Eccleſiæ Gallicanæ libertates manu medica ac vindice adverſus audaces hominum auſus toties propugnaveris, illiſque priſtinum reſtitueris ſplendorem : habent ſolum quod cum omnibus eruditis tuæ fortitudini, integritati & ſummæ eruditioni gratulentur. Nobiliſſimæ gentis tuæ laudes , eximias ingenij tui dotes, quibus Harleos, Bellevreos & Thuanos repræſentas , ſtupendam illam (nec ſæculi noſtri) integritatis legem quam tibi impoſuiſti, qui ornato tentaret ſtylo commendare , tibi oneroſus foret ; quanto magis ieiunum ac rude meum dicendi genus, ſi hanc mihi aſſumerem provinciam? Unum interim à tua humanitate, tot authorum confirmatus authoritate, poſtulare non erubeſco, ne libello noſtro denegetur aditus inter

exquiſitos & innumeros libros ac codices quos ex univerſis Chriſtiani orbis partibus ſumma ſollicitudine, ingentes animi tui vires ponderans, omnium parentum optimus tibi paraverat, nec mediocrem induſtriam meam in tanto opere perficiendo dedignatus.

Tibi addictiſſimus & obſequentiſſimus ſervus.

FRANCISCUS CLOUSIER.

Digitized by Google

ELENCHVS TRACTATVVM.

Tractatus de modo generalis Concilij celebrandi, per R. P. D. Guilelmum Durandum, Juris Speculatorem nuncupatum, Mimatenſem Epiſcopum, mandato fœlicis record. Clementis Papæ V. Concilium Viennenſe celebraturi, editus.

Libellus Nicolai Clemangis Archidiac. Bajocen. Doctoris S. Theol. Pariſ. De corrupto Eccleſiæ ſtatu.

Libellus Reverendiſſimi Domini Petri de Alliaco Cardin. Camerac. De emendatione Eccleſiæ.

Concilium delectorum Cardinalium, & aliorum Prælatorum, de emendanda Eccleſia, S. D. N. D. Paulo III. ipſo jubente conſcriptum, & exhibitum.

Gentiani Herveti Oratio, de reparanda Eccleſiaſtica diſciplinæ, qua interpretatur ſextus canon Concilij Chalced. qui ſitus eſt diſtinct. 19. Gratiani, ex quo maxima.

Digitized by Google

PERMISSIO.

UT præli beneficio, in lucem prodeat liber, cui titulus eſt: *Tractatus de Modo Generalis Concilij celebrandi*, per GUILLELMUM DURANDUM Mimatenſem Epiſcopum, &c. aliis decoratus illuſtrium Doctorum tractatibus: Permiſi die 7. Januarij, anni 1671.

DE LA REYNIE.

Digitized by Google

DE
REPARANDA
ECCLESIASTICORUM
DISCIPLINA,
ORATIO GENTIANI HERVETI.

QVA EXPLICATVR SEXTVS Canon Concilij Chalcedonen. qui ſitus eſt in diſtinctione 70. Gratiani, ex quo maxima ex parte pendet reſtitutio lapſæ Eccleſiſticæ diſciplinæ.

Digitized by Google

Digitized by Google

EX IOAN TRITEMIO, Abbate Sphanhiemenſi de Eccleſiaſticis ſcriptoribus.

PEtrus de Aliaco, Epiſcopus Cameracenſis, & ſacroſanctæ Eccleſiæ Romanæ Cardinalis, Pariſienſis Gymnaſij quondam Cancellarius, præceptor Joannis de Gerſon, vir in divinis ſcrip. eruditiſſ. & in ſæcularibus literis, maxime in Philoſophia Ariſtotelica nobiliter doctus, ingenio excellens & clarus eloquio, declamator quoque ſermonum egregius, ſcripſit multa præclara volumina, quibus memoriam nominis ſui & ingenij poſteris reliquit. Claruit tempore Concilij Conſtanſienſis, cui etiam perſonaliter interfuit. Anno Domini 1416.

Digitized by Google

Digitized by Google

SANCTISSIMO D. N. PAULO Divina Providentia Papæ III. Reverendiſſimis ſacro-ſanctæ Eccleſiæ Romanæ Cardinalibus, Epiſcopis, Abbatibus, ac cæteris in Chriſto fidelibus, ad univerſale Concilium in Tridentina civitate celebrandum, convocatis. Philippus Probus Bituricus. H. S. D.

DIci facile non poteſt (Patres ampliſſimi) quàm ingenti fuerimus affecti lætitia, quum intellexerimus univerſalem illam Synodum apud Tridentum, ſupremæ Sanctitatis iuſſu convocatam eſſe, qua nihil haud dubie poſſit eſſe Chriſtianæ Reipublicæ utilius, nihilque magis neceſſarium ad extirpandas hæreſes, tollendaſque toto orbe effuſas in fide controverſias, & ad reformandos Chriſtiani piopul mores, meliorique formæ reſtituendos.

Digitized by Google

Neque enim dubitamus unumquemque veſtrum totis viribus elaboraturum, ut Eccleſiæ, Chriſti ſponſæ, omni ex parte, ſive in fide, ſive in moribus conſulatur. Ego vero ne ceſſatorem & otioſum in tanto agerem negotio, animum mecum verſanti, qua in re poſsim operam meam, quantulacunque ſit, huic rei tam ſalutiferæ vel abſens, præſtare commode: mihi in mentem venit, jamdiu incidiſſe in manus meas opus plane aureum & divinum: cui titulus eſt, De modo generalis Concilij celebrandi, à Reverendo quondam in Chriſto Patre Dom. Guillelmo Durandi Gallo, utriuſque cenſuræ facile principe, quemque noſtri Iuris conſulti Speculatoris nomine merito nobilitarunt: juſſu quidem (ut in præfatione operis teſtatur ipſe) fœlicis recordationis Clementis *Papæ quinti, Viennenſe* Concilium *celebraturi, editum. Dignum certe opus, quod omnium teratur manibus, quodque ob oculos omnium verſetur, ob multi jugam conditionem, & in quo contineantur omnia, quæ in* Conciliis *univerſalibus proponenda ſint & tractanda, & in his præſertim fidei tractatur negotium, quibuſque mediis infandiſſimum hæreticæ pravitatis crimen è* Chriſtianorum *animis eradendum ſit: quod proh dolor! multis iam retroactis annis, non ſine gravi animarum iactura, im-*

Digitized by Google

pune toto orbe graſſatur. Quamobrem, opus ipſum pro mea virili à mendis repurgatum, per Galeotum à Prato inſignem huius Pariſinæ civitatis Bibliopolam, pulchris & emendatis typis excuſſum, in lucem emittendum curavi, ad fidelium eruditionem, & illius in primis laudem, qui eſt trinus & unus Pater, & Filius, & Spiritus ſanctus: qui rem diu optatam, & omnium votis expetitam, ad ſui gloriam, & fidei augmentum, hæreſeωn extirpationem, & Chriſtianiſſimi regni dilatationem fideliter perducat. Et vos, Patres Reverendiſſimi, fœlices in ſua ſancta Eccleſia paſtores vigilantiſsimos conſervet. Pariſiis, anno à Partu Virgineo, milleſimo quingenteſimo quadrageſimo quinto, quintodecimo Calendas Aprilis.

S. D. N. D. PAULI DIVINA Providentia Papæ III. Bulla.

Sacri Oecumenici & generalis Concilij celebrandi, ſeu proſequendi. Cum revocatione ſuſpenſionis, aliàs ad tempus per S. ſuam declarandum factæ.

PAVLVS Epiſcopus ſervus ſervorum Dei ad futuram rei memoriam. Lætare Hieruſalem, & conventum facite omnes, qui diligitis eam. Gaudete cum lætitia, qui in triſtitia fuiſtis, ut ſugatis, & ſatiemini ab uberibus conſolationis ejus. Licet prophetæ verbis in hac noſtra ingenti, cumulataque lætitia quam de conciliata nuper inter chariſſimos in Chriſto filios noſtros Carolum Romanorum Imperatorem ſemper Auguſtum, & Franciſcum Gallorum Regem Chriſtianiſſimum, pace concordiaque concepimus, om-

Digitized by Google

nes, qui diligunt eam, frequentes ad Concilium convocare, ut ſecundum prophetæ promiſſionem, ſatientur ab uberibus conſolationis ejus. Etſi enim non dubitamus, hunc ſanctiſſimæ pacis nuntium, omnium animos, qui Rempublicam Chriſtianam ſalvam cupiunt, ingenti gaudio exhilaraſſe: ea tamen res, hoc nobis majorem lætitiam attulit, quo magis per tot annos, in hoc negotio componendarum controverſiarum, inter hos Principes laboravimus, & in eo præcipuam curam adhibuimus. Nam cum jam inde ab initio noſtri Pontificatus, magno cum animi dolore proſpiceremus, quæ mala ex inteſtinis Chriſtianorum bellis evenirent: quantus religionis contemptus in dies creſceret; nec contemptus ſolum, ſed tot præterea in ea diſſentiones, tam variæ opiniones & ſectæ, per omnes penè provincias Chriſtiani orbis, cum incredibili animarum iactura, ſpargerentur; quamque communis Chriſtiani nominis hoſtis Turcarum tyrannus, hac potiſſimum occaſione arrepta, viribus quotidie augeretur, ita ut propagatis finibus ſuis, magnam jam Imperij Chriſtiani partem occuparit: in id ſemper omni imprimis

Digitized by Google

conatu incubuimus; atque intenti fuimus, ut pacis conſilia inter hos duos potentiſſimos Principes, qui ſecum reliquam fere orbis Chriſtiani partem trahebant, agitaremus. Nec vero hac ſola pacis tractatione contenti fuimus: ſed ſimul cùm videremus diſcordias in religione ſubortas, non alio facilius remedio, quam œcumenico Concilio poſſe ſedari, & ad ſanam concordiam perduci: ſemper quidem Concilij celebrationem cum pacis negotio conjunximus. Neque unquam ſanè deſtitimus, cum hortando, tum monendo, Principum animos ad hæc conjunctim excitare. Quorum in altero, ita fuimus aſſidui, & vehementes, ut neque literis neque Nuntiis, quos frequenter hac de cauſa ad utrumque miſimus: neque Legatis è latere noſtro profectis: neque demum nobis ipſis pepercerimus. In altero vero, ſic omnes difficultates ſuperare conati ſumns, ut cum Concilium ſemel, atque iterum Mantuæ rimum, ac deinde Vincentiæ indictum, haberi his de cauſis, quas per alias noſtras literas tunc, deinceps datas ſignificavimus, non poſſet; Tamen nullo impedimento, nulla ratione adduci nos à

propoſito noſtro, in tam ſancto opere proſequendo, paſſi ſumus; ſed ſemper magna ſpe inſiſtentes alio loco invento, ad unum Concilij celebrandi finem, per multas difficultates licet, contenderimus: donec (ſicut Altiſſimo placuit) hic lætiſſimus dies illuxit, quo divino Concilio ac beneficio pace facta, erigi in magnam ſpem omnes decet, ut Reipub. Chriſtianæ res, quæ per bella attritæ, divulſæ, ac omnibus prope modis afflictæ erant, per concordiam jam curentur, & inſtaurentur. Quare huc ſtatim hoc nuntio accepto, omnia noſtra conſilia dereximus, partim inſtitutum noſtrum in eo ſequentes, qui ob hanc præcipuè cauſam, pacem ſemper optavimus, & quoad potuimus, procuravimus: partim conſilium Prophetæ, qui cùm nos ad inquirendam pacem hortaretur, ſtatim adjunxit: & perſequere eam. Nec vero nos poſſe melius vias pacis perſequi, quàm per portam Concilij, nobis certo perſuademus. Itaque cum ſuperiore anno œcumenicum & univerſale Concilium per noſtras literas, datas Romæ, undecimo Kalend. Iunij, anno Incarnationis Dominicæ milleſimo quingenteſimo quadrageſimo ſe-

cundo, Tridenti ultimo loco convocaſſemus, & ad eam civitatem ſtatuto tempore tres noſtros, & Apoſtolicæ ſedis Legatos etiam deſtinaſſemus, qui Epiſcopos, & cæteros Prælatos ad ipſum Concilium venientes, exciperent: ac reliqua, quæ ad ipſius Concilij celebrationem neceſſcria, ſeu opportuna forent, curarent. Cúmque in ea civitate ſeptem prope menſes expectando, fere ſoli permanſiſſent: paucis admodum comparentibus: propterea quod alij bellorum, alij itinerum pericula, alij alia impedimenta pro eorum excuſatione afferrent: inviti tunc nos quidem, ſed paterno tamen animo, prælatorum conſcientiis conſulentes, & difficultatibus temporum cedentes, neceſſario inchoationem ipſam Concilij diſtulimus, & in aliud opportunius, & commodius tempus, per nos declarandum, ſuſpendimus: datis de ea re literis Bononiæ, Pridie No. Iulij, Anno Incarnationis Dominicæ milleſimo quingenteſimo quadrageſimo tertio. Non ceſſantes interim, neque precibus ad Deum porrectis, neque iterata miſſione Legatorum noſtrorum, paci ipſi, ut ſemper feceramus, ſtudere. Poſtquam autem miſeri-

Digitized by Google

cors Deus ſua ineffabili pietate & clementia, noſtras, & Eccleſiæ ſuæ preces exaudire, & pacis donum nobis gratiſſimum atque optatiſſimum largiri dignatus eſt: quo dono præter cætera ſublata incommoda, Concilij quoque impedimenta remota ſunt: ut divinæ ejus majeſtati pro tali ac tanto beneficio ingentes gratias habuimus & habemus: ita etiam cunctandum non ſumus rati, quin ad tollendam Concilij ſuſpenſionem properaremus, ſperantes cum Dei gratia, omnes jam, qui Concilio ipſi intereſſe debent promptè ad locum deſtinatum acceſſuros, & operam pro ſe quoſque daturos, primum, ut diſcordiæ in rebus Religionis, quibus Eccleſiæ unitas miſere in partes ſcinditur, penitus tollantur, & oves errantes ad ovile dominicum reducantur. Deinde, ut ea quæ in populo Chriſtiano reformatione indigent, reformentur, & in meliorem formam reſtituantur. Poſtremo vero, ut communi omnium conſilio, atque auxilio, aliqua expeditio decernatur, qua & ea fidelibus recuperentur, quæ ab infidelibus occupata ſunt, & tot millia animarum, quæ quotidie ſub eorum jugo miſerabiliter pereunt, libe-

Digitized by Google

tura; quam tanquam diem lætitiæ ad proſequendum ipſum Concilium deputamus, ſub perjurii, & aliis tunc in literis indictionis expreſſis pœnis, perſonaliter, niſi forte iuſto detineantur impedimento, de quo fidem facere teneantur, aut eo caſu, per ſuos legitimos nuncios & procuratores, proſecutioni celebrationis ipſius Concilij, iam tunc faciendæ, omnino adeſſe, & intereſſe velint. Supradictos autem Carolum Imperatorem & Franciſcum Regem, necnon cæteros Reges, Duces, Principes, quorum præſentiam hoc pacis tempore Orhodoxæ Fidei, & Chriſtianorum ſaluti utilem fore ſperandum eſt, rogamus, & in Domino obſecramus, quatenus ipſi perſonaliter, quod valde cupimus, alioquin per Oratores ſuos idoneos, huic ſacro Concilio adeſſe, & uſque ad optatum illius finem aſſiſtere, & favere velint, quo tutius & liberius quæ ad tollenda in Religione diſſidia, & ad reformandos Chriſtiani populi mores, necnon ad ſuſcipiendam ſub ſanctiſſimo Crucis ſigno contra Infideles expeditionem, pertineant, Deo bene iuvante, in dicto Concilio conſuli, & tractari, ac demum confici, & ad opta-

Digitized by Google

rentur, ac ſerventur. Quorum trium capitum cauſa Concilium maxime eſſe neceſſarium ſemper duximus. Igitur cum impedimenta, quæ Concilii celebrationem antea retardare ſolebant, ſublata ſint: & bonam ſpem habeamus, quod tam ipſi Sereniſſimus Imperator, & Chriſtianiſſimus Rex, quam cæteri Chriſtiani Reges, & Principes, vel per ſeſe huic ſanctæ celebrationi ſint affuturi, vel ſaltem graves viros eorum Legatos miſſuri. Habita ſuper his cum venerabilibus fratribus noſtris ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalibus, matura deliberatione, de eorum Conſilio & aſſenſu, ſuſpenſionem prædictam per nos (ut præfertur) factam, Apoſtolica authoritate tenore præſentium tollimus & removemus, ſublatamque ac remotam eſſe declaramus. Omnes omnibus ex locis, tam venerabiles fratres noſtros Patriarchas, Archiepiſcopos, & Epiſcopos, quam dilectos filios Abbates, & alios quoſcunque, quibus jure, aut privilegio in Conciliis generalibus reſidendi, & ſententias in eis dicendi permiſſa poteſtas eſt, requirentes, hortantes, & admonentes, ut ad Dominicam quartam in Quadrageſima proxime fu-

Digitized by Google

tum exitum perduci poſſint. Nos enim, ut præmiſſa omnia ad eorum, quorum intereſt, notitiam deducantur, nulluſque de eis ignorantiam iuſte prætendere poſſit, aut ſe legitimè excuſare: Volumus, & dicta Apoſtolica Authoritate decernimus, quod præſentes literæ per aliquos Curiæ noſtræ Curſores, vel Notarios publicos, in Baſilica Principis Apoſtolorum de Vrbe, & Eccleſia Lateran. dum inibi multitudo populi ad divina audienda convenerit, palàm, & clara voce legantur: & lectæ, in earundem Baſilicæ, & Eccleſiæ ac cancellariæ Apoſtolicæ valvis, nec-non in acie Campi Floræ affigantur, ubi ad lectionem, & notitiam cunctorum aliquandiu affixæ pendeant: & cùm inde amovebuntur, earum exempla in eiſdem locis remaneant affixa. Quodque earum tranſumptis, manu notarii publici ſubſcriptis, & Sigillo alicujus perſonæ in dignitate eccleſiaſtica conſtitutæ, munitis, certa & indubitata fides adhibeatur, prout præſentibus literis adhiberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ. Nulli ergo omnino hominum, liceat hanc paginam noſtræ declarationis, requiſitionis, admonitionis, rogationis, obſecrationis, decreti

creti & voluntatis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum eius ſe noverit incurſurum. Datum Romæ apud ſanctum Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ milleſimo quingenteſimoquadrageſimoquarto, tertio Cal. Decemb. Pontificatus noſtri Anno undecimo.

Blo. El. Fulgin. B. Motta.

Digitized by Google

ANno à Nativitate Domini milleſimo quingenteſimo quadrageſimo quarto, Indictione ſecunda, die verò trigeſima & ultima menſis Novembris, Pontificatus Sanctiſſimi in Chriſto Patris & Domini Pauli divina providentia Papæ Tertij anno ejus undecimo. Retroſcriptæ literæ indictionis, intimationis, annunciationis, convocationis & obſecrationis, Concilij generalis palam, publice, alta clara & intelligibili voce in baſilica Principis Apoſtolorum de Urbe, dum ibi divina officia de mane celebrabantur,& magna populi multitudo congregata eſſet, de verbo ad verbum per me Joannem Roillard præfati Sanctiſſimi Domini noſtri Papæ Curſorem lectæ, & deinde affixæ & publicatæ fuerunt. Et ſucceſſivè eadem die in Eccleſia ſancti Ioannis Lateranen. etiam de verbo ad verbum ſimiliter hora Veſperarum per me eundem Ioannem lectæ, affixæ & publicatæ fuerunt. Et poſtmodum eadem die affixæ & publicatæ fuerunt in valvis, ſeu portis Cancellariæ Apoſtolicæ, & in acie Campi Floræ, dimiſſis in ſupradictis locis,per aliquod temporis ſpatium affixis, & deinde amotis, copiam earumdem literarum in quolibet loco ſupradicto, affigendo & dimittendo per nos Petrum Gomez & Joannem Roillard, prælibati Sanctiſſimi Domini noſtri Papæ Curſores.

Ita eſt, Petrus Gomez Curſor.

Ita eſt, Joannes Roillard Curſor.

Ita eſt, Theobaldus Tallart Magiſter Curſorũ.

Georgius de itinere Curiæ cauſarum Cameræ Apoſtolicæ Notarius de mandato.

Et eſt Sigillatum in fine Sigillo rotundo Cera rubea.

Digitized by Google

Venerabili fratri Archiepiſcopo Lugdunenſi, Paulus Papa III.

VEnerabilis frater, Salutem & Apoſtolicam benedictionem. Cùm nos, ut Chriſtiana Reſpublica aliquem fructum ex pace inter Sereniſſimum Cæſarem & Regem Chriſtianiſſimum noſtros in Chriſto filios cariſſimos, facta ſtatim colligere inciperet: univerſale Concilium in quarta Dominica proximæ futuræ Quadrageſimæ proſequi decreverimus, ſicut ex Bullæ noſtræ exemplo quod ad te mittimus, præſentibus alligatum, clarius cognoſces: hortamur te frater venerabilis, tibique injungimus: ut ipſam Bullam tam tuis ſuffraganeis, quam cæteris tibi metropolitico jure ſubjectis ad ipſum Concilium venire debentibus, notifices: ut habita Rei notitia id quiſque efficiat quod pro ſuo officio facere tenetur. Datum Romæ apud Sanctum Petrum, ſub annulo piſcatoris, die tertia Decembris, milleſimo quingenteſimo quadrageſimo quarto, Pontificatus noſtri undecimo.

Blo. El. Fulgin.

Digitized by Google

Authoris originis locus ponitur.

GVlielmus Durandus Speculator, Podomiſſone nobili Provinciæ oppido (quæ regio Galliæ Narbonenſis eſt Rhodano finitima) honeſto ſplendidoque inter ſuos loco, natus fuit. Quoniam vero non defuerunt, qui eum Italum dicerent, non abs re erit, quæ ipſe de patria ſua dicit, hoc loco commemorare: ut deinceps qui de hac re dubitant, ipſi potius Durando de ſe, quam aliis credant. Ejus verba hæc ſunt in Speculo, titul. de feud. §. ij. ver. Quod autem in Italia, nos autem Provinciales, nobiles feudatarios, vaſallos, plebeios vero noſtros, &c. Cæterùm eadem reperit verba in eo opere, cui Rationale divinorum officiorum titulus eſt. Meminit idem non in frequenter Podiomiſſonis, in Speculo (quod oppidum in Riverienſi diœceſi eſt) in eccleſia noſtra (ejus verba ſunt) de Podiomiſſone &c. Gallum præterea fuiſſe ingenuè fatetur Ioannes Aloiſius Thuſcanus, cameræ apoſtolicæ Auditor, in epiſtola ad Petrum cardinalem Tiraſonenſem, calci Rationalis divinorum officiorum adpoſita, his verbis: Gulielmo Durando fuiſſe ingenium fateor Gallicum, hoc eſt perſpicax, & ad omnia factum. Puer admodum, parentum ſtudio & diligentia, optimis præceptoribus atque eruditis operam dedit: idque effecit variis ac diverſis urbibus. Itaque illius ingenium (quod facile & avidiſſimum fuiſſe traditur in capiendis optimis diſciplinis) magna diligentia & incredibili ſtudio excultum eſt. Quumque celeriter omnibus artibus, quibus puerilis ætas

Authoris virtutes.

Digitized by Google

imbui ſolet, ita profeciſſet, ut æquales omnes ſuos doctrinæ laude longe præſtaret, velletque earum rerum cognitioni indulgere, quæ à philoſophis tractantur; amici qui eum honoratum videre cupiebant, ne talium rerum ſtudium eum longius ab honorum petitione abduceret, magnopere illi authores fuere, ne aliud ſibi eo tempore præter jus Cæſareum ac Pontificium diſcendum proponeret. Ex ejus enim artis ſtudio affirmabant fore, ut celeriter ad honores & ſummam gloriam perveniret: quorum precibus & hortationibus quum ſibi omnino parendum duxiſſet, annos permultos in eo ſtudio conſumpſit, evaſitque præſtantiſſimus. Henrico Hoſtienſi copiosè ſummo authore, qui in urbe Lugduno, nobiliſſimo totius Galliæ Comatæ emporio, in Dominicanorum æde ſepultus eſt, uſus eſt doctore: qui tum celeber juris erat interpres: ut adſerit in Speculi procemio, verſic. Noviſſimè autem. Quod Joannes Andreas in addition. ad Speculato. titul. de juridic. omni. judic. in fine titul. in verſic. diligenti. confirmat. Cognita deinde illius ſingulari doctrina, vitæque integritate, Mimatenſis epiſcopus factus eſt: ut liquet ex hujus operis procemio. Annum quoque trigeſimum quartum agens cauſarum ſacri conſiſtorij & Rotæ auditor delectus eſt: quod adfirmabat ipſe in titul: de appella. §. nunc brevit. verſic. Item juſta cauſa eſt &c. quantum juris civilis peritia valuerit, ex hoc conjicere eſt, quod cunctos ferme qui poſt illius ætatem in jure claruerunt, habere meruerit laudatores. Abbas in c. ſuſpicionis, in fin. de officio delega. dicit Speculatoris authoritatem eſſe maximam. Nec eum

Sepultura H. Hoſtien. hic ponitur locus.

Author ad honores promovetur ut hic.

Author à noſtris commẽdatur Doctoribus. dubitat Iaſon Inſt. de act. §. ſi quis, in fine. Patrem practices appellare: quem & Paulus de Caſtro in l. properandum. C. de judic. fuiſſe dicit rarum naturæ miraculum. Floruit (ut teſtatur in Speculi procemio) temporibus Clementis quinti & Innocentij quarti, quibus ob ſingularem probitatem, grave conſilium, admirandam doctrinam, magnopere acceptus fuit. Compoſuit perplura haud quaquam pœnitenda, quæ vulgo ſunt notiſſima, nos quam breviſſimè repetemus. Com-*Authoris Opera.* poſuit anno à natali Chriſtiano 1271. præclarum illud opus quod Speculum juris inſcribitur, in tres partes ſectum, Otthonibono Cardinali Ianvenſi, Innocentij quarti ex fratre nepoti, nuncupatum: qui & ipſe ſummus pontifex fuit. Sed diem quartum in ſummo illo pontificatu, immatura morte præreptus, non vidit. Edidit & opus illud, quod inſcripſit, Aureum Repertorium ſuper toto jure. Præterea duo opera, quæ indicant eum fuiſſe non modo humanarum legum doctiſſimum, ſed & in rebus divinis præſtitiſſe, & omnem Chriſtianæ Theologiæ diſciplinam maximo ſtudio coluiſſe, Rationale divinorum Officiorum, & excellentiſſimum opus, De modo generalis Concilij celebrandi. Multos annos latuit hoc poſtremum, quod compoſuit quum Clemens quintus Vaſco generale Concilium Viennæ celebravit, anno à Partu Virgineo trecenteſimo ſeptimo ſuprà milleſimum. Quo in Concilio bonam partem Clementinarum fecit. *Author Romæ ſepultus.* Obijt ætate jam edita, & in ſenium vergente Romæque (quemadmodum ipſe præſcripſerat) ſepultus eſt.

Digitized by Google

PRÆFATIO TRACTATVS.

Bona rei dare Concilium operatur ut hic.

SCribitur in Concilio Toletano, quod bonæ rei dare conſilium, & præſentis vitæ habetur ſubſidium, & æternæ remunerationis expectare cernitur præmium. 1. 2. q. 2. bonæ rei. Vnde cùm per ſanctiſſimum Patrem & Dominum noſtrum Dominum Clementem divina providentia Papam quintum, ſcriptum fuerit, & mandatum omnibus Archiepiſcopis, & Epiſcopis per ipſum ad futurum Concilium generale Viennæ evocatum, quod per ſe & per alios diligenter inquirerent, deliberarent, ſcriberent, & in ſcriptis ad dictum Concilium deferrent omnia quæ pro bono ſtatu Eccleſiæ, populi Chriſtiani, & exaltatione fidei eis utilia viderentur. Idcirco ego Gulielmus divina providentia Epiſcopus Mimatenſis, qui ſum requiſitus ſuper hoc & vocatus, conſiderans quod ſicut in majoribus eſt regendi & jubendi poteſtas, ita in minoribus eſt

Papa mandans dum ad Concilium prelatos vocat ut hic.

Digitized by Google

obſequendi neceſſitas : ut in decretis. 21. *diſt. quamvis.* §. *in his. cum cap. ſeq.* 8. *diſt. quæ contra mores.* 69. *diſt. bene quidem. extra de conſtit. Eccleſia ſanctæ Mariæ. & de reb. Eccleſ. non alienan. cum laicis. Et quod ſecundum Gregor. illud quod præcipitur, imperatur, & quod imperatur neceſſe eſt fieri : & ſi non fiat, pœnam habes.* 14. *quæſt.* 1. *quod præcipitur.* 4. *diſt.* §. *hæc & ſi legibus. Et quod ſecundum prophetam Samuelem, melior eſt enim obedientia, quam victima, primi Regum* 15. *quia (ſicut Gregorius in Moralibus* 25. *libro exponit) in obedientia, propria : in victima, aliena caro mactatur.* 8. *quæſt.* 1. *ſciendum. Perlectis dudum cum diligentia à ſanctis patribus Conciliis generalibus, provincialibus, & aliis pro ſtatu univerſalis Eccleſiæ conſtitutis, à quibus in pluribus eſt receſſum, Scribendum duxi ea, de quibus juxta paruitatis meæ modulum agendum eſſe videtur in Concilio memorato.*

TITULUS

Digitized by Google

TITULUS PRIMUS

PARTIS PRIMÆ.

De correctione eorum quæ malè aguntur præmittenda in Dei eccleſia à miniſtris eccleſiaſticis in capite & in membris.

ET primo ſiquidem cum Dominus dicat in evangelio, Joan. cap. 8. Qui ſine peccato eſt veſtrum, primus in illam lapidem mittat. & Matthæi 7. cap. qui trabem geſtat in oculo, non poteſt feſtucam educere de oculo fratris ſui: per quæ probat Gregor. in moralibus, quod qui ad aliena peccata reprehendenda vadunt, & ſua impunita relinquunt, revocari debent intus ad conſcientiam, ut prius propria corrigant, & tunc aliena reprehendant: & in gravibus peccatis quis poſitus dum ſuis præmitur, aliena non diluit, 3. quæſt. 7. §. item in evangelio. & cap. qui ſine. & in cap. gravibus. & cap. poſtulatus Et ſecundum Auguſtinum. Sacerdos ſapiens ut medicus, & perfectus prius debeat ſua peccata diluere, & poſtea aliena detergere & ſan‑re. ead. cau. & q. 2. c.

Qui peccata volunt reprehendere aliena, facere debent, ut hic.

ſacerdos. & ſecundum apoſtolum, & Ambroſium, ille debeat de alterius errore judicare, qui non habet in ſeipſo quod condemnet, & qui non agit ea quæ in alio putaverit punienda: quia aliter Dominum inhonorat. ea. cau. & qu. c. judicet. & ad Rom. 2. cap. Videretur deliberandum (ſi poſſet) per quam utile fore & neceſſarium, quod ante omnia corrigerentur, & reformarentur illa quæ ſunt in eccleſia Dei corrigenda & reformanda, tam in capite, quam in membris, ut tamen cum pace & venia ſuper hoc loquar, & ex obedientia excuſatus habear, ne os meum videar poſuiſſe in cœlum 21. diſt. intantum. 26. diſt. deinde. Iſtud nempe ſicut ex præmiſſis probatum eſt, plene videretur eſſe conforme voluntati divinæ, & per conſequens humanæ. Nam ſicut Hieronymus ait. 24. q. 3. transferunt. veteres ſcrutans hiſtorias, invenire non potui aliquos alios ſcidiſſe eccleſiam Dei, & de domo Domini populum ſeduxiſſe, præter eos qui ſacerdotes à Deo poſiti fuerant, & prophetæ: id eſt ſpeculatores verſi in laqueum tortuoſum & in omnibus locis ponentes ſcandalum. Iſti namque ſunt (ſicut Gregorius ad Januarium ſcribit) laqueus juvenum. & ſecundum Hieronymum ad Heliodorum, illud ſal infatuatum, de quo Dominus ait Matt. 5. & Marc. 9. quod ad nihil prodeſt, niſi ut projiciatur foras, & conculcetur ab hominibus 2. qu. 7. Paulus. & ca. non omnes epiſcopi ſunt epiſcopi. Nam ut ead. cau. & qu. ſequitur. ſic in c. ſequuti ſunt viam Balaam ex Bozor qui mercedem

Videtur deliberandũ.

Qui ſciderũt eccleſiã & populum ſeduxerunt.

iniquitatis amavit, correctionem vero habuit ſuæ veſaniæ. Nam ſubjugale mutum, quod hominis voce loquutum eſt, prophetæ inſipientiam probavit. Quod etiam hodie accidit, cum tam ſtulta & diſſoluta perpetrentur in eccleſia Dei à dictis perſonis eccleſiaſticis, quæ deberent eſſe lumen aliorum, & lucernæ ſuper candelabrum poſitæ: juxta id quod Dominus ait, Senſus hebetant Judæorum, & etiam Paganorum. Et etiam illi qui ratione divinæ agnitionis omnimodo carent, iſtorum deteſtantur inſaniam: & eorum diſtorta & Deo contraria itinera, ſanius ſapiendo, redarguunt. Ex quo ſecundum eum, docti ab indoctis, clerici à laicis neceſſario redarguuntur ut ibidem. & Auguſtinus ait. Qui nec regiminis in ſe rationem habuit, nec ſua delicta deterſit, nec filiorum crimen correxit, canis impudicus dicendus eſt magis quam epiſcopus. 2. quæſt. 7. nec regiminis. Nam per Ezechielem. 9. ca. Dominus præcepit: à ſanctis meis incipite. Et de eo ſcribitur Malach. 3. quod purgabit filios Levi: & colabit eos quaſi aurum: & tunc erunt Domino offerentes ſacrificia in juſtitia. & placebit Deo ſacrificium Juda & Hieruſalem, ſicut dies ſæculi, & ſicut anni antiqui. 50. diſt. & purgabit. Nam ſuperfluo extra eccleſiam poſitis reſiſtimus, ſi ab his qui intus ſunt vulneramur. 24. qu 3. c. illud ſane.

Canis impudicus quis dicatur.

Digitized by Google

Titulus II.

De modo correctionis & reformationis eccleſiæ & Chriſtianitatis.

Genus humanum regi debet duobus.

SAne videretur ad correctionem & reformationem eccleſiæ, & ad ſalubre regimen humani generis poſſe perveniri hac brevi via. Scriptum namque eſt in principio decretorum, quod regitur genus humanum duobus, id eſt regi debet, videlicet jure naturali, quod in lege & in evangelio continetur, quo quis jubetur alii facere quod ſibi vult fieri :& prohiberur alii inferre quod ſibi non vult inferri. unde Chriſtus in evangelio. Matth. 7. ait. Omnia quæcumque vultis ut faciant vobis homines, & vos eadem facite illis. Hoc enim eſt lex, & prophetæ, id eſt, omnes leges & prophetæ in hoc concordant: & in hoc conſummantur: juxta illud Eccleſiaſtici ultimo. Deum time, & mandata ejus obſerva, hoc eſt omnis homo: moribus vero regitur ipſum genus humanum, id eſt, humanis legibus: ſicut Iſidorus in 5. libro Ethimologiar. atteſtatur, 1. diſt. omnes leges. & cap. ſequentibus. Si itaque duo à quibus regitur humanum genus ſicut à miniſtris Dei, videlicet eccleſiaſtica authoritate, & regali poteſtate ſicut Gelaſius Papa ſcribit Anaſtaſio Imperatori. 56. diſt. duo ſunt. vellent intendere ad dictam reformationem & ſalubre regimen humani generis, haberent viam amplecti prædictam: ut

videlicet ſeipſos, & humanum genus regerent ſecundum quod in lege, & in evangelio, & in conciliis Spiritus-ſancti inſtinctu probatis, ut 16. diſt. habeo. & in aliis humanis & comprobatis legibus & juribus continetur: & quicquid per alios invenitur in regimine mundi in contrarium attemptatum corrigeretur: & reformaretur prout melius poſſet. & prouideretur, ne in contrarium impune attemptaretur: & quod hujus vitæ novitas non negligeret, quæ ab antiquitate fuerunt hactenus conſulta & provide conſtituta, ſicut ait lex illa canonizata. 2. quæſt. 6. anteriorum. §. illud. Et inſuper quod omnes uſus, ſeu verius abuſus, conſuetudines, quæ cenſendæ ſunt corruptelæ, diſpenſationes, privilegia, libertates, & exemptiones, contrarietates, & contrariantia ſupradictis divinis & humanis legibus approbatis & generalibus tollerentur. Quod autem S. D. Papa & reges debeant ſervare præmiſſa in lege, & in evangelio, conciliis & juribus approbatis contenta, de facili poteſt oſtendi. Nam poteſtas eorum à Deo eſt, & quæ ab eis ordinata ſunt, à Deo ordinata exiſtunt: ſicut ait Apoſtolus ad Rom. 13. c. 11. qu. 3. & legitur, qui reſiſtit. & c. imperatores. 10. diſtinct. quoniam idem mediator. 96. diſt. cum ad verum. 23. qu. 4. quæſitum. Ordo autem melior non poteſt eſſe in regimine eorundem, quam quod in eorum regimine Deo, à quo eorum proceſſit poteſtas, & cujus regimini debet conformari regimen orbis. 89. diſtinct. ad hoc 16. quæſt. 1. ad hoc.

Tollenda in concilio.

Poteſtas Pap. & Regum à Deo eſt.

Se Deo conformet rex aut alius princeps.

Digitized by Google

inquantum poſſunt ſint conformes, & in hoc potiſſime, ut ſicut Chriſtus Dei filius verus Deus, & verus homo, verus rex, & verus pontifex, cœpit facere & docere, ſicut de eo ſcriptum eſt. 26. diſtinct. §. ecce. verſi. unde. 39. diſtin. §. 1. & Joannis 6. c. ſic & prædictus S. D. noſter Papa & reges primo bene & bona facerent, & exemplo ſuo ad idem faciendum alios compellerent. Cum (prout Seneca ait) plus moveant exempla quam verba. Et ſi dicatur quod legibus ſunt ſoluti, poteſt reſponderi, quod non divinis. Nam ſecundum Urbanum Papam, etiam Romanus pontifex ubi Dominus vel ejus apoſtoli & eos ſequentes ſancti patres ſententialiter aliquid diffinive-runt, ibi non legem novam dare, ſed potius uſque ad animam & ſanguinem confirmare debet. Si enim quod docuerunt apoſtoli & prophetæ deſtruere (quod abſit) niterentur, non ſententiam dare, ſed magis errare convincerentur. Zozimus etiam Papa ſcribit, quod contra ſancta ſtatuta patrum condere aliquid vel mutare, nec hujus quidem ſedis apoſtolicæ poteſt authoritas. Apud nos enim inconvulſis radicibus (ſicut inquit dictus Zoſimus) vivat antiquitas, cui decreta patrum cenſe-runt reverentiam exhibendam 25. quæſt. 1. c. contra. & ca. ſunt quidam. Gelaſius etiam Papa ſcribit eadem cauſſa & q. c. confidimus. quod nullam ſedem magis oportet ſervare & exequi à Synodis conſtituta quam ſedem Romanam. Damaſus etiam Papa ſcribit, quod violatores canonum voluntarie graviter à

Exempla plus movent quam verba.

Lege divina principes ſæculi non ſoluti.

Vivat antiquitas.

Digitized by Google

ſanctis patribus judicantur & à ſancti-Spiritus inſtinctu, cujus ac dono dicati ſunt damnantur, quoniam blaſphemare Spiritum-ſanctum non incongrue videntur, qui contra eoſdem ſacros canones non neceſſitate compulſi, ſed libenter (ut præmiſſum eſt) aliquid aut proterve agunt, aut loqui præſumunt, aut facere volentibus ſponte conſentiunt. Talis enim præſumptio manifeſte unum genus eſt blaſphemantium Spiritum-ſanctum. quoniam (ut jam prelibatum eſt) contra eum agit cujus nutu & gratia ſancti canones editi ſunt. ead. cauſſa. & q. c. violatores. Ex quibus liquide conſtat, quod non ſolum ſtatuta in divinis legibus, verum etiam à ſanctis patribus, in conciliis & ſacris canonibus ſervari debent. Propter quod Leo Papa ait. Ideo permittente Domino, paſtores hominum ſumus effecti: ut quod patres noſtri ſive in ſanctis canonibus, ſive in mundanis affixere legibus, excedere minime debeamus. Contra ſanctorum quippe ſaluberrima agimus ſtatuta, ſi quod ipſi divino ſtatuerunt conſulto, intactum non conſervamus. eadem cauſſa. & q. ideo. Gregorius inſuper ſcribit de ſeipſo, & poteſt intelligi de ſucceſſoribus ejuſdem. Si ea deſtrueremus, quæ anteceſſores noſtri ſtatuerunt, non conſtructor, ſed everſor eſſe juſte comprobarer. 25. qu. 2. ſi ea. Idem etiam ſcribit, quod ſicut ſancti evangelii quatuor libros, ſic quatuor concilia ſe ſuſcipere & venerari fatetur, ſcilicet Nicænum, Conſtantinopolitanum, Epheſinum, & Calchedonen.

Genus unum blaſphemiæ hic ponitur.

Everſor non conſtructor quis dicatur.

Cōmendantur quatuor concilia.

ſubjiciens, Hæc tota devotione complector, integerrima cuſtodiæ approbatione: quia in his velut in quadrato lapide ſanctæ fidei ſtructura conſurgit, & cujuſlibet vitæ communis atque actionis norma conſiſtit. & infrà ſubjicit. Cunctas vero quas pręfata veneranda concilia perſonas reſpuunt, reſpuo: & quæ venerantur, amplector: quia dum univerſali ſunt conſenſu inſtituta: ſe, & non illa, deſtruit quiſquis pręſumpſerit abſolvere quos ligant: aut ligare, quos abſoluunt. 15. diſtinct. ſicut. & concordat præcedens & ſubſequens c. & 16. diſtinct. quoniam ſancte. & c. ſancta octo concilia. Et Nicolaus Papa ſcribit 12. diſt. ridiculum. quod ridiculum eſt, & ſatis abominabile dedecus, ut traditiones quas antiquitus à patribus ſuſcepimus, infringi patiamur. Et in 1. ca. tertii concilii Toletani continetur, quod conciliorum ſtatuta & præſulum Romanorum decreta ſervantur, & cuſtodiantur à cunctis. De principibus autem ſæcularibus nequaquam dubium eſt quin ipſi ſe velle fateantur vivere ſecundum leges eorum. codice de legibus. digna vox eſt. & codice de teſta. ex imperfecto. & ff. de lega. 3. ex imperfecto. inſti. quibus mo. teſta. infir. §. ulti. Iſidorus inſuper ſcribit in 3. lib. de ſummo bono. c. 52. & ponitur pro palea in decretis. 9. diſt. quod juſtum eſt principem legibus obtemperare ſuis. Tunc enim jura ſua ab omnibus cuſtodienda exiſtimet, quando & ipſe illis reverentiam præbet. Principes legibus teneri ſuis, nec in ſe poſſe damnare

Principes fatentur velle ſe vivere in ſuas leges.

jura quæ in ſubjectis conſtituunt, juſtum eſt. Juſta eſt enim vocis eorum authoritas, ſi quæ populis prohibent, ſibi licere non patiantur.

Titulus III.

De limitanda ſuperiorum poteſtate.

Regenda igitur atque limitanda, & reſtringenda eſt ſub ratione poteſtas, ut totum ratio regat, ſicut Gregorius Mauritio Imperatori ſcribit. 11. qu. 3. illa præpoſitorum. ad hoc ut ab eorum ſuperioribus vel prędeceſſoribus tradita ab eis conſtituta, aliis conſervanda, non contemnenda demonſtret. Exemplo Chriſti, qui ſacramenta ęccleſiæ quæ obſervanda mandavit, primum in ſe ipſo ſuſcepit, ut ea in ſe ipſo ſanctificaret. 20. qu. 1. §. his ita. Luc. 2. c. Non enim debent naſci injuriæ unde jura naſcuntur: ſicut Innoc. 3. ſcribit. extra de accuſa. qualiter & quando 1. codice. unde vi. meminerint. Et qui me debet defendere in juſtitia, non debet me impugnare: nec debet quis facere illud, à quo debet alios prohibere. extra de patis ex libero ventre. c. unico. de cleri. conjuga. diverſis falaciis. 15. diſtinct. ca. deinde. 42. diſtinct. §. 1. xi. qu. 1. Silveſter. ff. ſi ſervitus vendi. alicujus. ff. de condit. inde. frater à fratre. ff. de evic. venditorem. ff. de neg. ge. l. ſi pupilli. §. videamus. ff. de adminiſtrat. tut. quoties. Cum itaque ſummum bonum in rebus ſit juſtitiam colere, atque

Poteſtas ſub ratione regenda eſt.

Defenſor non offendat.

Sūmum bonum dicitur

colere iuſtitiam.

ſua cuique jura ſervare, & in ſubditis non ſinere quod poteſtatis eſt fieri, ſed quod æquum eſt cuſtodiri, ſicut Greg. ad Conſtantiam Reginam Franciæ ſcribit. 12. q. cum devotiſſimam. ad hoc debent do. Papa & omnes reges adhelare. Nam ſicut idem Greg. Romano defenſori Siciliæ. Si qua unicuique epiſcopo juriſdictio non ſervatur. 11. quæſt. 1. pervenit. Unde etiam ait Aug. 4. de civit. Dei. remota juſtitia quid ſunt regna & Dominia niſi magna latrocinia? Hanc autem juſtitiam ſervaſſe leguntur veteres qui etiam divinæ legis notitiam non habebant. Nam quæ in eorum erant ſtatuta legibus, in ſeipſis & ſuis ſicut & in aliis & pluſquam in aliis obſervabant, ſicut per multa probat exempla Valerius. Quod contra illos potentes qui non obſervant leges quas condunt, ſed alios infirmiores obſervare compellunt.

Leges telis araneari͂ comparantur.

Narrat itaque Valerius ipſe lib. 7. quod ſubtilis Anacarſus leges aranearum telis comparabat. nam illas infirmiora animalia retinere, valentiora autem tranſire dicebat: inferens ex hoc, quod mali principes & rectores ac potentes legibus teneri nolebant, ſed inferiores omnino alligabant. Non imitantes exemplum quod narrat Aug. de civit. Dei. lib. 1. c. 15. & Tullius

Marcus Regulus pro republica.

lib. 1. de Offic. & lib. 3. de Marco Regulo Romano nobiliſſimo à Carthagin. capto, & Romam miſſo ſub juramento pręſtito redeundi, ut quoſdam nobiles Cartaginen. captos à Romanis pro ſeipſo reddi procuraret & commutari. Qui videns talem commutationem,

Digitized by Google

cum ipſe ſenex & confractus eſſet, & alii eſſent adoleſcentes in armis potentes, Romanis fore inutilem, præferens publicam & communem utilitatem privatæ, reddi noluit pro eiſdem, ſed ſe potius hoſti crudeliſſimo reddidit cruciandum. Et ſimile exemplum narrat idem Aug. de civit. Dei. lib. 14. c. 14. de quodam rege Athenienſ. qui audito quod victores eſſent Athenienſes contra Polon. ſi eorum dux occideretur, ſeipſum habitu tranſformato hoſtibus occidendum objecit, malens mori, ne ſui vincerētur, quam ſuis vincere ſuperatis. Duo etiam fuerunt pręcepta Platonis ſicut ait Tullius lib. 1. de Offic. volentibus rempubl. ſalubriter gubernare, & reipub. prodeſſe: unum videlicet, ut utilitatem civium ſic tuerentur, ut quæcumque agerent, ad eam referrent, obliti commodorum ſuorum. Alterum, ut totum corpus reipubl. curarent, ne dum ad partem aliquam attenderent, reliquam deſererent. Si itaque mundi hujus rectores & principes obſervarent iſta conſilia & præcepta Platonis, & ea quæ ſupra præmiſſa ſunt, humanum genus & rempubl. ſalubriter gubernarent, ſicut & fecerunt antiqui. Sed (ſicut ait Cath. cujus verba recitat Auguſt. 5. de civit. Dei. c. 14.) Non ſic nunc mundus regitur, ſicut tunc temporis regebatur. unde ait ille Cat. nolite (inquit) exiſtimare majores veſtros armis rempubl. ex parva magnam feciſſe. Nam ſi ita eſſet, multo plura nos quam illi haberemus, quippe civium ac ſociorum; præterea equorum armorumque major

Præcepta ad rempub. gubernandam.

Digitized by Google

copia nobis quam illis eſt. Sed alia fuere quæ illos viros magnos ubique fecerunt, quæ nobis nulla ſunt: videlicet domi induſtria, foris juſtum imperium, animus in conſulendo liber, neque delictorum libidini obnoxius. Pro his autem (ut ille Cat. ſubjicit) in perſonas regentium & adminiſtrantium reipub. nos habemus luxuriam, avaritiam, publicam egeſtatem, privatam opulentiam, laudamus divitias, ſequimur inertiam, inter bonos & malos diſcrimen nullum, omnia virtutum præmia ambitio poſſidet. Et notabiliter dicit, quod ærarium eſſet opulentum, tenues res privatæ erant. Antiqui namque conſules reipublicæ præſidentes, pauperes erant in rebus privatis: unde narrat Auguſtinus in dicto c. 14. quod Lucius Valerius in ſuo conſulatu deificatus, adeo pauper fuit, ut nummis à populo collectis ejus ſepultura curaretur. Conſimilia narrat Valerius lib. 14. de re militari. de Attilio Regulo, qui cum ſummis rebus præfuiſſet ac nummis, adeo pauper fuit, ut uxorem liberoſque collocaret in quodam agello qui colebatur ab uno villico: nec etiam videbantur eſſe ditiores in ſuis dignitatibus quam ante. Unde narrat Auguſtinus de Quintio: quod cum certa jugera terræ poſſideret, & ea ſuis manibus coleret, & ab aratro abductus fuiſſet ut ſupra conſularem dignitatem dictator fieret, & victis hoſtibus ingentem gloriam conſecutus fuiſſet: tamen in priſtina paupertate remanſit. Illud nempe erat laudabile ſtudium rempublicam ſalubri-

Antiquorum providentia hic ponitur.

Principes habent deſcripta hic mala.

Quintius hic commemoratur.

Digitized by Google

ter gubernantibus, ut ipſi in ſuis domibus pauperes eſſent, & res publica abundaret. Quia dominari propter lucrum & propter honorem, nullatenus intendebant: unde cum Marco Curio conſuli magnum pondus auri oblatum fuiſſet, ait, ipſum reſpuens: non aurum prçclarum habere ſibi videri, ſed eis qui habent aurum imperare. Conſimile etiam narrat Valerius libro 4. de re militari, de Fabricio conſule reſpuente grande pondus auri à legato ſibi oblatum, & dicente ſe mavelle illud habentibus imperare, quam illud habere. Iſtud itaque regimen erat commendabile & ab his qui præſunt imitabile. De eiſdem etiam narrat Valerius libro 6. quod nullo modo reipublic. præeſſe volebant, niſi & prodeſſe valerent. Et ponit exemplum de Cornelio Scipione: qui cum Hiſpaniam ut iret ſorte eveniſſet, reſpondit ſe nolle illuc ire, addita cauſa, quod ſe recte facere neſciret. Præfati inſuper boni adminiſtratores reipublicæ, non patiebantur filios, & alios propinquos eos adſiſtere, niſi reipublicæ poſſent prodeſſe. Unde narratur in hiſtoriis de Helio Adriano, qui cum ex ſenatoribus eſſet creatus imperator, obſecrante ſenatu, ut filium ſuum Auguſtum Cæſarem nominaret, Reſpondit, ſufficere, inquam, debet, ut ego ipſe invitus regnaverim. Principatus enim non carni vel ſanguini debetur, ſed meritis: Inutiliter regnat, qui Rex naſcitur, & non meretur. Proculdubio parentum affectum exuit, qui parvulos ſuos importabili mole ſuperjecta

Imperare aurum habentibus, non auro Imperari.

Præeſſe niſi & prodeſſe

Principatus meritis non ſanguini debetur

Digitized by Google

extinguit. hoc enim, ſcilicet taliter promovere indignos propinquos, eſt (ut ibi dicitur) non promovere, ſed ſuffocare eoſdem. Alendi enim ſunt primo virtutibus exercendi, & cum in eis profecerint comprobandi, & inter probatos meliores aliis præferendi. Proh dolor, ſi præmiſſa ſervabantur in rectoribus & in adminiſtratoribus rei publicæ, qui legis divinæ notitiam non habebant, Nonne eſt inæſtimabile dedecus, ſi moderni adminiſtratores reipublicæ, qui fide illuminati ſunt, & alios illuminare & corrigere debent, in ſeipſis talia non obſervant? Verendum quippe eſt, ſi contrarium faciunt, quod & ipſi diſcernant, & in ſinu ſuo colligant cauſam ſuam. 17. diſt. §. hinc etiam. 21. diſtinct. nunc autem. quod in eis comprobatur illud quod dicitur Sapient. 6. c. Audite reges & intelligite: diſcite judices finium terræ, præbete aures, vos qui continetis multitudines, & placetis vobis in turbis nationum: quoniam data eſt à Domino poteſtas vobis, & virtus ab Altiſſimo, qui interrogabit opera veſtra & cogitationes ſcrutabitur: quoniam cum eſſetis miniſtri illius regni, non recte judicaſtis, neque cuſtodiſtis legem juſtitiæ, neque ſecundum voluntatem Dei ambulaſtis, horrende & cito apparebit vobis, quoniam judicium duriſſimum in his qui præſunt, fiet. Exiguo enim conceditur miſericordia: potentes autem potenter tormenta patientur. In quibus conveniens Nicolaus Papa ad Lotharium Regem Franciæ ſcribit deterius quippe in

Inæſtimabile dedecus.

Audite reges & cæteri terreni principes.

populis prælati delinquiunt, ac per hoc ipſi gravius quam cæteri puniuntur: tot enim mortibus digni ſunt, quot ad ſubditos ſuos perditionis exempla tranſmittunt. 11. qu. 3. præcipue. certum eſt enim quod homo Chriſtianus (ſicut Joannes Chriſoſtomus ait) fortiter cadit in peccatum propter duas cauſas: aut propter magnitudinem peccati, aut propter altitudinem dignitatis. 40. diſt. homo Chriſtianus. Obſecro itaque ut juxta ſtatuta Carthaginenſ. concilii quarti, Non ſuæ delectationi, nec ſuis moribus, ſed his patrum diffinitionibus acquieſcat. 23. diſtinct. qui epiſcopus in fine. Nam, ut ait Gregor. in moralibus, part. 6. lib. 32. c. 55. & 6. omne quod hic eminet, plus mœroribus afficitur quam honoribus gaudeat. 13. diſtinct. nervi. Et ſecundum eundem, tot unuſquiſque portare onera cogitur, quot in hoc mundo principatur, ſicut in paſtorali ait. Quæ pauca ſufficiant ad probandum, quod ſi ſupradictæ poteſtates, ſcilicet eccleſiaſtica & terrena velint mundum & genus humanum ſalubriter gubernare, quod ſe & ſua facta & dicta deberent divinis & humanis legibus conformare: & ſe per imitationem eis ſubjicere: & exempla eorum quæ agenda ſunt, ſequentibus & ſubditis demonſtrare: non ut præſint, nec ut ipſi vel ſui divites efficiantur, rempublicam gubernare. Aliter enim ſecundum dictum Leonis Papæ: ſi quærunt quæ ſua ſunt, non quæ Jeſu Chriſti, facile à legibus & doctrinis ſupra poſitis diſceditur: & dum

Conformare ſe divinis legibus debent principes.

dominari magis quam conſulere ſubditis placet, honor inflat in ſuperbiam: & quod proviſum eſt ad concordiam, tendit ad noxam. 45. diſtinct. licet nonnunquam. Verum cum ſcribatur Proverb. 11. quod ibi ſalus, ubi multa conſilia. & Innocent. Papa ſcribit, quod facilius invenitur illud quod à pluribus ſenioribus quæritur. 20. diſt. de quibus. extra de offic. delegati. prudentiam. in fine primi reſpon. Et lex dicat quod per ampliores homines manifeſta veritas. revelatur de fideicom. lege 11. & Codice. de ingen. manu. lib. 3. Et exemplum habeamus in veteri teſtamento de Moyſe, qui ad conſilium Jetro cognati ſui 72. ſeniores ſecum aſſumpſit: quia ultra vires ipſius Moyſi erat, quod ipſe ſolus populum judicaret, Exod. 18. De mandato Domini 12. apoſtolis 72. diſcipuli in miniſterium ſunt adjuncti: quia meſſis multa erat, operarii vero pauci. 21. diſtinct. in nono. Matth. 9. & Joan. 4. c. Videretur eſſe ſalubre conſilium pro republica, & pro dictis adminiſtratoribus reipublicæ, quod ſic ſub ratione ut præmiſſum eſt, limitaretur poteſtas eorundem, quod abſque certo conſilio dominorum cardinalium Dominus Papa, & reges ac principes abſque aliorum proborum conſilio (ſicut hactenus in republica ſervabatur) non uterentur prærogativa hujuſmodi poteſtatis potiſſime aliquid concedendo contra concilia, & contra jura approbata communiter. Et quod contra dicta concilia, & jura nihil poſſent de novo ſtatuere vel condere niſi generali conſilio

Quando veritas inveniatur.

Votum authoris ponitur ſalubre & optatum.

conſilio convocato. Cùm illud quod omnes tangit, ſecundum juris utriuſque regulam, ab omnibus debeat communiter approbari. Ut enim Auguſtinus ait in libro de vera religione. c. 60. In iſtis temporalibus legibus quamquam de his homines judicent cùm eas inſtituunt, tamen cùm fuerint inſtitutæ & firmatæ, non licebit judici de ipſis judicare, ſed ſecundum ipſas 4. di. in iſtis, unde Leo Papa ſcribit quod illa quæ ad perpetuam ſunt generaliter ordinata utilitatem, nulla commutatione varientur, nec ad privatum trahantur commodum, quæ ad bonum ſunt commune præfixa. Sed manentibus terminis quos conſtituerint patres, nemo injuſtè uſurpet alienum: ſed intra fines proprios atque legitimos (prout quiſque valuerit) in latitudine ſe exerceat charitatis. 25. q. 1. quæ ad perpetuam. Certum namque eſt, quod præſidentes ſpirituali & temporali poteſtati, ſunt homines, & ideo tamquam homines de facili poſſunt labi. hinc dicebat Valentinianus Imperator alloquens ſinodum, Talem in pontificiali conſtituite ſede, cui & nos qui gubernamus imperium ſincerè noſtra capita ſubmittamus, & ejus monita (dum tanquam homines delinquimus) neceſſariò veluti curantis medicinam ſuſcipiamus, ſicut habetur in hiſto. tripartita. 63. di. c. Valentinianus. De domino autem Papa certum eſt (ſicut Symachus Papa ait) quod nec ipſe nec etiam beatus Petrus cum ſedis privilegio licentiam acceperunt peccandi, ut patet 40. diſt. non nos, & c. ſi Papa. Quinimo (ſicut

Iudicare non de legibus ſed ſecundũ leges decet.

Papa nõ accepit licentiã peccandi.

Digitized by Google

Alexander Papa ait.) Quanto familiariores eſſe debent Salvatori, tanto magis impugnantur ab inimico generis humani, qui mille habet fallendi modos, & qui conatur à principio ruinæ ſuæ unitatem eccleſiæ reſcindere, charitatem vulnerare, ſanctorum operum dulcedinem invidiæ felle inficere, & omnibus modis humanus genus evertere & pertubare, ſicut Ioannes Papa ait 3. q. 1. nulli 16. q. 2. viſis. Nulli etiam dubium eſt, quin pluribus intentus, minor ſit ad ſingula ſenſus. Unde quanquam ſint dignitate cæteris altiores, Interdum evenit propter minimam præoccupationem negotiorum (ſicut Greg. in paſtorali ait) quòd non ſunt in agendis & in judiciis cæteris certiores. Propter quod proſpiceretur non ſolùm reipublicæ, ſed eiſdem, quòd omnia cum conſilio agerentur, juxta dictum ſapientis: & à juris tramite nequaquam diſcederent ne poſtmodum pœniterent.

Inimicus generis humani mille modos habet decipiẽdi.

Titulus IV.

De diſpenſationibus.

Porrò ſi prætendatur quòd licitum eſt diſpenſare ſupra jura, Reſponderi poteſt, quòd cùm diſpenſatio (ſicut juriſtæ tradunt) ſit provida juris communis relaxatio, utilitate ſeu neceſſitate penſata per eum ad quem ſpectat, canonicè facta: ut colligitur 1. q. 7. §. niſi rigor diſcipli. & cap. neceſſaria cum ſequentibus capp. Non eſt ſecundum Juriſtas

Quid ſit diſpẽſatio.

Digitized by Google

cenſenda diſpenſatio, ſed diſſipatio, ſi aliter fiat, cum jus vulneretur ex ead. 23. q. 4. ipſa pietas circa finem: unde non eſt ad dictam diſpenſationem abſque deliberatione provida procedendum, extra de tranſact. c. fi. Dominus enim cujus eſt vicarius Papa (ſicut ait Beatus Ambroſius in lib. de officiis) non vult ſimul effundi opes, ſed potius diſpenſari 86. di. non ſatis. potiſſimè cùm jus, contra quod fit diſpenſatio, ſit ars boni & æqui: cujus merito quis nos ſacerdotes, id eſt ſacrorum præceptorum miniſtros, appellat ff. de juſt. & jure. l. 1. §. jus. 2. quæſt. 7. fuerunt: contra quod quidem bonum & æquum abſque magna neceſſitate vel utilitate diſpenſari non debet, cùm illud quod jure agitur juſtè agatur. Et bene (ſicut Auguſtinus ad Macedonium ait 14. q. 4. quid dicam.) jus dictum eſt. Igitur dictæ diſpenſationes ex cauſis debitis & neceſſariis, non ex voluntate nec acquiſitis fieri debent, cùm de decoloratione ſtatus eccleſiæ agatur 1. q. 7. & ſi illa, & cap. tali conjugio. extr. de electione innotuit. §. multa & §. fina. Unde ſi diſpenſant ex cauſis indebitis, peccant: nec fortè illi cum quibus diſpenſatur, juvantur, ſed potius gravantur, prout No. extra de voto & vo. re. non eſt. & de ſtatu mona. cum ad monaſterium in fine. & concordat. 25. q. 1. ſunt quidam, extra de reſtitutio. ſpoli. literas. 85. di. olim. 16. di. ſicut & c. ſequent. extra de renuntia. poſt tranſlationem, Reſpon. 1. & c. niſi extra de bigamis. c. 3. 14. di. ſicut. 26. di. deinde de celebra. miſſa. cum Marthæ. 13.

Opes nõ debent effundi ſed diſpenſari.

Diſpenſati non juvantur, ſed gravãtur.

Digitized by Google

di. c. 1. de tranſactio. c. fi. de tempo. ordi. c. fi. de exceſ. præla. ex literis. de homicidio. c. 1. 50. di. miror. & c. clericum. 1. q. 1. ſtatuimus. & c. ſi quis à Symoniacis. 1. q. 4. requiritis. 1. q. 7. qui in qualibet. & cap. convenientibus. ad finem. & c. ſaluberrimum. in fi. de conſe. di. 4. qui bis. & c. confirmandum. Unde prudenter aget Do. Papa ſi in diſpenſationibus & aliis ſervet conſilium Leonis Papæ in prælle. c. ſicut. Dicit enim quòd ſicut quædam ſunt quæ nulla poſſunt ratione convelli, ita multa ſunt quæ aut pro neceſſitate temporum, aut pro conſideratione ætatum oporteat temperari, illa conſideratione ſemper ſervata, ut in his quæ vel dubia fuerunt aut obſcura, id noverimus ſequendum, quod nec præceptis evangelicis contrarium, nec decretis ſanctorum patrum inveniatur adverſum. Penſet itaque ejuſdem Do. Papæ ſanctitas, ſi ex diſpenſationibus quæ paſſim juxta ſtil[illegible]m Romanæ curiæ fiunt, rumpitur nervus. 50. di. preſbyteros. 34. q. 2. in lectum. 15. q. 1. ſi quis inſaniens. 23. q. 5. excommunicatorum. Et ſi eſſet ſibi & univerſali eccleſiæ de prælibato à remedio juris conveniens, acquieſceret traditionibus, & ceſſaret à dictis diſpenſationibus, indulgentiis & conceſſionibus, privilegiis & exemptionibus, quæ ſunt contra bonum commune: quod præferendum eſt privato. 7. q. 1. ſcias. 8. q. 1. in ſcripturis. Et quæ ad privatum videntur trahi commodum, abſtinendum. 25. quæſti. 1. c. 3. Nam ſicut ſcribit Hieronim. ad Ruſticum Narbonenſem epiſcopum. Ex

Ceſſare à diſpēſationibus.

quo in eccleſiis ſicut in Romano imperio crevit avaritia, periit lex de ſacerdotibus, & viſio de propheta. 93. di. diaconi ſunt. de Craſſo legitur, quòd aurum ſitivit, & aurum bibit. 1. q. 1. §. ex his verbis: * Hunc punctum amplè diſcuſſit, his diebus, in ſuo tractatu diſpenſationum Probus.

TITULUS V.

De exemptionibus.

DE exemptionibus autem, ex qua cauſa conceſſæ fuerint, & continuò concedantur: & quis fructus modernis temporibus ſubſequatur ex eis, haberet Domini noſtri Papæ ſanctitas providere. Magna nanque authoritas iſta in Dei eccleſia eſt habenda: etſi nonnulli ex prædeceſſoribus & majoribus noſtris fecerunt aliqua quæ illorum tempore potuerunt eſſe ſine culpa, & poſtea vertuntur in errorem & ſuperſtitionem, ut ſine tarditate aliqua, & cum magna authoritate à poſteris deſtruantur. 63. diſt. § verum. Unde Ezechias diſſipavit excelſa, & contrivit ſtatuas, & ſuccidit lucos, confregitque ſerpentem æneum, à Moyſe juſſu Dei factum, ne ſerpentina morte populus interiret. Et laudatur dictus Ezechias deſtruxiſſe quod tendebat ad perniciem, quod jubente Deo fecerat ille. Num. 21. 4. Regum 18. c. Non enim debet irreprehenſibile judicari, ſi ſecundum varietatem temporum, ſtatuta quandoque variantur humana, *Variatur humana ſtatuta ex cauſa.*

præſertim cùm urget neceſſitas, vel evidens utilitas id expoſcit. Cùm ipſe Deus ex his quæ in veteri teſtamento ſtatuerat, nonnulla mutaverit in novo: ſicut habetur ex concilio generali, extr. de conſang. & affini. non debetur 29. diſt. c. 1. & 2. 4. diſt. erit. 32. q. 4. quis ignoret. & c. objiciuntur 23. q. 7. occidit. extr. de tranſac. c. fi. de ſent. excom. ſuper eo. Ex quibus infertur, quòd ſi majus damnum & majus inconveniens ſubſequatur ex dictis diſpenſationibus & dictis exemptionibus, quàm utilitas, quod haberent per ejuſdem ſummi pontificis providentiam revocari, quod facilè oſtendi poteſt juribus & rationibus ſupradictis. Quod autem ad faciendum dictam revocationem exemptionum, Do. Papa de facili debeat eſſe inclinatus, poſſunt & debent eum movere non solùm prædictá, ſed etiam multa alia. primum eſt generalis ordinatio univerſalis eccleſiæ procedens ex Deo ab apoſtolis, ſanctis patribus, generalibus conciliis & Roma. pontificibus comprobata & obſervata: ſecundum quam eis religio Chriſtiana, & generaliter omnia monaſteria & loca religioſa, Abbates, Abbatiſſæ, monachi, moniales & omnes alij religioſi & perſonæ eccleſiaſticæ immediatè ſubſunt gubernationi & curæ epiſcoporũ in civitatibus & diœceſibus eorumdem tanquam ſuperiorum ſuorum, Apoſtolorumque ſucceſſorum & poteſtatem habentium: unde cùm do. Papa tantam & talem obſervationem imitari non debeat, nec fortè valeat, ergo nec generales exemptiones, privilegia,

Cauſa propter quas revocari debeant exemptiones.

libertates, & immunitates derogativas & præjudicativas honori, poteſtati, ſtatui, ordinationi, & ordini dictorum epiſcoporum & ordinariorum, contra prædictam generalem ordinationem ſic paſſim concedere debet, nec etiam forſitan valet: prout & infrà ſcriptis juribus comprobatur. Quòd autem generalis ordinatio eccleſiæ procedat à Deo, & attendenda ſit, probatur authoritate Gregor. 89. diſt. ad hoc. & 16. q. 1. ad hoc. Nam ut ibidem dicitur, Ad hoc diſpenſationis proviſio gradus diverſos & ordines diſpoſuit eſſe diſtinctos, ut dum reverentiam minores potentibus exhiberent, & potentiores minoribus dilectionem impenderent, vera concordia fieret. Et ex diverſitate connexio, & rectè officiorum gereretur adminiſtratio ſingulorum. Neque enim univerſitas alia poterat ratione ſubſiſtere, niſi hujuſmodi magnus eam differentiæ ordo conſervaret. Quia verò quæque creatura in una eademque qualitate gubernari vel vivere non poteſt, cæleſtium militiarum exemplar nos inſtruit: quia dum ſunt angeli, ſunt archangeli, & liquet quia non ſunt æquales, ſed in poteſtate & ordine differunt alter ab altero. In quo quidem c. dicit glo. 89. diſt. quòd dicta prælatio durabit uſque in diem judicij, quod probat authoritate apoſtoli dicentis, 1. Corint. 15. Dum mundus iſte durabit, homines præſunt hominibus, dæmones dæmonibus, angeli angelis. Cùm autem Deus erit omnia in omnibus, ceſſabit dicta prælatio, non tamen ordo vel majoritas,

Compẽſantur minores à maioribus.

Quando ceſſabit prælatio.

de pœ. diſt. 4. in domo. Et dicta diverſitas ordinum eccleſiaſticorum prælationis eſt propter concordiam humani generis inſtituta, ſicut Leo Papa ait, 45. diſt. licet. 2. Et ne ſchiſma fieret in eccleſia Dei, ſicut probat Hieron. ad Evandrum epiſcopum, 53. diſt. legimus. & idem probat ad Neopotianum ſcribens, 55. diſt. Eſto ſubjectus pontifici tuo, & ipſum quaſi animæ parentem ama. Idem etiam probat dictus Gregorius in dicto c. ad hoc. locorum gradus rationis ordo diſtinxit, & judicia eſſe conſtituit, ut nec præpoſiti in opprimendo ſubjectos, ſe fruſtra valeant occupare, nec ſubjectis iterum contra ſuos præpoſitos effrenata ſit reſultandi licentia. Non eſt ergo dicta diſtinctio graduum & prælationis contemnenda, ſicut dicit Joan. Chriſoſto. 11. q. 3. Nemo contemnat. Nam à Deo eſt principaliter conſtituta in veteri teſtamento per Moyſen, qui ex præcepto Domini, Aaron in ſummum pontificem, filios verò ejus unxit in minores ſacerdotes, Exo. 31. c. In novo autem teſtamento dicta diſtinctio graduum, & majorum & minorum ſacerdotum diſcretio ab ipſo Chriſto ſumpſit exordium, qui duodecim apoſtolos tanquam majores ſacerdotes, & 72. diſcipulos quaſi minores ſacerdotes inſtituit. Petrum verò quaſi in ſummum ſacerdotem elegit. Apoſtoli autem in ſingulis civitatibus epiſcopos ordinaverunt, 21. diſt. §. 1. Et ligandi atque ſolvendi poteſtatem tam Petrus quàm apoſtoli à Chriſto receperunt. Primò tamen Petrus, ſicut Anacletus Papa ait, hanc ligandi & ſol-

Ordo graduũ eccleſiæ.

Primatus Petri.

vendi ſupra terram poteſtatem accepit à Domino: primuſque ad fidem populum virtute ſuæ prædicationis adduxit. Actuum 2. Rom. 10. Cæteri verò apoſtoli cum eodem Petro pari conſortio honorem & poteſtatem acceperunt à Chriſto, ipſumque Petrum principem eorum eſſe voluerunt. Ipſis verò apoſtolis decedentibus, in loco eorum ſucceſſerunt epiſcopi, quos qui recipit & verba eorum, Deum recipit: qui autem ſpernit, Deum, à quo miſſi ſunt, & cujus funguntur legatione, ſpernit: & ipſe indubitanter ſpernetur à Domino. Videntes autem ipſi apoſtoli meſſem eſſe multam, & operarios paucos, rogaverunt dominum meſſis, ut mitteret operarios in meſſem ſuam, unde ab eiſdem apoſtolis electi ſunt 72. diſcipuli, quorum typum gerunt preſbyteri, atque in eorum loco ſunt in eccleſia conſtituti: ſecundum Anacle. 21. diſt. in nono. & concordat cum dicto Anacle. Cyprianus Papa 24. q. 1. loquitur. ubi dicitur per eumdem: Loquitur Dominus ad Petrum, Ego dico tibi quia tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo eccleſiam meam. Super unum ædificat eccleſiam. Et quamvis apoſtolis omnibus poſt reſurrectionem ſuam parem poteſtatem tribuat, & dicat: Sicut miſit me pater, & ego mitto vos, accipite Spiritum ſanctum. Tamen ut veritatem manifeſtaret, unitatis ejuſdem originem ab uno incipientem ſua authoritate diſpoſuit. Hoc erant utique cæteri apoſtoli quod Petrus fuerat, pari conſortio præditi & honoris, & poteſtatis: ſed

Presbyteri loco diſcipulorum ordinati.

unitatem

extinguit. hoc enim, ſcilicet taliter promovere indignos propinquos, eſt (ut ibi dicitur) non promovere, ſed ſuffocare eoſdem. Alendi enim ſunt primo virtutibus exercendi, & cum in eis profecerint comprobandi, & inter probatos meliores aliis præferendi. Proh dolor, ſi præmiſſa ſervabantur in rectoribus & in adminiſtratoribus rei publicæ, qui legis divinæ notitiam non habebant, Nonne eſt inæſtimabile dedecus, ſi moderni adminiſtratores reipublicæ, qui fide illuminati ſunt, & alios illuminare & corrigere debent, in ſeipſis talia non obſervant? Verendum quippe eſt, ſi contrarium faciunt, quod & ipſi diſcernant, & in ſinu ſuo colligant cauſam ſuam. 17. diſt. §. hinc etiam. 21. diſtinct. nunc autem. quod in eis comprobatur illud quod dicitur Sapient. 6. c. Audite reges & intelligite: diſcite judices finium terræ, præbete aures, vos qui continetis multitudines, & placetis vobis in turbis nationum: quoniam data eſt à Domino poteſtas vobis, & virtus ab Altiſſimo, qui interrogabit opera veſtra & cogitationes ſcrutabitur: quoniam cum eſſetis miniſtri illius regni, non recte judicaſtis, neque cuſtodiſtis legem juſtitiæ, neque ſecuudum voluntatem Dei ambulaſtis, horrende & cito apparebit vobis, quoniam judicium duriſſimum in his qui præſunt, fiet. Exiguo enim conceditur miſericordia: potentes autem potenter tormenta patientur. In quibus conveniens Nicolaus Papa ad Lotharium Regem Franciæ ſcribit deterius quippe in

Inæſtimabile dedecus.

Audite reges & cæteri terreni principes.

Digitized by Google

populis prælati delinquiunt, ac per hoc ipſi gravius quam cæteri puniuntur: tot enim mortibus digni ſunt, quot ad ſubditos ſuos perditionis exempla tranſmittunt. 11. qu. 3. præcipue. certum eſt enim quod homo Chriſtianus (ſicut Joannes Chriſoſtomus ait) fortiter cadit in peccatum propter duas cauſas: aut propter magnitudinem peccati, aut propter altirudinem dignitatis. 40. diſt. homo Chriſtianus. Obſecro itaque ut juxta ſtatuta Carthaginenſ. concilii quarti, Non ſuæ delectationi, nec ſuis moribus, ſed his patrum diffinitionibus acquieſcat. 23. diſtinct. qui epiſcopus in fine. Nam, ut ait Gregor. in moralibus, part. 6. lib. 32. c. 55. & 6. omne quod hic eminet, plus mœroribus afficitur quam honoribus gaudeat. 13. diſtinct. nervi. Et ſecundum eundem, tot unuſquiſque portare onera cogitur, quot in hoc mundo principatur, ſicut in paſtorali ait. Quæ pauca ſufficiant ad probandum, quod ſi ſupradictæ poteſtates, ſcilicet eccleſiaſtica & terrena velint mundum & genus humanum ſalubriter gubernare, quod ſe & ſua facta & dicta deberent divinis & humanis legibus conformare: & ſe per imitationem eis ſubjicere: & exempla eorum quæ agenda ſunt, ſequentibus & ſubditis demonſtrare: non ut præſint, nec ut ipſi vel ſui divites efficiantur, rempublicam gubernare. Aliter enim ſecundum dictum Leonis Papæ: ſi quęrunt quæ ſua ſunt, non quæ Jeſu Chriſti, facile à legibus & doctrinis ſupra poſitis diſceditur: & dum

Conformare ſe divinis legibus debent principes.

dominari magis quam conſulere ſubditis placet, honor inflat in ſuperbiam: & quod proviſum eſt ad concordiam, tendit ad noxam. 45. diſtinct. licet nonnunquam. Verum cum ſcribatur Proverb. 11. quod ibi ſalus, ubi multa conſilia. & Innocent. Papa ſcribit, quod facilius invenitur illud quod à pluribus ſenioribus quæritur. 20. diſt. de quibus. extra de offic. delegati. prudentiam. in fine primi reſpon. Et lex dicat quod per ampliores homines manifeſta veritas. revelatur de fideicom. lege 11. & Codice. de ingen. manu. lib. 3. Et exemplum habeamus in veteri teſtamento de Moyſe, qui ad conſilium Jetro cognati ſui 72. ſeniores ſecum aſſumpſit: quia ultra vires ipſius Moyſi erat, quod ipſe ſolus populum judicaret, Exod. 18. De mandato Domini 12. apoſtolis 72. diſcipuli in miniſterium ſunt adjuncti: quia meſſis multa erat, operarii vero pauci. 21. diſtinct. in nono. Matth. 9. & Joan. 4. c. Videretur eſſe ſalubre conſilium pro republica, & pro dictis adminiſtratoribus reipublicæ, quod ſic ſub ratione ut præmiſſum eſt, limitaretur poteſtas eorundem, quod abſque certo conſilio dominorum cardinalium Dominus Papa, & reges ac principes abſque aliorum proborum conſilio (ſicut hactenus in republica ſervabatur) non uterentur prærogativa hujuſmodi poteſtatis potiſſime aliquid concedendo contra concilia, & contra jura approbata communiter. Et quod contra dicta concilia, & jura nihil poſſent de novo ſtatuere vel condere niſi generali conſilio

Quando veritas inveniatur.

Votum authoris ponitur ſalubre & optatum.

conſilio convocato. Cùm illud quod omnes tangit, ſecundum juris utriuſque regulam, ab omnibus debeat communiter approbari. Ut enim Auguſtinus ait in libro de vera religione. c.60. In iſtis temporalibus legibus quamquam de his homines judicent cùm eas inſtituunt, tamen cùm fuerint inſtitutæ & firmatæ, non licebit judici de ipſis judicare, ſed ſecundum ipſas 4. di. in iſtis, unde Leo Papa ſcribit quod illa quæ ad perpetuam ſunt generaliter ordinata utilitatem, nulla commutatione varientur, nec ad privatum trahantur commodum, quæ ad bonum ſunt commune præfixa. Sed manentibus terminis quos conſtituerint patres, nemo injuſtè uſurpet alienum: ſed intra fines proprios atque legitimos (prout quiſque valuerit) in latitudine ſe exerceat charitatis. 25. q. 1. quæ ad perpetuam. Certum namque eſt, quod præſidentes ſpirituali & temporali poteſtati, ſunt homines, & ideo tamquam homines de facili poſſunt labi. hinc dicebat Valentinianus Imperator alloquens ſinodum, Talem in pontificiali conſtituite ſede, cui & nos qui gubernamus imperium ſincerè noſtra capita ſubmittamus, & ejus monita (dum tanquam homines delinquimus) neceſſariò veluti curantis medicinam ſuſcipiamus, ſicut habetur in hiſto. tripartita. 63. di. c. Valentinianus. De domino autem Papa certum eſt (ſicut Symachus Papa ait) quod nec ipſe nec etiam beatus Petrus cum ſedis privilegio licentiam acceperunt peccandi, ut patet 40. diſt. non nos, & c. ſi Papa. Quinimo (ſicut

Iudicare non de legibus ſed ſecundũ leges decet.

Papa nõ accepit licentiã peccandi.

Alexander Papa ait.) Quanto familiariores eſſe debent Salvatori, tanto magis impugnantur ab inimico generis humani, qui mille habet fallendi modos, & qui conatur à principio ruinæ ſuæ unitatem eccleſiæ reſcindere, charitatem vulnerare, ſanctorum operum dulcedinem invidiæ felle inficere, & omnibus modis humanus genus evertere & pertubare, ſicut Ioannes Papa ait 3. q. 1. nulli 16. q. 2. viſis. Nulli etiam dubium eſt, quin pluribus intentus, minor ſit ad ſingula ſenſus. Unde quanquam ſint dignitate cæteris altiores, Interdum evenit propter minimam præoccupationem negotiorum (ſicut Greg. in paſtorali ait) quòd non ſunt in agendis & in judiciis cæteris certiores. Propter quod proſpiceretur non ſolùm reipublicæ, ſed eiſdem, quòd omnia cum conſilio agerentur, juxta dictum ſapientis: & à juris tramite nequaquam diſcederent ne poſtmodum pœniterent.

Inimicus generis humani mille modos habet decipiẽdi.

TITULUS IV.

De diſpenſationibus.

PORrò ſi prætendatur quòd licitum eſt diſpenſare ſupra jura, Reſponderi poteſt, quòd cùm diſpenſatio (ſicut juriſtæ tradunt) ſit provida juris communis relaxatio, utilitate ſeu neceſſitate penſata per eum ad quem ſpectat, canonicè facta: ut colligitur 1. q. 7. §. niſi rigor diſcipli. & cap. neceſſaria cum ſequentibus capp. Non eſt ſecundum Juriſtas

Quid ſit diſpẽſatio.

Digitized by Google

cenſenda diſpenſatio, ſed diſſipatio, ſi aliter fiat, cum jus vulneretur ex ead. 23. q. 4. ipſa pietas circa finem: unde non eſt ad dictam diſpenſationem abſque deliberatione provida procedendum, extra de tranſact. c. fi. Dominus enim cujus eſt vicarius Papa (ſicut ait Beatus Ambroſius in lib. de officiis) non vult ſimul effundi opes, ſed potius diſpenſari 86. di. non ſatis. potiſſimè cùm jus, contra quod fit diſpenſatio, ſit ars boni & æqui: cujus merito quis nos ſacerdotes, id eſt ſacrorum præceptorum miniſtros, appellat ff. de juſt. & jure. l. 1. §. jus. 2. quæſt. 7. fuerunt: contra quod quidem bonum & æquum abſque magna neceſſitate vel utilitate diſpenſari non debet, cùm illud quod jure agitur juſtè agatur. Et bene (ſicut Auguſtinus ad Macedonium ait 14. q. 4. quid dicam.) jus dictum eſt. Igitur dictæ diſpenſationes ex cauſis debitis & neceſſariis, non ex voluntate nec acquiſitis fieri debent, cùm de decoloratione ſtatus eccleſiæ agatur 1. q. 7. & ſi illa, & cap. tali conjugio. extr. de electione innotuit. §. multa & §. fina. Unde ſi diſpenſant ex cauſis indebitis, peccant: nec fortè illi cum quibus diſpenſatur, juvantur, ſed potius gravantur, prout No. extra de voto & vo. re. non eſt. & de ſtatu mona. cum ad monaſterium in fine. & concordat. 25. q. 1. ſunt quidam, extra de reſtitutio. ſpoli. literas. 85. di. olim. 16. di. ſicut & c. ſequent. extra de renuntia. poſt tranſlationem, Reſpon. 1. & c. niſi extra de bigamis. c. 3. 14. di. ſicut. 26. di. deinde de celebra. miſſa. cum Marthæ. 13.

Opes nō debent effundi ſed diſpenſari.

Diſpenſati non juvantur, ſed gravātur.

Digitized by Google

di. c. 1. de tranſactio. c. fi. de tempo. ordi. c. fi. de exceſ. præla. ex literis. de homicidio. c. 1. 50. di. miror. & c. clericum. 1. q. 1. ſtatuimus. & c. ſi quis à Symoniacis. 1. q. 4. requiritis. 1. q. 7. qui in qualibet. & cap. convenientibus. ad finem. & c. ſaluberrimum. in fi. de conſe. di. 4. qui bis. & c. confirmandum. Unde prudenter aget Do. Papa ſi in diſpenſationibus & aliis ſervet conſilium Leonis Papæ in præalle. c. ſicut. Dicit enim quòd ſicut quædam ſunt quæ nulla poſſunt ratione convelli, ita multa ſunt quæ aut pro neceſſitate temporum, aut pro conſideratione ætatum oporteat temperari, illa conſideratione ſemper ſervata, ut in his quæ vel dubia fuerunt aut obſcura, id noverimus ſequendum, quod nec præceptis evangelicis contrarium, nec decretis ſanctorum patrum inveniatur adverſum. Penſet itaque ejuſdem Do. Papæ ſanctitas, ſi ex diſpenſationibus quæ paſſim juxta ſtil[illegible] Romanæ curiæ fiunt, rumpitur nervus. 50. di. preſbyteros. 34. q. 2. in lectum. 15. q. 1. ſi quis inſaniens. 23. q. 5. excommunicatorum. Et ſi eſſet ſibi & univerſali eccleſiæ de prælibato à remedio juris conveniens, acquieſceret traditionibus, & ceſſaret à dictis diſpenſationibus, indulgentiis & conceſſionibus, privilegiis & exemptionibus, quæ ſunt contra bonum commune: quod præferendum eſt privato. 7. q. 1. ſcias. 8. q. 1. in ſcripturis. Et quæ ad privatum videntur trahi commodum, abſtinendum. 25. quæſti. 1. c. 3. Nam ſicut ſcribit Hieronim. ad Ruſticum Narbonenſem epiſcopum. Ex

Ceſſare à diſpẽſationibus.

Digitized by Google

quo in eccleſiis ſicut in Romano imperio crevit avaritia, periit lex de ſacerdotibus, & viſio de propheta. 93. di. diaconi ſunt. de Craſſo legitur, quòd aurum ſitivit, & aurum bibit. 1. q. 1. §. ex his verbis: * Hunc punctum amplè diſcuſſit, his diebus, in ſuo tractatu diſpenſationum Probus.

TITULUS V.

De exemptionibus.

DE exemptionibus autem, ex qua cauſa conceſſæ fuerint, & continuò concedantur: & quis fructus modernis temporibus ſubſequatur ex eis, haberet Domini noſtri Papæ ſanctitas providere. Magna nanque authoritas iſta in Dei eccleſia eſt habenda: etſi nonnulli ex prædeceſſoribus & majoribus noſtris fecerunt aliqua quæ illorum tempore potuerunt eſſe ſine culpa, & poſtea vertuntur in errorem & ſuperſtitionem, ut ſine tarditate aliqua, & cum magna authoritate à poſteris deſtruantur. 63. diſt. § verum. Unde Ezechias diſſipavit excelſa, & contrivit ſtatuas, & ſuccidit lucos, confregitque ſerpentem æneum, à Moyſe juſſu Dei factum, ne ſerpentina morte populus interiret. Et laudatur dictus Ezechias deſtruxiſſe quod tendebat ad perniciem, quod jubente Deo fecerat ille. Num. 21. 4. Regum 18. c. Non enim debet irreprehenſibile judicari, ſi ſecundum varietatem temporum, ſtatuta quandoque variantur humana, *Variātur humana ſtatuta ex cauſa.*

præſertim cùm urget neceſſitas, vel evidens utilitas id expoſcit. Cùm ipſe Deus ex his quæ in veteri teſtamento ſtatuerat, nonnulla mutaverit in novo: ſicut habetur ex concilio generali, extr. de conſang. & affini. non debetur 29. diſt. c. 1. & 2. 4. diſt. erit. 32. q. 4. quis ignoret. & c. objiciuntur 23. q. 7. occidit. extr. de tranſac. c. fi. de ſent. excom. ſuper eo. Ex quibus infertur, quòd ſi majus damnum & majus inconveniens ſubſequatur ex dictis diſpenſationibus & dictis exemptionibus, quàm utilitas, quod haberent per ejuſdem ſummi pontificis providentiam revocari, quod facilè oſtendi poteſt juribus & rationibus ſupradictis. Quod autem ad faciendum dictam revocationem exemptionum, Do. Papa de facili debeat eſſe inclinatus, poſſunt & debent eum movere non ſolùm prædictá, ſed etiam multa alia. primum eſt generalis ordinatio univerſalis eccleſiæ procedens ex Deo ab apoſtolis, ſanctis patribus, generalibus conciliis & Roma. pontificibus comprobata & obſervata: ſecundum quam eis religio Chriſtiana, & generaliter omnia monaſteria & loca religioſa, Abbates, Abbatiſſæ, monachi, moniales, & omnes alij religioſi & perſonæ eccleſiaſticæ immediatè ſubſunt gubernationi & curæ epiſcoporũ in civitatibus & diœceſibus eorumdem tanquam ſuperiorum ſuorum, Apoſtolorumque ſucceſſorum & poteſtatem habentium: unde cùm do. Papa tantam & talem obſervationem imitari non debeat, nec fortè valeat, ergo nec generales exemptiones, privilegia,

Cauſæ propter quas revocari debeant exemptiones.

libertates, & immunitates derogativas & præjudicativas honori, poteſtati, ſtatui, ordinationi, & ordini dictorum epiſcoporum & ordinariorum, contra prædictam generalem ordinationem ſic paſſim concedere debet, nec etiam forſitan valet: prout & infrà ſcriptis juribus comprobatur. Quòd autem generalis ordinatio eccleſiæ procedat à Deo, & attendenda ſit, probatur authoritate Gregor. 89. diſt. ad hoc. & 16. q. 1. ad hoc. Nam ut ibidem dicitur, Ad hoc diſpenſationis proviſio gradus diverſos & ordines diſpoſuit eſſe diſtinctos, ut dum reverentiam minores potentibus exhiberent, & potentiores minoribus dilectionem impenderent, vera concordia fieret. Et ex diverſitate connexio, & rectè officiorum gereretur adminiſtratio ſingulorum. Neque enim univerſitas alia poterat ratione ſubſiſtere, niſi hujuſmodi magnus eam differentiæ ordo conſervaret. Quia verò quæque creatura in una eademque qualitate gubernari vel vivere non poteſt, cæleſtium militiarum exemplar nos inſtruit: quia dum ſunt angeli, ſunt archangeli, & liquet quia non ſunt æquales, ſed in poteſtate & ordine differunt alter ab altero. In quo quidem c. dicit glo. 89. diſt. quòd dicta prælatio durabit uſque in diem judicij, quod probat authoritate apoſtoli dicentis, 1. Corint. 15. Dum mundus iſte durabit, homines præſunt hominibus, dæmones dæmonibus, angeli angelis. Cùm autem Deus erit omnia in omnibus, ceſſabit dicta prælatio, non tamen ordo vel majoritas,

Compēſantur minores à maioribus.

Quando ceſſabit prælatio. de pœ. diſt. 4. in domo. Et dicta diverſitas ordinum eccleſiaſticorum prælationis eſt propter concordiam humani generis inſtituta, ſicut Leo Papa ait, 45. diſt. licet. 2. Et ne ſchiſma fieret in eccleſia Dei, ſicut probat Hieron. ad Evandrum epiſcopum, 53. diſt. legimus. & idem probat ad Neopotianum ſcribens, 55. diſt. Eſto ſubjectus pontifici tuo, & ipſum quaſi animæ parentem ama. Idem etiam probat dictus Gregorius in dicto c. ad hoc. locorum gradus rationis ordo diſtinxit, & judicia eſſe conſtituit, ut nec præpoſiti in opprimendo ſubjectos, ſe fruſtra valeant occupare, nec ſubjectis iterum contra ſuos præpoſitos effrenata ſit reſultandi licentia. Non eſt ergo dicta diſtinctio graduum & prælationis contemnenda, ſicut dicit Joan. Chriſoſto. 11. q. 3. Nemo contemnat. Nam à Deo eſt principaliter conſtituta in veteri teſtamento per Moyſen, qui ex præcepto Domini, Aaron in ſummum pontificem, filios verò ejus unxit in minores ſacerdotes, Exo. 31. c. In novo autem teſtamento

Ordo graduũ eccleſiæ. dicta diſtinctio graduum, & majorum & minorum ſacerdotum diſcretio ab ipſo Chriſto ſumpſit exordium, qui duodecim apoſtolos tanquam majores ſacerdotes, & 72. diſcipulos quaſi minores ſacerdotes inſtituit. Petrum verò quaſi in ſummum ſacerdotem elegit. Apoſtoli autem in ſingulis civitatibus epiſcopos ordinaverunt, 21. diſt. §. 1. Et ligandi atque ſolvendi poteſtatem tam Petrus quàm apoſtoli

Primatus Petri. à Chriſto receperunt. Primò tamen Petrus, ſicut Anacletus Papa ait, hanc ligandi & ſol-

Digitized by Google

vendi ſupra terram poteſtatem accepit à Domino: primuſque ad fidem populum virtute ſuæ prædicationis adduxit. Actuum 2. Rom. 10. Cæteri verò apoſtoli cum eodem Petro pari conſortio honorem & poteſtatem acceperunt à Chriſto, ipſumque Petrum principem eorum eſſe voluerunt. Ipſis verò apoſtolis decedentibus, in loco eorum ſucceſſerunt epiſcopi, quos qui recipit & verba eorum, Deum recipit: qui autem ſpernit, Deum, à quo miſſi ſunt, & cujus funguntur legatione, ſpernit: & ipſe indubitanter ſpernetur à Domino. Videntes autem ipſi apoſtoli meſſem eſſe multam, & operarios paucos, rogaverunt dominum meſſis, ut mitteret operarios in meſſem ſuam, unde ab eiſdem apoſtolis electi ſunt 72. diſcipuli, quorum typum gerunt preſbyteri, atque in eorum loco ſunt in eccleſia conſtituti: ſecundum Anacle. 21. diſt. in nono. & concordat cum dicto Anacle. Cyprianus Papa 24. q. 1. loquitur. ubi dicitur per eumdem: Loquitur Dominus ad Petrum, Ego dico tibi quia tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo eccleſiam meam. Super unum ædificat eccleſiam. Et quamvis apoſtolis omnibus poſt reſurrectionem ſuam parem poteſtatem tribuat, & dicat: Sicut miſit me pater, & ego mitto vos, accipite Spiritum ſanctum. Tamen ut veritatem manifeſtaret, unitatis ejuſdem originem ab uno incipientem ſua authoritate diſpoſuit. Hoc erant utique cæteri apoſtoli quod Petrus fuerat, pari conſortio præditi & honoris, & poteſtatis: ſed

Presbyteri loco diſcipulorum ordinati.

unitatem

ab unitate exordium, proficiſcitur, ut eccleſia Chriſti una monſtraretur: & ita ſubiicit in eodem c. dictus Cyprianus. Epiſcopatus unus eſt, cujus inſolidũ pars tenetur. ubi dicit glo. quòd idem jus reſidet apud quemlibet epiſcoporum: tamen revera quilibet habet ſeparatum & ſpeciale jus: ſcilicet in civitate diœceſi ſibi commiſſa. ff. quemad. ſervi. amit. l. aquam. non quòd ſingula jura à quolibet inſolidum teneantur. ff. de verbo. obliga. l. 2. ff. de ſervi. l. viæ. Concordat ad præmiſſa Auguſti. exponens illud Joan. 22. & Matth. 16. Quodcunque ligaveris ſuper terram, erit ligatum & in cælis: quia dicit quòd ſuper hoc non eſt dictum tantùm Petro, ſed eccleſiæ 24. q. 1. quodcunque & c. ſequentibus & præcedentibus. idem & Auguſt. ait de Paulo, quod Paulus Petrum reprehendit, quod non auderet, niſi ſe non imparem ſciret. 2. q. 7. Paulus. cum quatuor ſequentibus. ad idem concordat Grego. Joanni eſpiſcopo Ciracuſano ſcribens. 22. diſt. de Conſtantinopolitana, ubi dicit, quòd ſi qua culpa in epiſcopis invenitur ratione eccleſiæ ſubjecti ſunt: cùm verò culpa non exigit omnes ſecundum qualitatem humanitatis æquales. facit, ad idem 68. diſtin. quorum vices. ubi dicit Vrbanus Papa, quorum vices in eccleſia epiſcopi habent, & quis eis hanc dignitatem dare debeat, ſanctus Auguſtinus oſtendit, inquiens. Pro patribus tuis nati ſunt tibi filij. patres miſſi ſunt Apoſtoli. pro Apoſtolis nanque filij nati ſunt, & conſtituti ſunt epiſcopi. Hodie enim epiſcopi qui ſunt per totum mundum, unde nati ſunt, patres ipſa

Vnitas hic commendatur.

Culpa operatur.

Digitized by Google

eccleſia illos appellat, ipſa nanque illos genuit. Et ipſa illos conſtituit in ſedibus patrum. Non te ergo putes deſertam: quia non vides Paulum, quia non vides Petrum, quia non vides illos per quos nata es: de prole tua decernitur tibi paternitas. Pro patribus tuis nati ſunt tibi filij, cōſtitues eos principes ſuper omnem terram. ad idem, 35. diſt. ecce. in fine. 2. q. 7. accuſatio. in fi. 3. q. 1. nulli. in fin. 7. q. 1. omnes. 2. q. 5. habet. in fi. Mat. 10. Luc. 9. Apoſtolus etiam legens de dictis epiſcopis & ordinariis dicit. Epheſi. 4. quoſdam autem prophetas, alios vero evangeliſtas, alios doctores ad conſummationem ſanctorum in opus miniſterij, id eſt ædificationem corporis Chriſti: ſecundum etiam prædictum Apoſtolum. Romanorum 13. Omnis anima ſublimioribus poteſtatibus debet eſſe ſubjecta: quia non eſt poteſtas niſi à Deo, quæ autem à Deo ſunt ordinata ſunt: itaque qui reſiſtit poteſtati, Dei ordinationi reſiſtit. Qui autem reſiſtunt ipſi, ſibi damnationem acquirunt. Patet itaque quòd dicta generalis ordinatio prælationis à Deo in veteri teſtamento, & à Chriſto in novo proceſſit. Et quòd inde epiſcopi poteſtatem ſuam acceperunt, quam Apoſtoli habebant, & quòd dicta ordinatio non eſt contemnenda, nec interdicenda, probat Aug. per dicta Baſilii. 11. di. eccleſiaſticarum. Beatus verò Bernar. in li. de conſide. ad Eugenium Papam ſuper hoc ſcribit, dicens. Nec vilem repures formam hanc, ſ. eccleſiaſtici ordinis quæ in terris eſt, exemplar enim habet

Eccleſia non eſt deſerta per apoſtolorun mortem.

Dedit Dominus apoſtolos, &c.

Poteſtas non niſi à Deo.

Forma ordinis eccleſiaſtici exēplar habet in cœlo.

Digitized by Google

è cœlo. juxta illud Apo. 21. Vidi civitatem ſanctam Hieruſalem deſcendentem de cælo, à Deo paratam. Quod idem Bern. per ſimilitudinem eccleſiæ militantis ad eccleſiam triumphantem aſſerit eſſe dictum: quia ſicut illic Seraphim, Cherubim, ac cæteri quique uſque ad angelos & archangelos ordinantur, pili ordinantur ſub uno capite, ſic & eccleſiæ gradus. non igitur parvipendenda, nec interdicenda eſt dicta ordinatio, quæ Deum habet authorem. Sanè quòd juxta dictam ordinationem divinam & generalem univerſalis eccleſiæ, epiſcopis tamquam ordinariis, & poteſtatem apoſtolorum in eorum civitatibus & diœceſibus habentibus ſubditi debeant omnia monaſteria & loca religioſa habere probatur. 16. quæſt. 7. omnes baſilicæ: unde conſtitutio Aurelian. conci. ponitur ſecundum quòd omnes baſilicæ, quæ per diverſa loca conſtructæ ſunt, vel quotidie conſtruuntur, in epiſcopi poteſtate conſiſtere debent, in cujus territorio poſitæ ſunt. ad idem 18. quæſt. 2. monaſteria. quod eſt ejuſdem concilij Aurelianen. in quo dicitur, quòd monaſteria & monachorum diſciplina, ad eum pertineant epiſcopum, in cujus territorio ſunt conſtituta. Ad idem, eadem quæſtio. cognovimus. ubi dicit Grego. quòd monaſteria ſervorum Dei, vel fœminarum, ſint ſub cura epiſcopi loci ſub cujus moderamine degunt: quia valde eſſet indecens, ut eo obmiſſo alius quilibet ſe illorum cauſſis admiſceat. Sed ille eorum vitas competenti regularique moderamine diſpone-

Monaſteria epiſcopis de iure cõmuni ſubsũt.

te, qui pro commiſſis animabus eorum compellitur reddere rationem. Ad idem de inſtitu. cum veniſſent.primum reſpon. ubi dicit Innocent. quòd ad epiſcopum talia de jure communi pertinent. Ad idem de religio. domi. de ſynodochiis. ubi dicitur, quòd ſecundum dicta Eugenij Papæ, ſynodochia & alia ſimilia loca per ſollicitudinem epiſcoporum, in quorum diœceſi exiſtunt, ad eandem utilitatem quibus conſtituta ſunt, ordinentur. Concordat ad idem. 16. quæſtio. 5. ſi quis epiſcoporum. in fin. ubi dicitur per Nicolaum Papam, quòd gubernatio omnis eccleſiæ ad eum epiſcopum pertinet, in cujus civitatis territorio eſt conſtructa. Et idem conſtitutum eſt in 4. conſtitu. Tho. per Grego. ead. quæſt. poſſeſſio. & ca. lator. Ad idem concordat Grego. in regiſtro. 61. diſtinctio. obitum. circa finem. dum dicitur, monaſteria autem ſi qua ſunt in ipſius ſcilicet Panormitani epiſcopi conſtituta parochia, in tua cura (& loquitur viſitatori deputato ſede vacante) diſpoſitioneque etiam concedimus, quouſque illis propitius epiſcopus fuerit ordinatus. Ad idem. 12. quæſtione prima. quoniam ad Heliam. ubi conſimile dicitur per Grego. ad idem. 10. quæſtione prima, quod eſt concilij Hylerden. & cap. ſecundo, quod eſt concilij Tholoſa. capit. 20. & capit. 3, quod eſt ſecundi concilij Cabilonen. & capit. tertio, quod eſt Leonis quarti. & capit. quinto, quod eſt concilij Antiocheni. capit. 7. quod eſt 4. concilij Tholoſa. & capit. 7. quod eſt concilij Arelianen. Ad idem eadem cauſſa.

Digitized by Google

Digni honore dicũtur. & quęſtio.ſecunda.epiſcopus hanc.quod eſt ex concilio Martini Papæ ſcilicet Bracharen. ad idem. 16. quæſt. 1. qui verè. quod eſt in cap. concilij Calcedon. ubi dicitur, quòd qui verè & purè ſolitariam vitam eligunt, digni ſunt convenienti honore. Eos vero qui per ſingulas civitates ſeu poſſeſſiones in monaſteriis ſunt, placet nobis epiſcopo eſſe ſubditos & quieti operam dare, atque obſervare jejunia & orationes, in locis, quibus ſemel ſe Deo devoverunt, permanentes: & neque communicare eccleſiaſticas neque ſeculares aliquas attractare actiones, propria monaſteria relinquentes: niſi fortè jubeantur propter urgentes neceſſitates ab ipſius civitatis epiſcopo: & neminem ſervorum ſuſcipi in monaſterium, ut ſit cum eis monachus, niſi cum domini proprij licentia: prætereuntem verò hæc, decrevimus extra communionem eſſe, ne nomen Domini blaſphemetur. Convenit ergo civitatis epiſcopo, curam & ſollicitudinem neceſſariam monaſteriis exhibere. Concordat etiam cum dicto concilio Calcedonen. ea. cauſ. q. 2. ca. 3. ubi dicitur & ſtatuitur quatenus eccleſiæ quorumcunque monachorum in ſingulis parochiis ſitæ, epiſcoporum (ut decet) divinitus ſubdantur regimini: eiſque debita obſequia exhibeant. 18 q. 2. Eleutherius. quod eſt Gelaſij Papæ. & c. ſervitium. quod eſt Vrbani Papæ. ubi dicitur quòd monaſteria & eorum eccleſiæ exhibeant epiſcopis ſervitia conſueta. Ad idem ead. quæſtione, viſitandi. ubi dicit Greg. Viſitandi, exhortandique gra-

tia ad monaſterium quoties placuerit ab antiſtite civitatis, accedatur: ſed ſic charitatis officium illic impleat epiſcopus, ut gravamen aliquod monaſterium non incurrat. Concor. ea. q. non ſemel, quod eſt concil. Aurelian. ubi dicitur, quòd non ſemel, ſed ſæpius in anno epiſcopi viſitent monaſteria monachorum, & ſi aliquid corrigendum fuerit, corrigant. Concordat ea. q. pervenit. & c. dudum. quæ ſunt Greg. in quibus ſimiliter probatur quòd pertinent dicta monaſteria & loca religioſa ad curam epiſcoporum. Ad idem 9. q. 3. Onoſius. ubi dicitur quod in monaſteriis ſunt per epiſcopos œconomi conſtituendi. Ad idem. 18. q. 2. quidam. quod eſt conci. Calcedonen. ubi dicitur, quod monaſteria ſine aſſenſu epiſcoporum non ædificentur: & quòd ſint in poteſtate eorum in quorum civitatibus vel diœceſibus exiſtunt. idem dicitur in 5. cap. ſequentibus, quorum primum ejuſdem concilij, ſecundum concilij Carthaginen. & tria ſequen. concilij Agathen. Ad idem. 17. quæſt. 4. in venditionibus. quod eſt conci. Agathen. ubi dicitur quòd abbates nihil alienare poſſint ſine licentia epiſcoporum, in quorum ſunt civitatibus vel diœce. monaſteria conſtructa. Et concordat. 12. quæſtio. 2. abbatibus. quod eſt concilij Aurelianen. Ad idem extra de religio. domib. ut epiſcopo ſint ſubjecti in rubro & in nigro. & 2. diſtinct. de his. ubi dicitur, quòd ratione ſubjectionis, debent ſe in officio cathedralibus eccleſiis conformare, & eſt dictum aſſumptum ex. 11. concil.

Digitized by Google

Tole. cap. 3. Ad idem. 6. quæſtio. 3. capit. 1. & 2. & in 11. quicunque. Ad hoc quòd abbates, monachi & moniales & alij religioſi dictis epiſcopis, in quorum degunt civitatibus vel diœceſibus, ſunt ſubjecti, patet non ſolùm ex præmiſſis, verum etiam ex pluribus aliis. unde in concilio Aurelianen. cap. 15. poſito. 18. quæſtione 2. abbates pro humilitate religionis in epiſcoporum poteſtate conſiſtant: & ſi quid extra regulam fecerint, ab epiſcopis corrigantur, qui ſemel in anno, in loco ubi epiſcopus elegerit, accepta vocatione conveniant. Ad idem eadem quæſtione. ſi quis abbas. quod eſt concilij Tribu. ubi dicitur, quòd ſi quis abbas cautus, in regimine humilis, caſtus, miſericors, diſcretus ſobriuſque non fuerit, & divina præcepta verbis & exemplis non oſtenderit, ab epiſcopo, in cujus territorio conſiſtit, & à vicinis abbatibus, & cæteris Deum timentibus, à ſuo coerceatur honore: etiam ſi omnis congregatio vitiis conſentiens ſuis, eum abbatem habere voluerit. Ad idem de majo. & obedien. quod ſuper his. ubi dicitur, quòd dicti abbates ad ſynodos epiſcopales venire tenentur. Paſcalis etiam Papa ſcribit. 18. q. 2. abbatibus. quòd abbatibus qui neque ſub epiſcopo, neque ſub metropolitano, neque ſub primate, neque ſub patriarcha ſunt, nullus prorſus epiſcoporum epiſcopalia quælibet adminiſtret. Cùm enim ſe nulli epiſcopo omnino ſubeſſe profiteantur, conſequens eſt ut nullus epiſcoporum quæ ſua ſunt, eis tamquam exteris largiatur. De Abbatiſſis

Abbas ſit ut hic.

batiſſis autem & religioſis fœminis, quin etiam epiſcopis ſubjiciantur, dubium non exiſtat. Nam & alij, qui eiſdem præponendi ſunt, debent per ipſos epiſcopos comprobari: ſicut habetur ex concil. Carthaginen. 18. quæſtio. 2. qui religioſis. per ipſorum etiam providentiam agendum eſt, ne ſimul cum monachis commorentur, nec confabulentur, & ne propria receptacula habeant. 18. quæſti. 3. diffinimus. cum duobus cap. ſequentibus. & cap. pernicioſam. Per epiſcopos etiam corriguntur monaſteria fœminarum religioſarum, ſecundum Greg. ead. quæſti. cognovimus. & earum monaſteria nimium frequentantes per epiſcopos puniantur, ſicut habetur in concil. Lateranen. poſito extrà de vita & honeſta. clericorum. monaſteria. Dictæ enim moniales tanquam ſubjectæ eis per epiſcopos bedicuntur: de pœni. & re. nova. & 20. quæſtio. 1. Juvenculas. & ab eis epiſcopis per manuum injectiones in clericos abſolvuntur: & votum caſtitatis infringentes, & matrimonium contrahentes ad ipſum per epiſcopum redire coguntur. 27. quæſtio. 1. de viduis. & de inceſtu ſuſpectæ coram epiſcopo ſuo ſe purgare coguntur: ſicut habetur in conci. Melden. poſito extra de purgatio. canonica. moniales. De monachis verò & aliis religioſis quod dictis epiſcopis ſubjecti ſunt, patet non ſolùm ex præmiſſis, verùm etiam ex pluribus aliis latè & diffuſè poſitis infrà in titul. 53. ſecundæ partis hujus tractatus, in quo plenè actum eſt de ſtatu, conditione, & officio eorundem: & certum eſt, ſicut habetur ex conci. Pariſien. 93. diſtin. nulla. quòd non ſunt habendi ut clerici, ſed tanquam acephali, ſi ſub nullius

Abbatiſſæ epiſcopis ſubiiciuntur.

Monachi & alij religioſi epiſcopis ſubiiciũtur.

epiſcopi diſciplina & providentia gubernentur.

Papa nõ concedat exemptiones nec privilegia contra id quod patres ſententialiter diffinierunt.

Porrò quòd dominus Papa non poſſit nec debeat novas leges vel nova jura concedere, vel privilegia, libertates, immunitates, exemptiones concedere ſuper his & contra ea quæ apertè Dominus, vel ejus apoſtoli & eos ſequentes ſancti patres, ſententialiter aliquid diffinierunt, ſed potius quòd prædicatum eſt uſque ad animam & ſanguinem confirmare debeat: quia aliter errare probaretur. Et quòd contra ſtatuta patrum aliquid condere vel mutare, nec ratione ſedis poſſit authoritas niſi alia quæ ad perpetuam ſunt ordinata utilitatem mutare, & quòd teneatur quatuor concilia, ſcilicet Nicenum, Conſtantinopolitan. Epheſinum, & Calcedon. ſicut quatuor evangeliſtarum librum ſuſcipere & tenere, quæ quatuor concilia univerſalia fuerunt ſeptem vicibus celebrata, necnon & alia concilia generalia plenè probatum eſt ſupra in hoc titulo, & in præcedenti per jura & concilia poſita. 25. quæſt. 1. & 2. ferè per totum. & 16. diſtinct. ſicut ſancti evangelij. & c. ſecundum. & 16. diſtinct. quoniam. & c. ſancta octo univerſ. conſilia. & cap. ſexta. & per alia plura jura. Cùm itaque pateat ex præmiſſis, quòd epiſcopi poteſtatem & honorem ſuum receperunt à Deo, à quo ordo prælationis inſtitutus eſt, & à quo epiſcopi in loco apoſtolorum conſtituti ſunt in ſingulis civitatibus & diœceſibus: & quòd ſecundum generalem ordinationem univerſalis eccleſiæ à Deo procedentem, & ab ejus apoſtolis, ſanctis patribus, generalibus & ſpiritualibus conciliis, & Romanis Pòntificibus approbatum omnis religio Chriſtiana, & generaliter omnia

Quatuor cõcilia generalia hic ponuntur.

monaſteria & loca religioſa, abbates, & abbatiſſæ, monachi, moniales, & aliæ religioſæ & eccleſiaſticæ perſonæ ſubſunt gubernationi & curæ epiſcoporum ſuorum, concludat dictus dominus noſter Papa ſi contra prædicta in derogationem, diminutionem honoris & poteſtatis epiſcopalis prædictas libertates & immunitates, & exemptiones, locis & perſonis religioſis eccleſiarum cathedralium & collegiatarum, & aliis locis & perſonis eccleſiaſticis concedere paſſim & abſque cauſa neceſſitatis vel evidentis utilitatis poteſt & debet. Secundò oſtenditur, ſuppoſito quòd licet D. Papa ſupradictas exemptiones, libertates, & immunitates concedere poſſit, non tamen expedit ſibi nec univerſali eccleſiæ, nec ſtatui religionis, nec perſonis religioſorum eas concedi, propter plura mala ſcandala & diſpendia quæ proveniunt ex eiſdem. Quòd domino Papæ non expediat, nec eum deceat concedere ſupradicta, patet ex multis, quæ in præſenti titulo dicta ſunt. Nam Gregor. Papa in perſonam ſuam & ſucceſſorum ſuorum ſcribit, 25. q. 2. Si ea deſtruerem, quæ anteceſſores noſtri ſtatuerunt, non conſtructor, ſed everſor eſſe juſtè comprobarer, teſtante veritatis voce, quæ ait, Matth. 11. Omne regnum in ſeipſum diviſum, non ſtabit: & omnis ſcientia & lex adverſum ſe diviſa, deſtruetur. Item Leo Papa. Privilegia eccleſiarum & monaſteriorum ſanctorum patrum authoritate inſtituta, nulla poſſunt authoritate convelli, nulla novitate mutari. In quo opere, auxiliante Chriſto, fideliter exequendo, neceſſe eſt hujus ſanctæ ſedis pontifices perſeverantem exhibere famulatum.

Digitized by Google

Diſpenſatio enim nobis credita eſt, & ad noſtrum reatum tendit, ſi paternarum ſanctionum regulæ nobis conſentientibus vel negligentibus violentur. ea. cau. & q. privilegia. Ex quibus patet quòd ſi concedat, ad ejus reatum pertinet: niſi cauſſa legitima ſubſit. & quòd non conſtructor, ſed everſor & diviſor eſt regni eccleſiaſtici & unitatis eccleſiæ, quæ diviſionem non capit. 24. quæſtio. 1. loquitur. & c. ſciſma. memor namque eſſe debet dominus Papa verbi apoſtoli, qui ait. 1. Corin. 6. cap. omnia mihi licent, ſed non omnia expediunt. Quòd autem non expediat univerſali eccleſiæ dictas exemptiones, libertates & immunitates concedi, patet: quia per ipſas ordo univerſalis deſtruitur & confunditur, & ſtatus prælationis parvipenditur & vilificatur, & epiſcopatus qui unus eſt, ſcinditur, & dividitur: contra illud Cipriani. 24. quæſtio. 1. loquitur. & Hieron. ead. quæſtio. quoniam. cum ſeq. unde poſſunt prælati dicere illud Eſaiæ prophetæ, de exemptis prædictis & eccleſiaſticis beneficiis præ ipſos epiſcopos, & alios eis dudum collatis, enutritis, & exaltatis, Filios enutrivi, & exaltavi eos: ipſi autem ſpreverunt me. Eſaiæ 1. Et illud, impinguatus, incraſſatus dilatatus, & recalcitravit. Nonne conſtat quod per prædictas exemptiones tolluntur obedientia & reverentia: quas deberent dicti exempti ſuis prælatis, & ordinariis exhibere? Cujus in ipſis ſuperioribus debeat eſſe præcipiendi authoritas & in ipſis neceſſitas obſequendi. Quantò gradus epiſcopalis celſior, tantò fortius obediendum eidem, cùm in poteſtatibus etiam hujus ſeculi, major poteſtas minori ad obediendum præ

Alia cauſa contra exemptiones hic ponuntur.

Digitized by Google

feratur. ſicut Aug. ait in. 2. lib. confeſſion & 8. diſt. quæ contra. & concordat. 21. di. §. in his omnibus cum. cap. ſequentibus. Eſt nempe juſtum, quòd inferior obediat ordinario ſuo in licitis & honeſtis, cùm ſumma laus ſit obtemperare præpoſitis: & quicquid ab eis utiliter imperatum fuerit, cum obedientia adimplere: ſicut Grego, ait. 24. quæſtio. 1. ſententia. Quid enim dicta obedientia fructuoſius, cùm ſola ſit quæ fidei meritum poſſidet, ſine qua quiſque infidelitate convincitur, etiam ſi fidelis eſſe videatur, ſicut idem Greg. in. 25. lib. moral. & 7. q. 1. ſciendum, ait. Nam per ipſam obedientiam in præſenti meremur gratiam, & qui ſuis epiſcopis non obediunt, indubitanter reprobi & rei exiſtunt, ſicut à Deo donum ſummi muneris conſequuntur, qui libenter eidem obediunt. 83. di. nulla. c. ille. & c. ſi inimicus. Propter dictam obedientiam etiam bonum ab ipſis religioſis & aliis eſſet omittendnm, ne eccleſia ex ipſorum exemptionibus ſcandalizari haberet: ſicut Greg. ait. 11. q. 3. quid ergo. nec pro aliquo temporali commodo deberent dicti religioſi vel alij incurrere notam inobedientiæ: cùm ipſa obedientia melior ſit, quam victima. de majo. & obe. illud. Nam religioſi ſuis prælatis inobedientes ſunt de monaſterio expellendi. de majori. & obedien. quod ſuper his. cum habentibus juriſdictionem ſpiritualem & etiam temporalem debeant eſſe ſubjecti, eiſque obedire. eod. tit. ſolite. A qua ſiquidem obedientia ſuo epiſcopo exhibenda, etiam ſubdiaconus Papæ, & princeps, non abſolvitur. Cum quibus religioſis, quicunque minimus vult ab ea abſolui, de majo. & obe. per

Iuſtum dicitur, ut inferior ſuo obediat ſuperiori

Obediẽtia laudatur.

Obediẽtia melior quã victima

Digitized by Google

tuas & cap. omnis. ne forte inimici ſuggeſtione mille nocendi &c. 16. q. 2. viſis. efficiantur ſimiles Chriſto, qui non ſolùm Deo patri uſque ad mortem obediens extitit, verum etiam Joſeph patri putativo ejuſdem, ſicut habetur Luc. 2. ſecundum autem Leonem Papam ubi eſt incolumitas obedientiæ, ibi eſt ſana doctrinæ forma. 61. di. mirantur. Et cum ab hominibus de diœceſi ſit epiſcopis obediendum in omnibus quæ ad divini cultus officium, & ad eccleſiaſticam utilitatem pertinent, & eis reverentia exhibenda, ſicut Pelagius Papa ait. 7. q. 1. Quia fieri non debent domini abbates & priores & guardiani moleſti, qui ſe alij ſciunt eſſe præpoſitos, epiſcopos & ordinarios ſibi eſſe prælatos. Sed obedientiam & reverentiam quas ab aliis exigunt, eiſdem prælatis impendere, cum memores eſſe debeant doctrinæ Chriſti, cujus nos & ipſi ſumus diſcipuli, dicentis, diſcite à me, quia humilis & mitis ſum corde. Matt. 11. De reverentia autem dictis prælatis & epiſcopis debita, ſi juſtum ſit & eccleſiæ univerſali expediens, quod dictas exemptiones ab eorum ſubditis ſubtrahat, eiſdem penſandum eſt: divinum namque præceptum eſt decalogi. Exo. 20. c. Honora patrem tuum & matrem tuam ut ſis longævus ſuper terram: quod non ſolum intelligitur de patre & matre carnalibus, verum etiam de patre ſpirituali, & de matre eccleſia. 30. quæſti. 3. ita diligere. 85. diſtinctio. eſto ſubjectus. Penſent obſecro exemptionem appetentes & defendere cupientes, ſi audiendus eſſet filius, & ſi ſapiens putaretur qui vellet eximi ab obedientia & reverentia patris ſui appetentis, cum ſervus manumiſſus & etiam

Honora patrem & matrem.

Digitized by Google

libertus ad hoc etiam teneantur, & ſine venia impetrata patronum in jus vocare non permittantur impunè, etiam ſi à corpore vel collegio vel civitate quorum ſingulos in jus vocare poteſt ſervus manumiſſus, & adverſus rem publicam vel univerſitatem voluit experiri, ſecundum legem canonizatam. 12. quæſtio. 2. ſi ſine venia. cum ca. præcedent. & ſubſequentibus. Verùm ſi de aliquibus gravaminibus luminoſo abbati à Caſtorio Ariminenſi epiſcopo illatis & conſimilibus arguatur, ſervandā eſt ſententia Auguſtini. 2. 51. de unico baptiſmo dicentis, quod interdum conqueritur pater de filio malo, & filius conqueritur de patre duro: unde ſervamus honorificentiam patri quæ debetur à filio, non æquamus filium patri in honore, ſed præponimus filium patri in veritate, & ſic tribuimus honorem debitum, ut non perdat æquitas meritum. 2. q. 7. quæritur. Obtentu igitur dictorum gravaminum (ſi qua inferantur eidem) non eſſent reverentia & obedientia prælatis denegandæ: de appella. ad hoc. ſi in una cauſſa maximè cum appellationis remedium ſit conceſſum 7. q. 7. omnis oppreſſus. Chriſtus vero ait de dictis epiſcopis in perſona apoſtolorum, quod qui eos ſpernit, Deum à quo miſſi ſunt, cujus funguntur legatione, ſpernit, & ipſe indubitanter ſpernentur à Domino. Mat. 10. & Luc. 10. 10. 1. diſti. in novo. 3. q. 1. omnis. 2. q. 7. accuſatio. Quam reverentiam & obedientiam impendent laici & domini principes temporales dictis epiſcopis & ordinariis, quibus patenter & notoriè & manifeſtè religioſi de ordine paupertatis & alij frequenter inobedientes & irreverentes exiſtunt? Certè

Non æquamus filium patri in honore.

Digitized by Google

quod ab eis facilè agitur, trahitur ab aliis in exemplum, de accuſa. qualiter & quando, & hoc tendit ad depreſſionem eccleſiæ univerſalis, cum dicta reverentia & obedientia ab omnibus debeantur eiſdem epiſcopis & prælatis, etiam ſi eſſent inutiles, quandiu ab eccleſia tolerantur. 7. quæſtione 4. nonne. 16. quæſtione 5. habet. 2. quæſtione 8. Sacerdotes. 96. diſtin. in ſcripturis.

Exemptio correctionē impedit.

Item per dictas exemptiones impeditur correctio debita exceſſuum jam pertinēs ad epiſcopos, per quos poteſt melius fieri, quam per abbates, cum ſint potentiores communiter quam abbates, & debent eſſe peritiores: potiſſime dicta correctio deberet fieri per epiſcopos quando religioſi publice, & extra clauſtra delinquunt, cum ubi malum contingit, ibi mori debeat. 2. quæſti. 1. ſi peccaverit. in fi. Augu. ait ibīdem, & in homilia de pœ. Et idem habetur in conſilio Varen. c. 8. poſito. 6. q. 1. ſi tantum. Certum eſt autem quod dicta correctio generaliter pertinet ad epiſcopum. 6. q. 3. ſcitote. potiſſime in criminalibus. de offi. ordi. irrefragabilis. Nam epiſcopus qui crimina non corrigit, non dicitur nec reputatur epiſcopus, ſed canis potius impudicus, ſicut dicit Auguſt. 83. diſt. nemo. cum capitulis ſequentibus, & ſi culpas ſubditorum impunitas relinquit, graviter Deum offendit. Sicut Gregor. ait. 23. q. 4. ſi is. non enim eſt in eo charitas, ſed languor, cum talia non corrigit. Sicut Aug. ſuper epiſt. Joannis. 23. q. 5. non putes. & cap. ſequentibus. Nam per ipſum epiſcopum qui medicus eſt eccleſiæ univerſalis ſibi commiſſæ, abſcindenda ſunt vulnera quæ fomentorum non recipiunt

Epiſcopus quādo dicitur canis impudicus.

Digitized by Google

medicinam 82. diſt. quia aliquanti. 16. q. 1. in canonibus. Quæ quidem correctio aliquando ab abbatibus & prioribus propter aſperitatem linguæ, vel blandimenta, vel timorem, aut potentiam ſubditorum periculoſe omittitur. 50. diſt. ſi quis diaconus.

Fatendum eſt enim quod dicta correctio quantum pro uniuſcujuſque gradu atque perſona ſalua pace eccleſiæ fieri poteſt, ſicut ait Proſper. 24. quæſtio. 3. ecce autem. & 24. quæſt. 3. eccleſiæ. cum aliis ſequentibus. Hæc autem correctio & diſciplina quæ ultrix deberet eſſe malæ vitæ, & malorum morum religioſorum, tollitur prætextu exemptionum prædictarum, ſicut innuit Auguſti. contra Petilianum. 23. quæſtione 5. ad finem. Nam abbates ſunt deſides & negligentes communiter in diſciplina & correctione. unde diſciplinam perdit deſidia, cum negligunt corrigere vitia, ſicut ait Calixtus Papa. 24. q. 3. juſtum eſt. Ad quam diſciplinam per flagella deducendi ſunt diſcoli, ſcribit Augu. ad Donatum. 23. quæſt. 3. diſplicet. cum ca. ſequen. Hæc autem diſciplina proprie pertinet ad prælatum. ſicut ait idem Aug. in lib. pſalmorum. & eundem epiſcopum regentem plebem ſuam: licet utilis ſit aliis. 23. q. 4. duo iſta. Nam ad eos pertinet ſpecialiter illud evangelicum. Matt. 18. ſi peccaverit in te frater tuus, etiam. 2. q. 1. ſi peccaverit. Eſt enim pater ſpiritualis, à quo debet filius diſciplinari & corrigi. 45. diſ. §. Salomon. cum cap. ſequentibus Prover. 13. & 5. q. 5. non oſculatur ſemper filium. cum præcedenti, & ſequenti capitulis. Quam correctionem & diſci-

Diſciplina operatur ut hic.

Digitized by Google

plinam deberet exercere in religioſis & aliis. Nam in 8. ſinodo continetur, quod ſi quis monachus (per quem omnes religioſi intelligi poſſunt) contentiones vel rixas amaverit, vel manifeſtum convitium intulerit fratri, juxta arbitrium rectorum modumque peccati diuturna expietur pœnitentia. 80. diſtinc. ſi quis monachus. Item eſt dicta exemptio præjudicabilis eccleſiæ univerſali: quia exempti non poſſunt judicari, niſi à Papa, qui ab eis multum remotus exiſtit. 16. q. 1. frater noſter. Nec per diœceſanum in locis exemptis eorum negligentiæ ſuppleri poſſunt. de ſupplen. negligen. præla. ſicut nec epiſcopus poſſet eos compellere ut tranſeant ad diœceſim, in qua crimina commiſerunt. ut de privileg. c. volentes. quia nullam poteſtatem valet exercere in eos excommunicando, ut ibidem. 18. q. 2. luminoſo. & de majori. & obe. inter quatuor. Per dictas exemptiones tollitur jus ordinariorum, qui proprie diœceſani dicuntur. de reſcrip. ad hoc. quorum juri dominus Papa præjudicare non deberet, cum dicatur in jure, quod ad hoc non intendit. de offi. deleg. licet. Item per eam exemptionem tolluntur bona opera in religione facilius quam deberent, quæ eſſent vigilanter facienda. 86. diſt. fratrem. 11. q. 3. exiſtimant. Etiam per exemptionem foventur in religione multæ diſſolutiones, partialitates & ſcandala: cum per impunitatis audaciam fiant, qui nequam fuerunt, nequiores, & facilitas veniæ incentivum eis tribuat delinquendi. de ſent. excommu. ut famæ. 23. q. 4. eſt injuſta. Propter eam abutuntur conceſſis eis privilegiis.

Facilius veniæ incentivum tribuit delinquẽdi.

Digitized by Google

unde deberent etiam privari eiſdem. 11. q. 3. privilegium. 25. q. ulti. §. his ita. Abutuntur autem dictis privilegiis multipliciter vivendo, eiſdem non ad ſubditorum utilitatem, ſed ſuam voluntatem & poteſtatem oſtendendam. 11. q. 3. privilegium. & in injuriam ordinariorum frequenter utendo eiſdem: & ultra intentionem dantis ampliando eam. de privilegiis ſuarum. & c. privilegia. prætendentes quod nemo poteſt judicare de eiſdem privilegiis, niſi Papa. de judi. cum veniſſent.

Et privilegia protectionis dicuntur eſſe exemptionis contra illud, de privilegiis. recepimus. & ca. ex parte. privilegiumque unius loci ad alium, & capitis ad omnia alia membra extendunt, contra id de privi. cum capitula. & c. ex ore. Unde cum diverſa ſcandala à dictis abuſibus & exemptionibus & immunitatibus, libertatibus & privilegiis ſequantur, revocari deberent. 3. q. 6. quippe. maxime propter favorem totius eccleſiæ. 22. di. revocantes. & propter atrocitatem criminum & ſcandalorum quæ perpetrantur per eos. de verb. ſig. abbatem. 9. q. 3. conqueſtus. 13. q. 3. ita nec deberent concedi in injuriam & præjudicium aliorum. de privil. paſtoralis. & c. quia intentionis. neque abſque congrua, ſufficienti & ratione legitima. de privileg. cap. ſane.

Et licet fuerunt aliqua privilegia congrua, nunc tamen ratione diverſarum circunſtantiarum ſunt incongrua: quare tolli deberent ratione circunſtantiarum, quæ penſandæ ſunt, 23. q. 8. occidit 85. diſt. non ſatis. de pœniten. diſtinc. 2. §.

Digitized by Google

opponitur. in fine. 32. q. 4. quis ignoret. & c. ſequenti. Nam totus ſtatus religionis qui in ſumma humilitate fundatus exiſtit, & pro cujus humilitate ſervanda, ordinatum fuit, quod epiſcopis ſubeſſet, ſicut habetur in 25. c. concilij Aurelianen. poſito. 18. q. 2. Abbates nunc in tantam elationem, ſuperbiam & arrogantiam elevati ſunt, quod non ſolum abbates & priores, guardiani, & alij in ſtatu alicujus adminiſtrationis & prælationis exiſtentes, verum etiam minores fratres & perſonæ dictarum religionum, putant frequenter epiſcopis, archiepiſcopis & aliis prælatis ſe quodammodo fore æquales: & debere quibuſcunque aliis perſonis eccleſiaſticis eccleſiaſtica beneficia obtinentibus anteferri: quod eſt contra intentionem eorum à quibus dictæ religiones fundatæ ſunt: prout beatus Bernard. ad Eugenium probat in multis capi. evidenter. Per dictas exemptiones, ut in pluribus monaſteria diſſipantur. Cum dictæ exemptiones, ad onus potius quam ad honorem vel utilitatem tendere videantur, & illa quæ ad perpetuam fuerunt generaliter ſtatuta utilitatem, & nulla deberent commutatione variari, quia fuerunt ad bonum commune ſtatuta, ad privatum ratione eccleſiæ trahi per eas videntur commodum: contra id Leonis Papæ. 25. q. 1. quæ ad perpetuam. contra omnem legem quæ eſt pro communi utilitate condenda. 4. diſtin. erit. & contra doctrinam illam ſecundum quam communis utilitas privatæ eſt præferenda. 7. quæſt. 1. ſcias. de poſtul. Bonæ. & de regula. licet. in opprobrium & ſcandalum univerſalis eccleſiæ,

Exemptiones elationē operantur.

ſicut ſuperius eſt probatum. Quod multum penſari deberet à vicariis Jeſu Chriſti, cum ipſe Chriſtus qui eſt Deus, tributum ſoluerit propter ſcandalum evitandum. 11. quæſt. 3. inter verba.

Et apoſtoli potius voluerunt abſtinere quam alios ſcandalizare, 28. quæſt. 1. Jam nunc. 11. q. 3. inter verba 23. q. 3. §. 1. & ſumptibus recipiendis ſe trahere, ne aliquod offendiculum præſtaret evangelio Chriſti. de cenſi. cum Apoſtolus. graviter nanque peccat, qui alios ſcandalizat. Sicut habetur in concilio Cabilonen. 10. quęſt. 3. cavendum. 83. diſtinc. pervenit. & membra ſcandalizantia amputantur. 24. quæſt. 3. illud. 28. q. 1. uxor. & licita etiam (ſicut eſt ſua repetere) amittuntur. 23. quæſt. 3. §. 1. de no. oper. nun. c. 2. ante finem. Et illa quæ pro rigore religionis ſtatuta ſunt, quandoque propter ſcandalum omittuntur. de ſtatu monacho. ſuper quadam. de renuntia. in fine §. pro gravi quoque ſcandalo. Ex quibus omnibus conſtat, quod quocunque modo prædictæ exemptiones, immunitates, privilegia & libertates contrariæ, & contraria legibus & juribus, pro communi utilitate conſtitutis conſiderentur, ſive quantum ad ſe, ſive quantum ad concedentes, ſive quantum ad illos quibus conceduntur, quod revocari debent cum per eas tollatur ordo univerſalis eccleſiæ, ſtatus, & gradus, & honor, virtus, & poteſtas prælationis conſtitutæ à Deo, quibus omnes religioſæ perſonæ & loca religioſa debent eſſe ſubjecta in civitatibus, diœceſib. ac provinciis antedictis, Prælatis & Archiepiſ-

Scandalum hic deteſtatur.

Per exēptiones tollũtur hic deſcripta.

Digitized by Google

copis commiſſis: potiſſime cum ex ipſis exemptionibus, immunitatibus, libertatibus, & privilegiis, legibus, & juribus communibus contrariis, nulla utilitas univerſalis eccleſiæ ſubſequatur. Sed eiſdem populo officiunt & ſtatui religionis & perſonis religioſorum: & multæ diſcordiæ, ſciſſura, ſciſmata, mala ſcandala, onera & diſpendia proveniunt ex eiſdem, prout in præcedentibus plenius eſt probatum.

* Pro hoc puncto exemptionum, vide quæ ad partes ambas tradit Baldus de Periglis Peruſinus, in ſuo tractatu de exemptionibus.

Digitized by Google

Præfatio Partis ſecundæ.

INCIPIT ſecunda pars iſtius tractatus in qua in ſpeciali agitur de his quæ ab antiquis fuerunt epiſcopis ſanctis inſtituta, ab Apoſtolis conſtituta, & à ſanctis patribus & à quatuor conciliis, ſcilicet, Niceno, Conſtantinopolitano, Epheſino, & Calcedonen. quæ ſicut ſancti evangelij quatuor libros ſancta eccleſia veneratur. 15. diſtinctio. ſicut. & 17. diſtinctio. cap. 2. 3. & 4. ſequentibus. & ab aliis conciliis in Græcia primo, & poſtmodum in occidentali eccleſia in diverſis provinciis celebratis, & à Romana & univerſali eccleſia ab antiquo approbatis: quæ principaliter uſquequaque non ſervantur, quorum in præſenti tractatu cum paucis concordantiis aliorum jurium ſub brevibus memoria agitur, ad hunc finem, ut legamus aliqua, ne negligantur, alia ne ignorentur, & alia non ut teneantur, ſed ut repudientur. Sicut ait beatus Ambro. ſuper Lucam, & in decretis. 37. diſt. legimus. Si aliqua in dicta ſpecificatione vel

Digitized by Google

caſuum reperiantur utilia, & univerſali eccleſiæ proficua, quod ſacri proviſione concilij ſuper eorum obſervantia, revocatione aut immutatione vel declaratione deliberatio, ſi viſum fuerit expediens, habeatur. Scriptum namque eſt à Salomone Proverb. 9. c. da ſapienti occaſionem, & ſapientior erit. 23. q. 5. vides, ut opinor, in fine. Et Augu. ſcribit in epiſt. ad Vincen. de ſeipſo. In eo quippe numero ſumus, ut non dignemur etiam dictum nobis ab apoſtolo ad Philip. 4. c. Et ſi quid aliter ſapitis, hoc quoque vobis Deus revelavit. 9. diſt. noli. in fine. Nam, ut idem Augu. in lib. de baptiſ. parvul. ait, qui contempta veritate præſumit conſuetudinem ſequi, aut circa fratres invidus eſt & malignus, quibus veritas revelatur, aut circa Deum ingratus, cujus inſpiratione eccleſia inſtituitur. Nam Dominus in evang. ait, Ioan. 14. Ego ſum veritas, & non dicit ego ſum conſuetudo: ut veritate manifeſta veritati cedat conſuetudo. nam & Petrus qui circuncidebat, ceſſit Paulo veritatem prædicanti: ſicut habetur ad Galat. 2. & 2. q. 7. Petrus. Vnde cum Chriſtus caput & ſponſus univerſalis eccleſiæ ſit veritas, & via per quam venitur

Veritas non conſuetudo attendenda.

ad

ad vitam, magis veritatem quam pravam eccleſiæ conſuetudinem ſeu abuſum ſequi debemus: quia conſuetudinem ratio & veritas ſemper excludunt. unde idem Aug. in 4. lib. de baptiſ. fruſtra (inquit) qui ratione vincuntur, conſuetudinem nobis objiciunt: quaſi conſuetudo major ſit veritate, aut non ſpiritualibus ſequendum ſit quod melius, & Spiritui ſancto fuerit revelatum.Ciprianus etiam Papa ſcribit, quod conſuetudo ſine veritate vetuſtas erroris eſt: propter quod relicto errore ſequi debemus veritatem, quia & apud Eſdram in. c.10. ſcriptum eſt, quod veritas valet & invaleſcit & in æternum vivit, & obtinet in ſecula ſeculorum. Gregor. 7. Gilmundo etiam adverſario epiſcopo ſcribit, quod conſuetudo quantumvis vetuſta, quantumvis vulgata veritati omnino eſt poſtponenda, & uſus qui veritati contrarius, abolendus. Et Nicolaus Papa Remenſi archiepiſcopo ſcribit, quod mala conſuetudo non minus quam pernitioſa corruptela vitanda eſt in eccleſia Dei: quia niſi citius radicitus evellatur, in privilegiorum jus ab impiis aſſumitur: & incipiunt prævaricationes & variæ præſumptiones celerrime non expreſſe

Veritas & ratio excludunt cõſuetudinem.

Corruptela eſt vitãda, & conſuetudo mala.

Digitized by Google

pro legibus venerari, & privilegiorum more perpetuo celebrari. Prædictus etiam Augu. de unico baptiſmo. lib. 2. ſcribit, quod veritate manifeſta cedit conſuetudo veritati. Et dictus Ciprianus ſcribit, quod Dei veritatem potius quam hominum conſuetudinem ſequi oportet. Cum per Eſaiam prophetam loquatur Dominus & dicat. c. 29. ſine cauſſa colunt me, mandata hominum, ſcilicet contraria legi divinæ, & doctrinas docentes vel ſequentes. Nempe prout prædictus Augu. in lib. confeſſio. ait: ſicut enim in poteſtatibus ſocietatis humanæ major poteſtas minori ad obediendum præponitur, ita Deus omnibus 8. diſtinct quæ contra cum capit. ſequentibus.

Audi quæ à minoribus rationabiliter proferũtur.

Nemo itaque dedignetur quantumcunque præeminentiæ literaturæ exiſtat, audire, ſi qua à minoribus rationabilirer proferantur. Nam & Paulus apoſtolus ait: ſi aliquid ſedenti, id eſt, minori fuerit revelatum, prior taceat. 1. Corin. 14. 85. diſt. eſto ſubjectus. & concor. C. de off. rec. pro. l. potiores.

Sane cum Alexandro Papa recolentes quomodo hæc ſancta plantatio eccleſiæ Dei fuerit inſtituta, dolentes dicere poſ-

ſumus cum eodem, quod etſi non ab omnibus, neque in omnibus, à pleriſque tamen & in pluribus ab illa ſancta inſtitutione primitivæ eccleſiæ, ſanctorum patrum, conciliorum & decretorum Roma. pontificum in tantum videtur eſſe declinatum, ut aliqui ex nobis primæ inſtitutionis videantur obliti. ext. de ſtatu mona. recolentes. Vnde Bernard. contra perſonas eccleſiaſticas ſpecialiter invehens ait: Chriſtus docuit verbis & exemplis, eligendum quod carni eſt moleſtum, & quod ſuave eſt ei reſpuendum. Qui contra facit vel docet, videtur amens. Imprudentia autem carnis videntur multi clerici noſtri temporis eſſe eligentes, de omni genere hominum, quod eſt in eis, carni ſuave & delectabile, & reſpuentes quod eſt laborioſum & grave. unde dicit poſt, idem Bernar. Habent quoque genera hominum labores & voluptates. Et advertenda eſt aliquorum prudentia miranda, non imitanda, qui quodam artificio miro decernentes & ſequeſtrantes totum quod delectat, carnem eligunt & amplectuntur: quod autem moleſtum eſt, fugiunt & declinant: cum militibus capiunt quod habere volunt, ſuperbiæ faſtum, amplam familiam,

Divus Bern ad clericos.

nobiles apparatus, equorum phaleras; accipitres, aleas, & eorum ſimilia: frequentant thalamos & balnea & molliciem omnem, & veſtium gloriam à mulieribus mutuantur.

Cavent autem loricæ pondus & inſomnes in caſtris noctes, & diſcrimina prȩliorum, muliebrem quoque verecundiam & diſciplinam. Et ſi quid ſexus ille laboris habere cernitur, declinantes: ſudant agricolæ: putant & fodiunt, vineatores. Sed hi inter hæc torpent otio: & accedente fructuum tempore innovari ſibi horrea jubent, & promptuaria eorum vino & tritico, bibunt vinum meraciſſimum, uvæ ſanguine inebriantur, impinguantur & dilatantur ex adipe frumenti, herbarum ſuccis peregrinis mutant vini ſaporem, & additur oleum camino. Similiter negotiatores circumierunt mare & aridam, in labore corporis & periculo vitæ perituras divitias ſibi congregantes. Prudentes autem noſtri dulces in terra ſomnos capiunt, & cibos & potus percipiunt delicatos, &c.

Plura alia ponit ibidem, & ſubjungit. Cum autem reſurgent homines unuſquiſque in ſuo ordine, ubi putas generatio iſta locabitur? Si ad milites diverte-

rint, exſufflabunt eos, quia non ſecum labores militiæ & pericula tolerarint: ſic agricolæ, ſic negotiatores & ſinguli quique ordines hos à ſuis arcebunt finibus ut pote qui in labore hominum non ſunt. Quid ergo reſtat, niſi ut quos omnis ordo repellit, ſubjiciantur in terra in locum ubi nullus ordo, ſed ſempiternus error inhabitat? *Generatio malorũ clericorum ad quos ibit in die iudicij.*

TITULUS PRIMUS

PARTIS SECUNDÆ.

De his quæ viros eccleſiaſticos non decet agere.

EPiſcopus aut presbyter aut diaconus nequaquam curas ſeculares aſſumat, ſin aliter, dejiciatur. ponitur 83. diſt. epiſcopus. & de hoc agitur infrà in tit. 8. Omnes fideles qui egrediuntur eccleſiam ut ſcripturas audiant, non autem perſeverant in oratione nec ſanctam communionem percipiunt, velut inquietudines eccleſiæ commoventes, convenit communione privari. ponitur de conſecr. diſt. 1. omnes fideles. & de hoc agitur infrà in 50. titulo. *Curas ſeculares eccleſiaſtici non aſſumant.*

Si quis cum excommunicato ſaltem in domo oraverit, iſte communione privetur. de hoc habetur infra in 28. titul.

Si quis condemnato clerico veluti cum clerico in domo ſimul oraverit, iſte damnetur. de hoc agitur in dict. 28. tit.

Si quis clericus aut laicus à communione ſuſpenſus ſeu excommunicatus ad aliam properet civitatem, ut ſuſcipiatur propter alias præter recommendatorias literas, & qui ſuſceperunt, & qui ſuſceptus eſt, communione privatur: excommunicato vero protelatur ipſa correctio tanquam qui mentitus ſit & eccleſiam Dei ſeduxerit. Epiſcopo non liceat parochiam alienam propria relicta pervadere, licet agatur à plurimis: niſi forte quis eum rationabili cauſſa compellat, tanquum qui poſſit ibidem conſtitutus plus lucri conferre: & in cauſſa religionis aliquid profectus reſpicere: & hoc non à ſemetipſo pertentet, ſed multorum epiſcoporum judicio, & maxima ſupplicatione proficiat. de hoc 7. q. 1. §. ambitionis. & diſt. 10. c. ſi quando.

Si quis autem preſbyter aut diaconus, aut quilibet de numero clericorum relinquens parochiam propriam pergat ad alienam & omnino demigrat præter epiſcopi ſui conſcientiam, ut in aliena parochia commoretur, ulterius hunc miniſtrare non patiamur. Præcipue ſi vocatus ab epiſcopo, redire contempſerit, in ſua inquietatione perſeverans. Veruntamen tanquam laicus ibi communicet. Epiſcopus autem apud quem moratus eſſe conſtiterit, ſi contra eos decretam ceſſationem pro nihilo reputans, tanquam clericos forte ſuſcepit, velut magiſter inquietudinis communione privetur. Clericus fidejuſſionibus inſerviens abjiciatur. habentur hæc ext. de fidejuſſionibus. clericus. 11. quæſt. 1. te quidem.

Epiſcopus autem, preſbyter, aut diaconus, qui in fornicatione aut perjurio, aut furto captus

eſt, deponatur, non tamen communione privetur. dicit enim ſcriptura: Non judicabit Dominus bis in idipſum. ſimiliter & reliqui clerici huic conditioni ſubjaceant, de hoc agitur infrà titul. 59. & in 38.

Epiſcopum, aut preſbyterum, aut diaconum percutientem fideles delinquentes, aut infideles inique agentes, & per hujuſmodi volentem timeri, ab officio ſuo dejici præcipimus: quia nuſquam Dominus hoc nos docuit: ſed econtrario ipſe cum percuteretur, non repercutiebat: cum malediceretur non maledicebat: cum pateretur, non comminabatur. hoc c. ponitur 45. diſtin. epiſcoporum. Si quis epiſcopus, aut preſbyter, aut diaconus per pecuniam hanc dignitatem obtinuerit, dejiciatur, & ipſe ordinator ejus à communione modis omnibus abſcindatur: ſicut Simon Magus à Petro. de hoc in titu. 20. & 1. q. 1. ſi quis epiſcopus cum cap. præcedentibus & ſubſequentibus.

Si quis epiſcopus ſecularibus poteſtatibus uſus eccleſiam per ipſas obtineat, deponatur, & ſegregentur omnes qui illi communicant. de hoc 16. quæſt. 7. ſi quis deinceps. & c. ſi quis epiſcopus. ubi ponitur dictum c. & c. ſi quis clericus.

Si quis preſbyter contemnens contra epiſcopum ſuum populum collegerit, & altare aliud erexerit, nihil habens quod reprehendat epiſcopum in cauſſa pietatis & juſtitiæ, deponatur: quaſi principatus amator exiſtens. Eſt enim tirannus, & clerici cæteri qui cum tali conſentiunt: laici vero ſegregentur. hoc autem poſt unam, ſecundam & tertiam obſecrationem factam con-

Digitized by Google

veniat hoc. 34. q. 2. ſeculares. 35. quæſtio. 6. multorum. 15. q. ultima cap. ultimo.

Si quis preſbyter aut diaconus ab epiſcopo ſuo ſegregetur, hunc non licere ab alio recipi: ſed ab ipſo qui eum ſequeſtraverat, niſi forſitan obierit epiſcopus ipſe, qui eum ſegregaſſe cognoſcitur: de hoc. 11. quæſt. 3. excommunicatos, cum præcedentibus & ſequentibus capitulis.

Nullus epiſcoporum peregrinorum, aut presbyterorum, aut diaconorum, ſine commendatitiis recipiatur epiſtolis, & cum deſcriptas detulerint, diſcutiantur hactenus, & ita ſuſcipiantur, ſi prædicatores pietatis extiterint: ſin minus, nec quæ ſunt neceſſaria ſubminiſtrentur eis, quia per ſubreptionem multa proveniunt. de hoc. 71. 2. & 3. diſtin.

Epiſcopos gentium ſingularum ſcire convenit, quia inter eos primus habeatur quem velut caput æſtiment, & nil amplius præter ejus conſcientiam geratur, quod illa ſola fungitur quæ parochiæ propriæ & villis quæ ſub ea ſunt, competunt, ſed nec ille præter omnium conſcientiam faciat in eorum parochiis. ſic enim unanimitas erit, & gubernabitur Deus per Chriſtum in Spiritu ſancto. de hoc. 25. diſt. perlectis. verſ. ad epiſcoporum. 10. quæſt. 2. epiſcopus. 12. q. 1. ex his. & c. epiſcopus eccleſiaſticarum rerum. & c. præcipimus.

Bis in anno epiſcoporum concilia celebrentur, ut inter ſe invicem dogmata pietatis explorent, & exurgentes eccleſiaſticas quæſtiones amoveant. Semel quidem in ſeptimana pentecoſtes. Secundo 12. die menſis yberbeciri. id eſt, juxta

Digitized by Google

Romanos. 3. Idus Octobris : de hoc 18. diſtinct. per totum. & infrà in 11. titulo.

Omnium negotiorum eccleſiaſticorum curam epiſcopus habeat, & ea velut Deo complente diſpenſet. Nec eis liceat aliquem omnino corrigere, aut parentibus pròpriis quæ Dei ſunt condonare. Quod ſi pauperes ſunt, tanquam pauperibus ſubminiſtrentur, ne eorum occaſione eccleſiæ negotia deprædentur. de hoc. 12. q. 1. epiſcopi. & ca. manifeſta. & ca. ſint propriæ. & c. ſeq. uſque ad finem. q. 1. & infrà in tit. 37.

Preſbyteri & diaconi præter epiſcopum nihil agere pertemptent. Nam Domini populus ipſi commiſſus eſt, pro animabus eorum hic redditurus eſt rationem, de hoc infrà. in titu. 7. & 93. diſt. à ſubditis. cum ſequentibus. & 95. diſt. quaſi per totum.

Sint autem mânifeſtæ res propriæ epiſcopi (ſi tamen habet proprias) & manifeſtæ dominicæ, ut poteſtatem habeat de propriis moriens epiſcopus ſicut voluerit, & quibus voluerit derelinquere, ne ſub occaſione eccleſiaſticarum rerum, ea quæ epiſcopi eſſe probantur, interdicantur: fortaſſis enim aut uxorem habet, aut filios, aut propinquos, aut ſervos: & juſtum eſt hoc apud Deum & homines, ut nec eccleſia detrimentum patiatur.

Ignorantia rerum pontificis nec epiſcopus vel ejus propinqui ſub obtentu eccleſiæ proſcribantur: & in cauſſis incidant qui ad eum pertinent: mortiſque ejus injuriis malæ famæ ſubjaceāt: recipimus, ut in poteſtate ſua epiſcopus res eccleſiæ habeat. Si enim animæ hominum prociosiores illi ſunt creditæ, multo magis oportet eum cu-

Digitized by Google

ram de pecuniis gerere: ita ut ejus poteſtate indigentibus omnia diſpenſentur per preſbyteros & diaconos continuate, omniumque ſollicitudine miniſtrentur. hoc ponitur 12. q. 1. præcipimus. cum quinque cap. præcedentibus.

Ex his autem quibus indiget ad ſuas neceſſitates & ad peregrinorum fratrum ejus, & ipſe percipiat: ut nihil poſſit ei omnino deeſſe. Lex enim Dei præcipit, ut qui altari deſerviunt, de altari paſcantur. hoc ponitur 12. q. 1. ex his.

Epiſcopus aut preſbyter aut diaconus aleæ atque ebrietati deſerviens aut deſinat, aut certe damnetur. Subdiaconus, aut lector, aut cantor ſimilia faciens, aut deſinat, aut à communione privetur. ſimiliter cum laicus. hæc cauſſa ponitur 35. diſt. Epiſcopus, aut preſbyter uſuras à debitoribus exigens, aut deſinat aut certe damnetur. hoc c. ponitur 48. diſt. epiſcopus. & de hoc agitur infra in 8. titulo.

Si quis laicus uxorem propriam pellens, alteram vel ab alio diviſam duxerit, communione privetur. de hoc. 12. q 1. c. 1. & q. 6. quaſi per totum, & infra in titulo 59.

TITULUS II.

Qualiter in primitiva eccleſia erant omnia communia, & quod deliberetur ſi eſſet utile quod adhuc idem in dominis cardinalibus & in collegiis & aliis ſervaretur.

IN principio Nicenæ ſinodi de primitiva eccleſia dicitur, quod nemo qui divinas ſcripturas legit, ignorat quod in principio naſcentis

Digitized by Google

eccleſiæ, diſcipulis in unum congregatis, quo. multitudinis credentium erat cor unum & anima una: & quod vendentes prædia & poſſeſſiones afferebant eis, & ipſi dividebant ſingulis, prout cuique opus erat: & fuit communis vita & conſuetudo apoſtolorum & diſcipulorum eorumdem: ſicut habetur in decre. 12. quæſt. 1. dilectiſſimis. cum multis cap. ſequentibus conſimilibus. innitebantur namque juri naturali ſecundum quod omnia ſunt communia. 1. diſt. §. 1. Ex quibus omnibus & conſimilibus conſiderandum eſſet, an expediret eccleſiæ Dei juxta dictum Hieronymi quod. o. revolaret ad. a. 35. diſt. ab exordio. Et quod in cœtu dominorum cardinalium, & in collegiis, & aliis de quibus videretur eſſet expediens, ſervaretur: ut omnis quæſtus & multiplicationis beneficiorum eiſdem materia tolleretur. Et quod aliunde convenienter provideretur eiſdem, & quod pluralitatem beneficiorum in animarum ſuarum & eccleſiarum diſpendium & pernitioſum aliorum exemplum nullatenus retinerent. Sed quod eſſent ſuo cardinalatu contenti. Et modus per eos aſſumptus, ad poſteros diriváretur: qui finaliter ſibi omnia beneficia & officia eccleſiaſtica, quæ alicujus ponderis ſunt, uſurparent, cum multis libris marcarum multi ex eis contenti aliquatenus non exiſtant.

Omnia communia ſunt iure naturali.

Pluralitas beneficiorum dicitur mala.

Digitized by Google

TITULUS III.

Quod epiſcopi & perſonæ eccleſiaſticæ non capiantur, ſicut fit hodie, à laicis: & quod privilegia à Romana eccleſia conceſſa in contrarium revocentur.

ITem cum ſubſequatur immediate in dicta Nicena ſinodo, quod Conſtantinus Monarcha tunc pene totius orbis, delata coram ſe querela quarumdam perſonarum eccleſiaſticarum, dixit, à nemine ſeculari poterant judicari: quia nō dum vocati erant. & hoc idem aliis juribus cōmunibus fit conforme. 96. diſt. bene quidem. cum 9. capp. ſeq. extr. de conſti. ec. ſanctæ Mar. de reb. ec. non alie. cum laicis. de for. compet. per totum. 11. q. 1. clericum nullus. cum pluribus cap. ſequent. Videretur univerſali eccleſiæ multum eſſe expediens intendere ad conſervationem dictæ generalis libertatis eccleſiaſticæ. & c. ſi quis ſuadente. 17. q. 4. & tamen ſecundum Alexandrum Papam. ead. cau. & q. ſi quid deinceps ſit ſtatutum. Si quis priorum & nobilium aut cujuſcunque dignitatis vel cujuſcunque ordinis laicorum epiſcopum comprehenderit vel percuſſerit, aut aliqua via à propria ſede expulerit, niſi forte judicatum canonice, quod actores & cooperatores tanti ſceleris anathematizentur, & bona eorum juri eccleſiæ tradantur.

Clerici non capiendi per laicos.

Si vero in preſbyterum, vel in quemcumque inferiorum graduum clericum hæc eadem præſumpſerit, canonicæ pœnitentiæ atque diſpenſationi ſubjacebit: ſi contumax fuerit, excom-

municetur: nunc videtur quod Romana ac univerſalis eccleſia non deberet pati, ut epiſcopi & cæteræ perſonæ eccleſiaſticæ à regibus, principibus atque cæteris dominis temporalibus eorum authoritate caperentur, ſicut quotidie videmus attentari de facto.

Nec dicta Romana eccleſia deberet (ut videtur prima facie quod poſſit) ſuper hoc eis privilegium concedere, ſed conceſſum potius revocare. Cum talis conceſſio tendat ad deſtructionem univerſalis eccleſiæ. 25. q. 1. ſunt quidam. & q. 2. ſi ea deſtruere, ut in 3. ti. ſupra in 1. parte poſito plenius eſt probatum. Cum hoc ſit jus publicum, divinum & humanum, perſonaliter & realiter eccleſiis conceſſum: cui renuntiari non poteſt, cum ſit publicum authoritate & utilitate: ſicut probari poteſt in d. 25. q. 1. & 2. & 17. q. 3. per to. Et faciunt multa jura tacta ext. de immu. c. non minus. & c. adverſus. de fer. c. ult. de teſti. & c. ult. de fo. compet. ſignificaſti. de tranſac. c. ul. de in integ. reſt. cauſa. §. ult. ff. de pac. l. jus publicum. & l. inter debitorem. & de ju. immu. ſemper §. conductores. ff. prout latius proſequitur Hoſtien. in tit. de renunt. in ſumma. §. quæ poſſunt. & in apparatu de ſenten. excom. §. noverunt.

Publicū authoritate & utilitate.

TITULUS IV.

..od deliberetur ſi expedit univerſali eccleſiæ quod decretalis Bonifaciana de clericis conjug. lib. 6. revocetur, cum per eam generalis libertas eccleſiæ revocetur, quo ad clericos conjugatos.

ITem ex eiſdem cauſis videtur, quod decretalis Bonifaciana de cler.conjug.lib.6.c.clerici. haberet revocari, cum per ipſam generale privilegium eccleſiæ quo ad perſonas & res eccleſiaſticas conjugatorum ab ipſo reſtringantur. Et hoc à dicto domino Bonifacio factum fuerit abſque authoritate & vocatione concilij generalis, cum tamen ſecundum decretum Gregorij Papæ. 22. diſt. ſi qui. tales clerici conjugati ſtipendia etiam ab eccleſia recipere poſſent, & ſub eccleſiaſtica eſſent tenendi regula. Et in canendis pſalmis invigilare haberent, ut ibidem: facit c. diſplicui. quod eſt concil. Cartaginenſ. & extra de vita & honeſt. cler. clericus ſi tonſura. & de cleri. conjug. Joannes. cum nota, ibidem. Ad hoc facit c. 1. concilij Tholetani, in quo ſtatuitur, ut ſi ſubdiaconus defuncta uxore aliam duxerit, oſtiarius fiat. Et quia ſecundum canones apoſtolorum & orientalem eccleſiam gauderent (niſi ſint bigami) privilegio clericali, quod ſe extendebat non ſolum ad perſonas, ſed etiam quoad alia talium clericorum.

Digitized by Google

TITULUS V.

Quod provideatur ut eccleſiæ libere acquirere, & jam acquiſita retinere poſſint, cum non videantur ſufficere remedia ſuper hoc conſtituta.

CVm in Nicena ſynodo circa principium dicatur quod prædictus Conſtantinus monarcha, & etiam reges & præſides ac magiſtratus alij licentiam dederunt per univerſum orbem ſuo degentes imperio, non ſolum fieri Chriſtianos, ſed etiam fabricandi eccleſias & eis prædia tribuendi. Et dictum priuilegium univerſali eccleſiæ conceſſum & approbatum jurique conſonum. 10. quæſtio. 1. c. 1. cum ſequentibus, non ſervetur. Nec à perſonis eccleſiaſticis, nec à ſecularibus, nec in hoc ſufficiant jam conſtituta remedia ab Alex. 4. de immun. c. 1. lib. 6. Et quia nonnulli in quibus nonnulla ponitur pœna, decretalem Bonifacianam, clerici laicos. eod. ti. & lib. non ſervent, expediret quod pro diligentia & authoritate ſedis apoſtolicæ & ſacri concilij, contra talium auſus & conamina libertatem, & immunitatem eccleſiaſticam lædere, & minuere conantium, apponeretur remedium opportunum. Sed hoc plenius agitur in titu. 70. ubi probatur quod hoc debet ſervari & fieri.

Digitized by Google

Titulus VI.

Quod ſpeciales orationes in omnibus eccleſiis pro regibus & aliis fiant.

IN Nicena ſinodo dicitur, quod ſecundum monita apoſtoli ad Timo. 2. fiant orationes, poſtulationes, obſecrationes, & actiones gratiarum in eccleſia pro omnibus hominibus, pro regibus & omnibus qui in ſublimitate ſunt, ut quietam & tranquillam vitam agamus. Et hoc nominatim & ſpecialiter non fiat in multis eccleſiis: videretur utile quod hoc mandaretur ſervari univerſaliter in eccleſia ſancta Dei.

Titulus VII.

Epiſcopi gregem paſcant, & jura in beneficiorum collationibus illis conſerventur, honor debitus deferatur, etiam à cardinalibus, & ad curiam de facili non citentur. Necnon eccleſia & cimiteria polluta & violata, epiſcopis impeditis, per presbyteros reconcilientur, pauperibus provideatur, decimæ principibus non concedantur abſque prælatorum aſſenſu, item prout nec annalia leventur, & beneficia ante eorum vocationem non conferantur, nec reſeruentur.

Prælati gregem paſcant ut hic.

IN Nicena ſynodo dicitur authoritate beati Petri in ſua prima epiſtola cap. 5. quod epiſcopi qui per Spiritum ſanctum conſtituti ſunt regere eccleſiam Dei, paſcant qui in ipſis eſt gregem Dei: providentes non coacte, ſed ſponte

ſecundum

Digitized by Google

ſecundum Deum, neq; turpis lucri gratia ſed voluntarie, neque ut dominantes in cleros, ſed facti forma gregis ex animo: ut cum princeps paſtorum apparuerit, percipere valeant immarceſſibilem gloriæ coronam. Et idem etiam dicitur in decretis 85. diſtinc. eſto ſubjectus. 16. quæſt. prædicatorum. videtur utile quod cum epiſcopi ſint in eccleſia Dei ſucceſſores apoſtolorum (ſicut dicir Vrbanus Papa. 68. diſtinctione. quorum vices. Et Anacletus. 21. diſtinctione. in novo.) Et ſicut Papa in plenitudinem poteſtatis, ita & ipſi in partem ſolicitudinis, in provinciis, civitatibus & diœceſibus decretis ſunt aſſumpti. extra de authoritate & uſu pallij. ad honorem. ſecunda quæſtione. ſexta, qui ſe ſcit. nona quæſtione. 4. epiſcopi. cum capitulis præcedentibus & ſequentibus. quod ſua eis juriſdictio ſervaretur intra limites commiſſos eiſdem: aliter enim (ut ait Gregor.) ſi ſua unicuique epiſcopo juriſdictio non ſervatur, quid aliud agitur, niſi ut per nos, per quos eccleſiaſticus ordo cuſtodiri debuerat, confundatur? 11. q. 1. pervenit. Et ideo cum dicti epiſcopi in ſuis diœceſibus ſint de jure & eſſe debeant præordinatores in cunctis, ut ait Iſidorus, in epiſtola ad Ludifredum, & 25. diſtinc. perlectis. ac de jure communi & ſecundum concilium Aurelianen. 15. q. 6. Omnes baſilicæ quæ per diverſa loca conſtructæ ſunt, in epiſcoporum poteſtate conſiſtant, in cujus territorio ſunt poſitæ. Et ſecundum Calixtum Papam. ead. quæſt. nullus. Nec Archidiaconus, nec archipreſbyter, nec præpoſitus, nec decanus, animarum curam vel præbendas eccleſiæ ſine præjudicio vel conſenſu epiſcopi alicui tri-

Iuriſdictio unicuique ſervetur

Digitized by Google

Animarum cura & pecuniarum diſpenſatio ad epiſcopos pertineat. buat: imo ſicut ſanctis canonibus conſtitutum eſt, animarum cura, & pecuniarum eccleſiaſticarum diſpenſatio in epiſcopi judicio & poteſtate permaneat. Et ſi quis contra hoc fecerit, aut poteſtatem quæ ad epiſcopum pertinet, ſibi vendicare præſumpſerit, ab eccleſiæ liminibus arceatur: ut ibidem videtur ſecundum dictum Greg. eccleſiaſticus ordo confundi: quia eccleſiaſtica beneficia ad ipſorum epiſcoporum collationem & proviſionem pertinentia per ſedem apoſtolicam & per alios conferuntur, etiam antequam vacent, non ſolum in curia Romana, ſed extra: cum ipſi epiſcopi de cura & curatis, quorum conſcientias ignorant, quia ipſi eis non provident, reddere habeant rationem. de offi. archi. c. 1. & ſanguis ſubditorum de eorum manibus requiratur: ut extra de regula. & tranſ. ad relig. c. 1. & ult. de of. ordi. irrefragabili. Et inſuper quia ab epiſcoporum interdictione & correctione aliqui etiam eorum degentes delinquentes vel beneficiati diœceſ. per excommunicationem ſeu quocunque alio modo ſubtrahuntur. Cum ſecundum concilium Pariſi. nulla ratione clerici aut ſacerdotes habendi ſunt, qui ſub nullius epiſcopi diſciplina & providentia gubernantur 83. di. nulla.

Soli epiſcopi beneficia conferant.

Cum etiam illud quod Dominus dicit de apoſtolis, Mat. 10. qui vos recipit, me recipit: & qui vos honorat, me honorat: & qui vos ſpernit, me ſpernit. 8. quæſtio. 1. qui vos. & 2. quęſtio. 7. accuſatio. cum ſequentibus, intelligatur de epiſcopis & ſacerdotibus, quibus honor debitus deferendus eſt, ne latratus & detractiones contra eos de facili audirentur ſecundum quod

Clerici non conveniantur in curia Romana.

traditur. 2. q. 7. in multis capitulis. Et quod de facili ad curiam Romanam citarentur, cujus fit contrarium omni die, contra doctrinam Grego. dicentis. 86. diſtin. ſi quid de quocunque clerico ad aures tuas pervenerit, quod te juſte poſſit offendere, facile non credas, nec te ad vindictam res accendat incognita. Sed præſentibus eccleſiæ tuæ ſenioribus, diligenter eſt veritas perſcrutanda, ut ſi qualitas rei popoſcerit, canonica diſtrictio culpam feriat delinquentis. extra de ſymo. licet Hely. Honor præterea debitus unicuique juxta ſuum ſtatum, debetur (ut in concilio generali de appell. ut debitus.) epiſcopis & non prælatis qui non ſunt ſucceſſores apoſtolorum, ſed ſunt, & ab initio fuerunt aſſumpti ad miniſtrandum & ſerviendum in eccleſiis parochialibus, & ut ipſi preſbyteri Papæ aſſiſtant in miſſarum ſolemnitatibus, & diaconi cardinales in induendo Papam & aliis miniſteriis inſiſtant, & circa altare deſerviant domino Papæ ſicut habetur in cronica Martiniana. tit. de duplici regimine urbis. Quinimo (quod videtur eſſe indecentius) camerarius domini Papæ & vicecancellarius, auditor contradictoriarum, referendarius, & notarij, archiepiſcopis, epiſcopis, & prælatis aliis in ſedibus præferuntur. Cum tamen ſecundum eorum dignitatem, & prærogativam ordinum & ordinationis ſuæ tempus concedere, & in qualibet re ſua loca tenere deberent. Et qui priores ſunt, dignitate eſſent aliis præferendi. 18. diſ. placuit. 74. diſt. epiſcoporum. 85. diſ. ult. ext. de majo. & ob. c. 1. & 13. c. concilij Niceni. & in conci. Tole. 93. nonnulli. & in 23. conci. Milevitani. & in 23. c.

Ad quid primo fuer.nt cardinales inſtituti.

Priores in ordine præferantur.

conci. Agat. & in 39. 3. concil. Tolet. & 40. c. tertij conci. Bracharen. Dicti etiam diaconi & preſbyteri cardi. contra ritum & morem eccleſiæ Romanæ, qui ab eis ſervandus eſt. 18. diſt. §. verum. c. diſt. contra morem. 10. diſt. qui neſciat. & forte contra jus, ſecundum Nicolaum Papam. 21. diſtin. denique. Præſentibus archiepiſcopis & epiſcopis in miſſa, & in menſa bene dicunt: cum tamen prohibeatur in concilio Agathen. c. 17. quod preſbyter populo dare non Præſumat. Et dictos archiepiſcopos, epiſcopos & prælatos frequenter longe infra ſe poſitos velut in imo reſpiciunt. Quibus (ut utamur verbis Greg. in moralibus) non conſulendo interdum loqui, ſed vix dominando dignantur. 46. diſtinc. hoc habet proprium. Cum itaque Greg. Papa ſcribat, quod honorem ſuum non reputat, in quo fratres ſuos honorem ſuum perdere cognoſcit: quia ſuus honor eſt honor univerſalis eccleſiæ, & ſolidus vigor fratrum ſuorum epiſcoporum. Et ſcribat ſe tunc honoratum, cum ſingulis quibuſque honor debitus non negatur. Et (ne detrahatur honori cæterorum prælatorum) inhibeat ſe univerſalem Papam vocari: quia talia verba veritatem inflant, & charitatem vulnerant. 98. diſ. ecce. haberet Romana eccleſia providere circa dictum honorem epiſcopis & prælatis omnibus impendendum. Et recordari deberet jugiter de ſcripto: Cur te habeam ut principem, cum me non habeas ut ſenatorem 95. diſt. eſto ſubjectus? Nam qui contemnit, contemnitur: & dolus interdum cum dolo compenſatur: & fruſtra petit debitum, qui quod debet, non impendit. Et

Honor univerſalis eccleſiæ quis dicatur.

x vanit.

non ſervanti fidem, fides interdum non ſervatur eidem. Debet itaque reputari Romanæ eccleſiæ altitudo & cognitio. Nam ſicut ait Grego. 89. diſt. ad hæc. & 17. q. 5. ad hæc. Proviſio diſpenſationis diverſos eccleſiæ ordines conſtituit eſſe diſtinctos: ut dum reverentiam minores potioribus exhiberent, & potiores minoribus dilectionem impenderent, vera concordia fieret, & ex diverſitate connexio, & recte officiorum gereretur adminiſtratio ſingulorum. Nam ut ait Augu. ad Donatum & habetur. 23. q. 5. prodeſt. ſicut dilectionem juſſi ſunt terrentibus debere qui timent, ita dilectionem juſſi ſunt timentibus debere qui terrent. Proverbium vulgare eſt, qui totum vult, totum perdit. Eccleſia Romana ſibi vendicat univerſa. 93. di. diaconi ſunt. Unde timendum eſt, quod univerſa perdat: nam ſicut Salomon ait Prover. 30. Qui multum emungit, ſanguinem elicit. 4. diſ. denique. Sicut habetur exemplum de eccleſia Græcorum, quæ ex hoc ab eccleſiæ Romanæ obedientia dicitur receſſiſſe. Nam ex hoc in 6. c. Niceni concilij ſtatutum eſt: ut honor unicuique eccleſiæ ſervetur. 65. diſt. mos antiquus. Ad idem faciunt penul. & ulti. c. concilij Antiocheni. & 2. & 3. c. concilij Conſtantinopolitani. Videretur etiam utile, quod dicti epiſcopi & archiepiſcopi juſto impedimento detenti poſſint reconciliare per alios in ordine ſacerdotali conſtitutos eccleſias & cemiteria polluta & violata, cum interdum de uno anno vel biennio nequeunt reconciliari per eos. Et quod illis qui non habent unde vivant, aſſignaretur de beneficiis diœceſ. unde conuenienter vivere poſſent: vel quod plures

Proviſio diſpenſationis diverſorum ordinum.

Qui totũ vult totum perdit.

Vt eccleſia & cimiteria polluta & violata per presby-

teros poſſent reconciliari. Decimæ non leventur ſine prælatorum cōſenſu.

epiſcopatus univentur in unum, ne contemptui haberentur. Ad quod facit 90. diſtin. diaconi. 4. diſtin. c. legimus. Videtur inſuper ſtatuendum, quod per curiam Romanam non concedetur principibus vel aliis, ne quoquomodo levarentur abſque ipſorum prælatorum aſſenſu decimæ, nec annalia, nec aliæ ſubventiones, nec beneficia ante eorum vacationem conferrentur: nec reſervarentur per curiam ſupradictam.

Titulus VIII.

Quod militantes Deo non implicent ſe negotiis ſecularibus, nec turpia lucra ſequantur, ſed de ſuo vivant.

CVm enim alia ſint negotia ſecularia, alia eccleſiaſtica, & ſecundum apoſtolum. 2. ad Thimo. 2. dicatur, quod nemo militans Deo, implicet ſe negotiis ſecularibus. Statutum fuit in ſynodo Nicena & in canonibus apoſtolorum, quia quidam in clero videntur electi propter turpia lucra, & conductores fiunt alienarum poſſeſſionum, & negotia ſæcularia ſub cura ſua accipiunt, miſterium parvipendunt, & per ſecularium domos diſcurrunt, & propter avaritiam patrimoniorum ſollicitudinem ſumunt; quod hoc deinceps non fiat niſi propter pupillorum, orphanorum & viduarum defenſionem, aut ſi forte epiſcopus civitatis eccleſiaſticarum rerum eos præcipiat habere ſolicitudinem. Verum quia dictum ſtatutum in aliis conciliis, ut in Laodicen. 5. c. & in Calcedon. 3. c. à Romanis pon-

Digitized by Google

tificibus frequenter iteratum, ut extra ne cle. vel mona. per totum. 86. di. pervenit. 88. di. decrevit. cum ſequentibus. 26. di. q. 3. per totum. non ſervatur etiam à multis prælatis, & ut annalibus qui pecunias ſuas tradunt, & ab ipſis diverſa ſervitia recipiunt, & ex contrario populus ſcandalizetur, videtur utile provideri quod prædicta effectualiter ſervarentur. Et quod clerici qui turpi lucro vel inhoneſto negotio ſibi victum quærere prohibentur, de oblationibus eccleſiæ ſtipendia conſequantur: quod ſi eis eccleſia ſufficere non poſſet, proprio artificio vel agricultura (exemplo Apoſtoli qui de labore manuum vivebat) ſibi neceſſaria invenirent. ita tamen ut occaſione operis ſui eccleſiaſticis officiis non deeſſent. hoc nempe eſt in aliis, & à Romanis pontificibus conſtitutum. 91. diſt. per totum. Act. 20. c. Et quod accipiens uſuram & ampliationem indebitam & turpia lucra dejicerentur à clero, & alieni haberentur ab eccleſiaſtico gradu, prout continetur in. 18. c. Niceni concilij poſito. 47. di. quoniam. Et in Carthaginen. conci. 91. di. Et idem ſtatuitur in 43. cap. 3. conci. Bracharen. & in. 14. c. 2. conci. Arelaten. & in 9. c. conci. Eliberitani continetur, quod epiſcopi, preſbyteri, & diaconi de locis ſuis negotiandi cauſa non deſcendant, ne ſectentur nundinas. & in ſequenti c. habetur quod ſi uſuras acceperunt, degradentur, & abſtineant.

Digitized by Google

TITULUS IX.

De donatione Conſtantini & primatu eccleſiæ ſpiritualiter & temporaliter declarandis.

IN ſynodo Nicena ponitur edictum donationis Conſtatini Imperatoris, de qua habetur in illa palea. Conſtantinus. 96. diſtin. Et in dicto edicto ſpecialiter continetur qualiter dictus Conſtant. decrevit ut Romana eccleſia principatum teneat, tam ſuper quatuor ſedes patriarchales. ſ. Alexandrinam, Antiochenam, Hieroſolimitanam, & Conſtantinopolitanam, quam etiam in univerſo orbe ſuper omnes eccleſias. Et pontifex qui per tempora ipſius ſacroſanctæ Roma. eccleſiæ exiſterit celſior, & princeps cunctis ſacerdotibus, & totius mundi exiſtat. Et eidem Roma. urbem & omnis Italiæ, ſive omnium occidentalium civitates regionum & provincias reliquerit & Imperium occidentale ut ibidem continetur. Dominuſque beato Petro eccleſiæ æternæ viceclavigero, cœleſtis regni ſimul & terreni jura commiſit, ſicut Nicolaus Papa ait 22. diſti. omnes. & in proœ. 6. lib. & de elec. c. fundamenta. & de ma. & obe. ſolite. Videretur ideo utile ſi abſque ſcandalo fieri poſſet, hæc taliter ſecularium principum auribus inculcari, quod cognoſcerent nullam ſibi fieri injuriam, cum eccleſia ſe de aliquibus caſibus ſecularibus intromittat: & quod declararent, ad quid ſpiritualiter & temporalitet primatus Rom. eccleſiæ ſe extendit ſecundum ordinatam poteſtatem. Et quod diſtinguerentur jura ec-

cleſiaſtica & ſecularia, cum hoc videatur conſonum juri. 10. diſt. quorum. 96. diſt. cum ad rerum. & c. duobus.

Titulus X.

De cohabitatione clericorum & mulierum vitanda, & ne proſtibula publica teneantur prope eccleſias, & in Roman. curia prope palatium domini Papæ, nec alibi prope domos prælatorum, & ne mareſcallus domini Papæ & conſimiles aliquid recipiant à meretricibus & lenonibus earundem.

IN tertio cap. Niceni concilij fuit omnibus modis interdictum, ne epiſcopo neque presbytero, neque diacono, neque ulli clericorum omnino liceret habere ſecum mulierem extraneam, niſi forte, mater, aut ſoror, aut avia, vel amita, aut matertera ſit: quia in his ſolis perſonis, & harum ſimilibus, omnis quæ in mulieribus eſt ſuſpectio, declinetur. Et qui præter hoc agit, periclitetur de clero. Dictum ſtatutum eſt poſitum 33. diſt. interdixit. ſic in 3. & 4. cap. ſecundi concilij Arelaten. & in multis aliis conciliis: ut in 10. & in 15. cap. concilij Elibertani. & in 16 c. concilij Hilerden. & à Romanis Pontificibus iteratum: ut extra de coha. cler. & mulie. per totum. 86. diſt, clericus. cum c. ſeq. non ſervetur. & ex hoc multa ſcandala ſubſequuntur, & contra clerum murmurat populus: videretur utile pro conſervatione ſtatus eccleſiæ & honoris, quod mandaretur ſervari. 32. diſt. hoſpitolium. Unde in 1. c. concilij Taraconen. ſta-

Quas presbyteris liceat domi habere hic ponitur.

Digitized by Google

tutum eſt, quod etiam clerici ad proximas ſanguinis ſine teſtimonio non accedant. Nam (ut Auguſt. dicit) omnes qui cum ſorore mea ſunt, ſorores meæ non ſunt. 81. diſt. legitur. Et ad idem faciunt capp. ſeq. & 43. c. 4. concilij Toletani. & in 32. c. tertij concilij Bracharen. Et inſuper, quod proſtibula publica non teneantur prope eccleſias, & in Roma. curia prope palatium domini Papæ, & nec alibi prope domos prælatorum: & ne mareſcalus domini Papæ & conſimiles aliquid recipiant à meretricibus & lenonibus earundem.

Lupanaria non teneantur ut hic ponitur.

TITULUS XI.

De conciliis provincialibus bis in anno celebrandis, & de ordine ſervando in eis, & quod in eis omnia negotia provinciam contingentia (ut moris eſt, antequam adeatur) prius terminentur. Et viſitatores deputentur in eis, per quos una cum officialibus epiſcoporum executioni mandentur quæ fuerunt conſtituta. Et quod conſtituantur metropolitani, patriarchæ, & primates, qui archiepiſcopis, & epiſcopis præſint in regnis in quibus non ſunt.

IN. c. 6. concil. Nice. cavetur quod per ſingulos annos ſingulis provinciis bis in anno epiſcoporum concilium teneatur: ut quæ corrigenda & reformanda in qualibet provincia fuerint, corrigantur & reformentur. Et dictum ſalubre conſtitutum in 20. conci. Antioch. & in 3. c. conci. Conſtantinopolitani. & 2. c. 2. conci. Cartaginen. repetitum in aliis conciliis, & in de-

cretis Romanorum pontificum, ut 18. diſtin. per totum. non ſervetur: videretur utile quod per providentiam concilij executioni debite demandaretur. Et quod omnia negotia contingentia ſtatum cleri in regularibus & ſecularibus perſonis quæ coram ſuis ordinariis non poſſent accipere finem vel à quibus eſſet appellatum, deferrentur ibidem, & prius ad Romanam curiam devolui non poſſent, niſi eſſent maximæ cauſæ ſecundum tenorem legis canonizatæ. 2. quæſt. 6. anteriorum. §. illud. Et ſi contingeret appellari ad ſedem apoſtolicam à conciliis, quod prima cauſa appellationis remitteretur ad examen convicinorum epiſcoporum ſecundum providentiam & ordinationem ſuper hoc habitam in Nicena ſynodo: ſicut recitatur in 3. & ultimis capitulis. 6. conci. Carthaginen. in quo affuit Fauſtinus legatus eccleſiæ Romanæ. Hoc fuit ſtatutum in conci. Sardicen. poſito 9. quæſt. 3. quis epiſcopus. & in conci. Milevitano fuit idem conſtitutum. 2. quæſt. 6. placuit. Utile eſſet quod ad dicta concilia aliqui de capit. & de presbyteris diœce. & laicis vocarentur, ſicut in ulti. c. conci. Tarraconen. exiſtit conſtitutum. Et in 3. c. 4. conci. Toleta. quod incipit nullam, dicitur quod nulla pene res diſciplinæ mores ab eccleſia Chriſti magis depulit quam ſacerdotum negligentia: qui contemptis canonibus ad corrigendos eccleſiaſticos mores ſynodum facere negligunt. Ob hoc univerſaliter à nobis definitum eſt, ut quia juxta patrum antiqua decreta bis in anno difficultas temporis fieri concilium non ſinit: ſaltem vel ſemel à nobis celebretur. Ita tamen ut ſi fidei cauſa eſt aut quælibet alia

Prima appellatio[illegible]s cauſa coram quibus terminanda.

Negligẽtia ſacerdotũ peſſima eſt.

Digitized by Google

cleſiæ communis generalis totius Hiſpaniæ & Galiciæ ſynodus convocetur. Si vero nec de fide nec de communi eccleſiæ utilitate tractabitur, ſic ſpeciale erit concilium prout uniuſcujuſque provinciæ metropolitanus elegerit peragendum eſſe.

Si agere convenit contra prælatos & potẽtes, agatur ut hic ponitur.

Omnes autem qui cauſas contra epiſcopos aut judices, aut potentes, aut contra quoſcunque alios habere noſcuntur, ad idem concilium concurrant: & quæcunque examine ſynodali à quibuſcunque prave uſurpata inveniuntur, regij executoris inſtantia juſtiſſime his quibus jura ſunt reformentur. Ita ut pro compellendis judicibus vel ſecularibus viris ad ſynodum, metropolitani ſtudio quidam executor à principe poſtuletur.

Quintadecima autem calendas Juniarum congreganda eſt in quacunque provincia ſynodus propter vernale tempus quando herbis terra veſtitur, & pabula germinum inveniuntur.

Modus celebrãdi concilij provincialis.

Hora itaque diei prima, ante ſolis ortum ejiciantur omnes ab eccleſia, obſeratiſque foribus cunctis, ad unam januam per quam ſacerdotes ingredi oportet, oſtiarij ſedeant: & convenientes omnes epiſcopi pariter introeant, & ſecundum ordinationis ſuæ tempora reſideant. Poſt ingreſſum omnium epiſcoporum atque conſeſſum, vocentur deinde preſbyteri, quos cauſa probaverit intrare: nullus ſe inter illos ingerat diaconorum. Poſt hos ingrediantur diacones probabiles, quos ordo popoſcerit intereſſe.

Et corona facta de ſedibus epiſcoporum, presbyteri à tergo eorum reſideant: diaconi in conſpectu eorum ſtent: deinde ingrediantur laici,

Digitized by Google

qui electioni concilij intereſſe meruerunt. Tunc quoque ingrediantur & notarij, quos ad recitandum vel excipiendum ordo requirit, & obſerentur januæ. Sedentibuſque in diuturno ſilentio ſacerdotibus, & cor tantum habentibus ad Deum, dicat Archid. Orate: ſtatimque omnes in terram proſternantur. Et orantibus tacite diutius cum fletibus atque gemitibus, tunc unus ex epiſcopis ſenioribus ſurgens, palam orationem fundat ad Deum ſequentem, cunctis in terra adhuc jacentibus. Finita autem oratione: & reſponſo ab omnibus, Amen. rurſus dicat diaconus, Erigite vos, & confeſtim omnes ſurgant, & cum omni timore Dei & diſciplina, tam epiſcopi quam preſbyteri ſedeant. Sicque omnibus in ſuis locis in ſilentio conſidentibus, diaconus alba indutus, codicem canonum in medio proferens, capitula de conciliis agendis pronuntiet: finitiſque titulis, Metropolitanus epiſcopus concilium alloquatur, dicens: Ecce ſanctiſſimi ſacerdotes, recitatæ ſunt ex canonibus priſcorum patrum ſententiæ de concilio celebrando. Si qua igitur quempiam veſtrum actio commovet, coram ſuis fratribus proponat. Tunc ſi aliquis quamcunque querelam quæ contra canonem agit, in audientiam ſacerdotalem protulerit, non prius ad aliud tranſeatur capitulum, niſi primum quæ præpoſita eſt actio terminetur. Nam & ſi preſbyter aliquis aut diaconus vel clericus ſive laicus de his qui foris ſteterint, concilium pro qualibet re crediderit appellandum, eccleſiæ metropolitanæ Archidiacono cauſam ſuam intimet, & ille concilio denuntiet: & tunc illi & introeundi & proponendi licentia concedatur.

Nullus autem epiſcoporum à cœtu communi ſecedat, antequam hora generalis ſeceſſionis adveniat. Concilium quoque nullus ſoluere audeat, niſi fuerint cuncta determinata, ita ut quæcunque deliberatione communi finiuntur, epiſcoporum ſingulorum manibus ſcribantur: tunc enim Deus congregationi ſuorum ſacerdotum intereſſe credendus eſt. In 18. etiam ca. 3. concil. Toletani, ſtatutum fuit, quod judices & authores fiſci præſentes eſſent concilio celebrando, ut diſcerent quam pie & juſte cum populis agere debeant. Et ne in angariis aut operationibus ſuperfluis aliquem privatum vel fiſcalem aggravarent. Sunt enim epiſcopi perſpectores qualiter judices cum populis agant, ut ipſos præmonitos corrigant, aut inſolentias eorum auribus principum innoteſcant: quod ſi correctos emendare nequiverint, quod ab eccleſia & communione ſuſpendant. In primo capit. undecimi conci. Toleta. poſito 5. quæſtione 4. in loco. continetur quod concilia debent cum magna quiete & abſque aliquo tumultu celebrari. unde ibidem dicitur. In loco benedictionis conſidentes Domini ſacerdotes, nullis debent aut indiſcretis vocibus perſtrepere, aut qubuſlibet tumultibus perturbari. Nullis etiam fabulis vanis aut riſibus agi: (& quod deterius eſt) obſtinatis diſceptationibus tumultuoſas voces effundere. Si quis enim (ut ait apoſtolus) putat ſe religioſum eſſe non refrenans linguam ſuam, ſed ſeducens cor ſuum, hujus vana eſt religio: cultum enim ſuum juſtitia perdit, quando ſilentium perit, & judiciorum obſtrepentium turba confundit: dicente propheta, erit cultus juſtitiæ, ſilentium. Debet

Epiſcopi ſunt perſpectores.

Silentiũ commẽdatur.

ergo quicquid ante conſidentium conſultationes agitur, aut à cauſantium parte proponitur, ſic mitiſſima verborum prolatione proferri, ut nec contentioſis vocibus ſenſum audientium perturbent, nec judicum vigorem tumultu eneruent. Quicunque ergo in conventu concilij hæc quæ præmiſſa ſunt violanda crediderit, & contra hæc interdicta, aut tumultu, aut contumeliis vel riſibus concilium perturbaverit, juxta Dei legis edictum quo præcipitur: Ejice deriſorem, & exibit cum eo jurgium: cum omni dedecore de confeſſione abſtractus à communi cœtu ſecedat, & trium dierum excommunicationis ſententiam perferat. Item cum parum proſit condere jura, niſi ſit qui ea tueatur, & exequatur: c. de electione, ubi periculum. lib. *6.* de ſtatu regulari. periculoſo. c. quoniam. in lib. eo. videtur utile quod in ſingulis conciliis provincialibus ordinarentur certi viſitatores & correctores, ſicut ſtatuitur in regularibus. de ſta. mona. in ſingulis. qui ſtatuta facerent obſervari, vel ſaltem in canonibus provincialibus omnia facta promant, ut quæ correctione & reformatione indigent, referrentur, corrigentur & reformarentur ibidem ſingulis annis. Et quod concilia in medio provinciæ propter communem utilitatem tractarentur: & ut ſuffraganei poſſent abſque majoribus diſpendiis conuenire. Et quod etiam officiales epiſcoporum tenerentur ad faciendum illa quæ ſtatuta ſunt per cenſuram eccleſiaſticam obſervari. Videtur inſuper quod eſſent conſtituendi metropolitani & patriarchæ in ſingulis regnis ubi non ſunt, qui epiſcopis & archiepiſcopis præeſſent, ſecundum illud. 21. diſtin. cleros. & *99.*

Digitized by Google

diſtinc. §. 1. cum cap. ſequentibus. 80. diſtin. c. 1. & cap. ſequentibus. In quarto autem ca. 3. concilij Bracharen. continetur quod archiepiſcopus primatum & poteſtatem obtineat ſuper omnes epiſcopos in ejus provincia conſtitutos. in 18. diſtinct. propter eccleſiaſticas. Secundo dicitur quod bis in anno concilia celebrentur.

Item ordo iſte de celebrando concilio, aſſumptus eſt ex libro ab Iſidoro edito de mandato Damaſi Papæ ad inſtantiam epiſcopi Carthaginen. de omnibus conciliis & ſtatutis Romanorum pontificum factis & habitis ante tempus dicti Damaſi Papæ.

Oratio de qua ſupra eſt facta mentio.

ADſumus Domine ſancte Spiritus. Adſumus peccati quidem immanitate detenti; ſed in nomine tuo ſpecialiter aggregati. Veni ad nos & eſto nobiſcum: dignare illabi cordibus noſtris: doce nos quid agamus, qua gradiamur, & oſtende quid efficere debeamus: ut te auxiliante tibi in omnibus placere valeamus. Eſto ſalus & ſuggeſtor & effector judiciorum noſtrorum: qui ſolus cum Deo patre & ejus Filio nomen poſſides glorioſum. Non nos patiaris perturbatores eſſe juſtitiæ qui ſummam diligis æquitatem, ut in ſiniſtrum nos non ignorantia trahat, non favor inflectat, non acceptio muneris vel perſonæ corrumpat. Sed junge tibi nos efficaciter ſolius tuæ gratiæ dono, ut ſimus in te unum, & in nullo deviemus à vero: quatenus in nomine tuo collecti ſic in cunctis teneamus cum moderamine pietatis juſtitiam, ut & hic à te in nullo diſſentiat ſententia noſtra: & in futuro pro bene geſtis conſe-

conſequamur præmia ſempiterna.

In qua oratione non dicatur Pater noſter, nec benedictio. Sed ipſa ſolummodo oratio confirmetur.

Hic prædicta repetit & illis aliqua addit.

Finita autem oratione, & reſponſo ab omnibus, Amen. Rurſus dicat archidiaconus, Erigite vos: confeſtim omnes ſurgant, & cum omni timore Dei & diſciplina, tam epiſcopi quam preſbyteri ſedeant. Sicque omnibus in ſuis locis in ſilentio conſedentibus, Diaconus alba indutus, codicem canonum in medio proferens capitula de conciliis agendis pronuntiet, id eſt de concilio Toletano tertio, era. decimaoctava. Item ex conci. Toletano quarto, era. 2.

Item ex capitulis orientalium partium, quæ Martinus epiſcopus, de Græco, in Latinum vertit, era. 18. de ſynodo facienda.

Item ex concilio Calcedonenſi, era. 18.

Item ex concilio Agathenſi era. 25. vel 26. vel aliud de canonibus, quod metropolitano aptius viſum fuerit, ut legatur. Finitiſque titulis, metropolitanus epiſcopus, concilium alloquatur exhortatione, ita dicens.

Metropolitanus ad conciliũ.

Ecce ſanctiſſimi ſacerdotes, præmiſſis Deo precibus, fraternitatem veſtram cum pia exhortatione convenio: & per divinum nomen obteſtor, ut ea quæ à nobis de Deo, & de ſacris ordinibus, vel ſanctis moribus, vobis fuerint dicta, cum omni pietate ſuſcipiatis, & cum ſumma reverentia, perficere intendatis. Quod ſi forſitan, aliquis veſtrum aliter quam dicta fuerint, ſenſerit, ſine aliquo ſcrupulo contentionis, in noſtrorum omnium copulatione, ea ipſa, de quibus dubitaverit, conferenda reducat: qua-

liter Deo auxiliante, aut doceri poſſit, aut doceat. Deinde ſimili vos obteſtatione convenio, & obſecro: ut nullus veſtrum in judicando, aut perſonam accipiat, aut quolibet favore, aut munere pulſatus, à juſto judicio ſcienter avertatur, aut diſcedat: ſed cum tota pietate, quicquid cœtui noſtro ſe judicandum intulerit retractate: ut nec diſcordans contentio, ad ſubverſionem juſtitiæ inter nos locum inveniat: nec in perquirenda æquitate vigor noſtri ordinis, vel ſollicitudo tepeſcat.

Poſt hanc exhortationem introibunt omnes quicunque fuerint preſbyteri, diacones, vel religioſi univerſi, ad audiendum doctrinam. Sicque archidiaconus lecturus eſt canonem Toletani concilij undecimi: era prima. ne tumultu concilium agitetur. Quo canone perlecto, concilium Epheſinum ex ordine perlegatur. Deinde collatio pariter & inſtructio, de myſterio ſanctæ Trinitatis habeatur, ſimulque & de officiorum ordinibus, ſi in omnium ſedibus ejuſdem celebritatis unitas teneatur. Pro his quoque cauſis prout ſpacium diei permiſerit, & epiſtolæ Papæ Leonis ad Flavianum epiſcopum de erroribus Eutichetis, & myſterio Trinitatis, legendæ ſunt. Canones quoque de unitate officiorum, nec ad aliud aliquid antea tranſeatur, quam iſta omnia explicentur, ita tamen ut in totos tres dies litaniarum nihil aliud agatur, nec tractetur, niſi ſola collatio de myſterio ſanctæ Trinitatis, & de ordinibus vel ſacris officiorum inſtitutis, ita ut hæc tota partiantur per totos illos tres dies, ut nihil aliud (ſicut dictum eſt) niſi ſola quæſtio de his quæ prædicta ſunt, habeatur: ita ut le-

Legenda in concilio.

Digitized by Google

ctio ſemper congruens ordini, & cauſæ quæ quærenda eſt, antecedat. Poſt hæc, in quarto die reliquæ per ordinem admittendæ ſunt, ſicque omnes qui de religioſis in retroactis diebus pro ſpirituali inſtructione interfuerant in concilio, foris egrediantur, reſidentibus aliquibus preſbyteris in concilio, quos metropolitanus probaverit honorandos. Per ſingulos tamen tres dies Rogationum litanarum epiſcopi vel preſbyteri cum ammonitore, primum orationibus ſe proſternant. Sicque collecta à metropolitano oratione conſurgant, & de divinis tantum, ut dictum eſt, rebus collationem habeant: in reliquis autem diebus cunctis aſtantibus oratio colligenda eſt; & ſic conſidentes cauſarum negotia, juſte & religioſe colligant. Nullus tamen tumultus, aut inter conſidentes, aut inter aſtantes habeatur. Eodem tamen modo, eodemque ordine ad conſilium omnes per ſingulos dies ingrediantur, quo ſuperius jam præmiſſum eſt. Nam & ſi preſbyteri reliqui, aut diaconi clerici ſive laici, de his qui foris ſteterint, concilium pro qualibet re crediderint appellandum eccleſiæ metropolitanæ, archidiacono cauſam ſuam intiment, & ille concilio denuntiet. Tunc illis & introeundi ſingulatim, & proponendi licentia concedatur. Nullus autem epiſcoporum à cœtu communi ſecedat, antequam hora generalis ſeceſſionis adveniat.

Concilium quoque nullus ſoluere audeat, niſi fuerint cuncta determinata, ita ut quæcunque deliberatione communi finiuntur, epiſcoporum ſingulorum manibus ſubſcribantur: ita tamen, ut ante duos vel tres dies, quam ſolvant conci-

Digitized by Google

lium, omnes inſtitutiones à ſe editas diligenti conſideratione retractent, ne in aliquo offendiſſe videantur.

Item, in die quo concilium abſolvendum eſt, canones qui in ſancta ſynodo conſtituti ſunt, coram eccleſia in publico relegantur. Quibus explicitis, reſpondeatur in choro, Amen. Deinde ad locum redeuntes, ubi in concilio reſederint, canones ipſos ſubſcribant. Admonendi quoque à metropolitano ſunt de Paſcha venturo, quo veniat die. Admonendi etiam ſunt, quo tempore ſupervenienti anno ad faciendum concilium veniant. Eligendi etiam ſunt de epiſcopis, qui cum metropolitano dies feſtos natalis Domini, & ſanctum Paſcha debeant celebrare. Poſt hæc, dicente archidiacono, Orate omnes, ſimul in terra pariter ſe proſternant, ubi diutiſſime orantes, hanc unus ex majoribus orationem dicat.

Oratio dicenda in concilii ſolutione.

NVlla eſt, Domine, humanæ conſcientiæ virtus, quæ inoffenſe poſſit tuæ pietatis judicia expedire: & ideo quia imperfectum noſtrum viderunt oculi tui, perfectioni deputa quæſumus, quæ perfecto æquitatis fine concludere præoptamus. Te in noſtris principiis occurſorem popoſcimus, te quoque in hoc fine judiciorum noſtrorum exceſſibus adeſſe precamur, ſcilicet ut ignorantiæ parcas, ut errori indulgeas, ut perfectis votis perfectam operis efficaciam largiaris. Et quia conſcientia remordente tabeſcimus, ne aut ignorantia nos traxerit in errorem, aut præceps forſitan voluntas impulerit juſtitiam

Digitized by Google

declinare: ob hoc te poſcimus, te rogamus, ut ſi quid offenſionis, in hac concilij celebritate attraximus, condonare ac remiſſibile facere digneris, ut in eo quod ſoluturi ſumus aggregatum concilium, à cunctis primum abſolvamur noſtrorum nexibus delictorum: qualiter & tranſgreſſores venia, & confitentes tibi ſubſequatur remuneratio ſempiterna. Huic orationi, oratio Pater noſter adjungatur, & cunctis adhuc jacentibus, hæc benedictio explicetur. Chriſtus Dei filius qui eſt initium & finis, complementum vobis tribuat charitatis, Amen. Et qui vos ad expletionem hujus fecit pervenire concilij, abſolutos vos efficiat ab omni contagione delicti, Amen. Et ab omni reatu liberiores effecti, abſoluti etiam per donum Spiritus ſancti, felici reditu veſtrarum ſedium cubilia repetatis illæſi, Amen. Quod ipſe præſtare dignetur, cujus regnum & imperium permanet in ſecula ſeculorum, Amen. Quibus expletis, cum dictum fuerit ab archidiacono, In nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti, eamus cum pace: omnes illico pariter exurgentes, reſidente metropolitano ab ipſo primum incipiente, oſculum ſibi invicem omnes pariter dabunt. Sicque data ſibi invicem pace, conventus concilij abſolvatur.

Oratio diei ſecundæ celebrationis concilii provincialis.

NOſtrorum tibi Domine curvantes genua cordium, quæſumus, ut bonum quod nobis à te requiritur, exequamur, ut prompta ſcilicet ſollicitudine gradientes, diſcretionis ar-

Digitized by Google

duæ ſubtile judicium faciamus, ac miſericordiam diligentes clareamus ſtudiis tibi placitæ actionis.

Oratio diei tertia eiuſdem celebrationis.

AD te Domine interni clamoris vocibus proclamantes, unanimiter poſtulamus, ut reſpectu tuæ gratiæ ſolidati, præcones virtutis tuæ efficiamur intrepidi, tuumque valeamus verbum cum omni fiducia loqui.

Sane prædictus ordo deſcriptus ab Iſidoro, qui ejus temporibus in celebrandis conciliis ſervabatur, fuit poſitus ſupra, exceptis orationibus intus c. 4. concilij Toleta. quod incipit, villam. Alia vero capp. de quibus facit Iſidorus mentionem, ſunt in decretis. ſcilicet 18. c. tertij concilij Toleta. ponitur. 18. diſtinctio. c. ultimo. capitulum Martini. ead. diſtinctio. propter eccleſiaſticas. 2. & infra. 18. conci. Calcedonen. ead. diſtin. pervenit. 25. c. concilij Agathen. ead. diſtin. epiſcopus. primum. c. 11. concilij Toletani. 5. quæſti. 4. in loco.

TITULUS XII.

De ſortilegiis, divinatoribus & conſimilibus evitandis & puniendis.

COntinetur nempe in penultimo c. concilij Anchiritani, quod illi qui auguria ſive ſomnia vel divinationes quaſlibet ſecundum morem Gentilium obſervant, aut in domos ſuas hujuſmodi homines introducunt, in acquirendis

Digitized by Google

aliquibus arte magica, aut domos luſtrant, ut confeſſi quinimo pœnitentiam agant. Et cum dictum jus & conſimilia extra de ſortil. & 26. quæſtio. 1. 2. 3. & 5. non ſerventur, videretur utile, quod provideretur per concilium, quod prædicta jura ſervarentur, & quod omnia philacteria & ſortilegia, quibus mundus infectus eſt, tollerentur: ſicut etiam continetur in 35. c. concilij Laodicenſis, & in vigeſimoquinto cap. concilij Aurelianenſis, poſito. vigeſimaſexta quæſtione quinta, ſi quis clericus. & in vigeſimooctavo capitulo quarti concilij Toletani, in tertio Concilio Bracharen. quinquageſimonono & ſexageſimo capitulo, & etiam ſeptuageſimoſecundo, tertio & quarto.

Sortilegiis puniendis. de quorum pœnis late traditur in tractatu Malleus maledictus.

Titulus XIII.

De ætate presbyterorum & aliorum promovendorum in eccleſia Dei, etiam ad Cardinalatum.

CUm in 11. c. con. Neocæſarien. quod incipit, preſbyter. ſtatutum fuerit, quod preſbyter ante 30. annorum ætatem non ordinetur, quamvis ſit probabilis vitæ. Sed obſervetur uſque ad præfinitum tempus: quia trigeſimo anno Dominus baptizatus eſt: & tunc prædicavit. Et cum à dicto concilio poſito. 78. diſtinctio. preſbyter ante trigeſimum annum, & ab aliis juribus, eadem diſtinc. poſitis, recedi non debeat, niſi neceſſitas id expoſcat, ſecundum Zachariam Papam. 25. an preſbyteri ordinari. ead. di. ſi 30. videretur conſiderandum, ſi eſſet utile, dicta

Ætas ad promotionem ſacrorũ ordinum hic ponitur.

Digitized by Google

jura ſervari, propter periculum fornicationis, quæ nec unquam ante dicta tempora contrahitur, & poſtmodum excipiatur. de præſump. cum in juventute. Et quod ætas conſtituta in epiſcopis & etiam regula apoſtolica in promotione cardinalium ſervaretur. Quidem videretur utile, quod levitæ & virgines ante 25. annos non conſecrarentur, ſicut continetur in 4. c. 3. conci. Cartaginen. & in aliis conciliis & juribus. 20. quæſtio. 1. §. tempus. cum quatuor ſequentibus. In primo autem capitu. 3. conci. Arelaten. continetur, quod diaconus ante vigeſimumquintum, & preſbyter ante trigeſimum annos, non ordinentur. Item in decimooctavo, & in decimoſexto cap. concilij Agathen. & in decimononocap. quarti conci. Toletani, & in vigeſimo canone 3. concilii Bracharen.

Titulus XIV.

De 7. diaconibus conſtituendis, & in qualibet civitate.

CUm ultimum c. dicti concilij Neocæſarien. dicat quod ſeptem ſint diaconi in qualibet civitate, ſecundum quod liber apoſtolorum inſinuat, quod c. ponitur. 93. diſt. Diaconi qui. & c. diaconi. in 7. & aſſumitur ex actibus apoſtolorum. c. 6. & alia jura conſimilia non ſerventur. Videtur conſiderandum, an expediret dicta jura ſervari, ut cultus non diminueretur divinus, quem expedit ampliari. de reſcrip. quia per ambitionem. libro ſexto. Ad hoc concordat ſeptuageſimus ſeptimus ritu. infra poſitus. Et quod

Digitized by Google

provideretur quod in Romana eccleſia, quæ caput eſt aliarum, & in cathedralibus & aliis, officia cum devotione & ſolemnitate debita & ſolita agerentur. Et inſuper ordinarentur certi miniſtri electi, ſufficientes & approbati qui in majoribus altaribus eccleſiarum cathedralium deſervirent. Cum interdum tales ponantur qui ſunt in ſcandalum populi & deriſum.

Titulus XV.

De clericis presbyteris alterius regionis linguarum, & eccleſiæ non recipiendis, nec promovendis in alienis regnis & eccleſiis, niſi ibi eligant manſionem, quandiu alij ſufficientes reperiantur in regnis, civitatibus & eccleſiis propriis.

CUm in penultimo capitulo Neocæſarien. continetur quod preſbyteri conregionales præſentibus epiſcopis vel preſbyteris civitatis non miniſtrent. Et in concilio Niceno c. 16. poſito ſeptuageſimaprima diſtinctione. clericos. contineatur, quod clericos in ſingulis eccleſiis conſtitutos non liceat in alterius civitatis ordinari eccleſiis, ſed quieſcat quis in eccleſia in qua ab initio miniſtrare meruit. Et per Celeſtinum Papam conſtitutum fuerit, quod de altera civitate non eligatur epiſcopus, ſi de civitatis ipſius clero inveniatur idoneus: quia primo reprobandi ſunt illi antequam alij de alienis eccleſiis præferantur. Cum unuſquiſque ſuæ militiæ fructum in illa eccleſia recipere debeat, in qua per omnia officia tranſegit ætatem: nec aliena ſtipendia

Promovendi ad dignitates & beneficia ſūt de civitate non alieni.

alter rapere debet, nec alij debitam alter ſibi audeat vendicare mercedem. Et ſi contrarium factum fuerit, facultas detur per do. Papam clericis renitendi ſi ſe viderint prægravari, & refutare quem ſibi ingeri viderint ex adverſo non timeant: & per eumdem Celeſtinum ſtatuatur, quod peregrini & extranei, & qui ante ignorati ſunt, non præferantur his qui in ſuis eccleſiis enutriti ſunt: & quod per eos non excluderentur illi qui ſuorum civium bonum merentur habere teſtimonium. 61. diſtin. nec emeritis. & ca. nullus. Et ſecundum quod Greg. ſcribit civibus Neapolitanis, grave ſit opprobrium cujuſlibet cleri, ſi in eo non reperiatur idoneus ad ipſum gubernandum. ead. diſtinctione. ſtudij. Et idem Grego. ſcribit in regiſtro, ut nullus de altera eccleſia eligatur in eccleſia Panormitana, niſi forte (quod non credit) in illa eccleſia non reperiatur idoneus. eadem diſtinct. c. obitum. Pelagius etiam Papa eadem diſt. Cathinen. mandat in dicta eccleſia Cathinen. de clero ipſius pontificem eligi. Innocent. Papa etiam ſcribit ext. de elect. cum inter canonicos. quod pro electione, non debet ad aliam eccleſiam fieri tranſitus, donec reperiatur idoneus in eccleſia propria. Et in concilio generali per dictum Innocen. 3. celebrato eodem tit. c. ne pro defectu. contineatur expreſſe quod eccleſiæ viduatæ provideatur de perſona idonea ipſius eccleſiæ ſi ibi reperiatur. Et in concilio Stephani Pap. 79. diſtin. oportebat. & cap. nullus. contineatur quod de propria eccleſia eligatur. Et idem etiam ſcribitur per Gregor. 19. quæſti. 3. nullus abbas. Dictus etiam Papa Innocenti. ſcribit de poſtulatione. bonæ me-

Digitized by Google

mo. 2. §. ult. quod Strigonen. eccleſia in Vngaria poſita nolebat præficere alienum à regno, nec aliquem cujus non haberet notitiam ſalua conſcientia ſua. Et Leo Papa ſcribit 62. diſt. çap. 1. quod nulla ratio ſinit ut inter epiſcopos habeantur, qui nec à clericis ſunt electi, nec à plebibus ſunt expetiti, nec à comprovincialibus epiſcopis cum Metropolitani judicio conſecrati. Et legatur in Leviti. quod licet Dominus de conſtituendo Joſue principe præcepiſſet, & eum elegiſſet, tamen convocatur ſinagoga, ut dicit Hieronymus. Exponit nobis intelligi, quod in ordinando ſacerdote, etiam populi ſententia requiritur, ut ſciant omnes & certi ſint, quia qui præſtantior eſt ex omni populo, qui doctior, qui ſanctior, qui in omni virtute eminentior, ille eligatur ad ſacerdotium 8. q. 1. licet. & c. ſi ergo. Nam ut idem ait, nulla conſanguinitatis ratio, nulla propinquitatis contemplatio facere debet hoc, quod populi gubernatio tradatur, niſi meliori.

Ex prædictis utique & conſimilibus juribus tractantibus, quod nullus in eccleſia ubi duo vel tres in congregatione fuerint, niſi eorum electione canonica preſbyter eligatur: quia ad capitulum vel conventum de jure communi ſpectat electio, ext. de electio. c. ſuper. de jur. patro. nobis. 16. q. ulti. congregatio. 18. q. 2. Abbatem. & 2. capp. ſequent. videretur per ſancti providentiam concilij conſiderandum, ſi expediret univerſali eccleſiæ ſupradicta obſervari. Nam ex hoc provideretur eccleſiis & perſonis, & in magna parte videretur ex hoc poſſe ſtatus univerſalis eccleſiæ (ſi diligenter advertatur) ſalu-

Fructus ex electione prælati propriæ provinciæ hic ponũtur.

Digitized by Google

briter gubernari: & qualiter, & de quibus, cathedralibus & collegiatis & aliis eccleſiis provideretur: & quis fructus conſequeretur quo ad curam animarum, obſequium, & defenſionem eccleſiarum, & diſpenſationem redditu um qui deberent inter pauperes locorum diſtribui ex prædictis. Ad prædicta concordant 2. & 3. cap. conci. Bracharen. & penult. c. concil. Taurinatis, in quo ſtatutum fuit ſecundum priora ſtatuta canonum, ut nemo clericum alterius ſuſcipiat, neque ſuæ eccleſiæ in aliquo gradu ordinare habeat, & neque ut abjectum in communionem recipiat, & 8. & 9. cap. concilij Auraſica. concordant. In ult. etiam cap. concilij Valentinen. ſtatutum fuit, quod nullus alienum clericum ſecundum decreta canonum ſine conſenſu ſui epiſcopi ordinare audeat, nec ullum etiam ſanctorum ſacerdotum, qui jocalem etiam futurum primitus non ſpopondiſſet, ut per hoc nullus à regula vel diſciplina eccleſiaſtica deviare permitteretur impune: & in 2. cap. primi concilij Toletani continetur, ut nullus clericus ab epiſcopo ſuo recedat, & ad alium ſe transferat. Idem in c. 2. 2. conci. Toleta. Idem in 2. conci. Bracaren. 56. Hoc autem non ſervatur à Romana curia, & à presbyteris prælatis qui curas animarum & prælationis committunt talibus, qui nec ſubditos intelligunt, nec intelliguntur ab eis.

Digitized by Google

TITULUS XVI.

De epiſcopis ne in alienis diœceſibus vel provinciis immorentur, neque poſſeſſiones ibi habeant, relictis propriis civitatibus & diœceſibus abſque juſta & rationabili cauſa, & ultra tres ſeptimanas ſe non abſentent ab eccleſiis earumdem.

IN 13. 14. & 15. cap. Sardicen. conci. continetur, quod epiſcopi in aliis provinciis non morentur, & ne poſſeſſiones in aliis provinciis acquirant. & penu. c. ejuſdem conci. de preſbyteris & clericis: ut ultra tres hebdomadas, ſicut & epiſcopi, in aliis provinciis non morentur. Unde cum ex hoc ſubſequantur pericula animarum, & eccleſiarum, videretur utile, quod dicti canones revocarentur, niſi juſta cauſa ſubeſſet, ſicut in ul.c. dicti Sardicen.conci.continetur. Et ad idem concordat 3. c. conci. Antiocheni, quod incipit, ſi quis preſbyter. in 12. etiam c. conci. Calcedonen. continetur, quod clericis in alienam civitatem tranſmigrare non liceat, niſi pro perſecutione vitanda: & in 23. c. ejuſdem conci. 2. continetur, quod clerici & monachi excommunicentur, qui præter epiſcopi ſui voluntatem, ad regiam urbem acceſſerint. *Ubi morari habēt epiſcop: & presbyteri.*

Digitized by Google

TITULUS XVII.

Ne epiſcopi vel clerici accedant ad curias principum ſine licentia, & literis concilij provincialis.

CUm in 10. c. concilij Antiocheni, quod incipit, ſi quis epiſcopus. contineatur, quod ſi quis epiſcopus, vel preſbyter, vel omnino qui eſt ſub eccleſiaſtica regula conſtitutus, præter concilium, vel literas eorum qui ſunt infra provinciam, & maxime Metropolitani, ad Imperatorem perrexit, quod abdicetur & ejiciatur à communione, & à propria dignitate. Sed ſi neceſſitas cogit eum ire, quod vadat cum deliberatione & conſilio Metropolitani, & epiſcoporum ipſius provinciæ: & hoc ſit ſatis conſonum aliis juribus. ut 21. quæſt. 5. quaſi per totum. Conſiderandum videtur ſi expediret jura hujuſmodi obſervari.

TITULUS XVIII.

De Neophitis, & indignis, & inſufficientibus, & clauſtralibus non promovendis ad eccleſiaſticos gradus & cardinalatus. Et quod nullus etiam favore eccleſiaſtico vel regio promoveatur, nec aliquis qui neſciret illa quæ pertinent ad officium ſuum: & quod etiam nulli niſi doctores, in epiſcopos, archiepiſcopos, & cardinales promoveantur.

CUm in tertio capit. concilij Laodicenſis contineatur ſecundum ulti. cap. apoſtolicæ re-

gulæ, quod Neophiti non promoveantur, per quos ſecundum Gregorium intelligere poſſumus, qui repente in clericatus, vel in religionis habitu ſunt plantati, & ad ambiendos honores eccleſiaſticos anhelant: ut 48. diſti. ſicut. Et dictum concilium ſit conforme primo cap. 2. conci. Arelatenſis, & aliis conſimilibus juribus: ut eadem diſtinct. per totum. 59. diſtin. per totum. & 61. diſtinct. in octo primis cap. & conci. Bracharen. in quibus quidem conciliis & juribus continetur, quod ex laicali ſtatu & ex gradibus eccleſiaſticis inferioribus non promoveantur ad ſuperiores gradus quouſque in prioribus & minoribus legitime fuerint comprobati. concordat 21. c. iterato concil. Bracharen. *Neophiti qui dicãtur.*

Conſiderandum videtur, ſi expediret univerſali eccleſiæ dicta capit. & jura obſervari. Nam certum eſt ſecundum Gregorium, quod tales prælati perſonæ eccleſiaſticæ repente elevatæ, & per ſingulos gradus non probatæ, ſunt ſicut de novo ædificati parietes, qui non prius tignorum pondus accipiunt, niſi forte novitatis ſuæ humores ſiccentur. Et ſi antequam ſolidentur pondera accipiant, cunctam ſimul ad terram deponunt fabricam. Vnde verendum eſt, quod fabrica eccleſiæ ſuper tales columnas poſita, concuſſis ipſis columnis, corruat, ſicut dicitur in concilio generali per Innoc. de accu. qualiter & quando. Et quod tales ſecundum dictum Greg. etiam caſum appetant, quia ad ſummi loci faſtigia poſtpoſitis gradibus per abrupta petunt aſcenſum. Hæc nempe eſt prohibitio Apoſto. 1. Tim. 3. c. & eſt ratio prohibitionis, ne taliter, & ſic repente promotus ad honores & eccleſiaſticos gra- *Per parietes novos ſignificãtur ut hic ponitur.*

Digitized by Google

dus in ſuperbiam & ruinam diaboli incidat. Momentaneus namque ſacerdos neſcit humilitatem ſervare, modos perſonarum vel ſe continere. Talis enim non jejunavit, non flevit, non ſe correxit, non pauperibus erogavit. Nec dubium quin incidant in arrogantiam, quæ eſt ruina diaboli: qui imprompto ore nondum diſcipuli fiunt magiſtri. Et ſicut Innoc. ait, miſerum eſt enim eum fieri magiſtrum, qui nunquam fuit diſcipulus: eum ſummum ſacerdotem, qui nullum gradum unquam aſſequutus fuerit ſacerdotis. 61. diſt. miſerum. 59. diſt. ordinatos. Nonne ſcribit Paulus ad Timoth. 5. c. manus cito nemini impoſueris? Et quid eſt (ut Leo Papa ait)

Manus cito imponere quid ſit.

manus cito imponere, niſi ante ætatis maturitatem, ante tempus examinis, ante meritum obedientiæ, ante experientiam diſciplinæ ſacerdotalem, pontificatus & cardinalatus honorem tribuere non probatis? Et quid eſt communicare peccatis alienis, niſi talem effici ordinantem, qualis eſt ille qui non meruit ordinari? ſecundum dictum Leonem 78. diſt. quid eſt. Et ſecundum eundem, Quod paſtorale faſtigium, & gubernatio eccleſiæ concedatur & committatur indignis, & longe extra ſacerdotale meritum conſtitutis, non eſt conſulere populo, ſed nocere: nec eſt præſtare regimen, ſed agere diſcrimen.

Qui ſublimat indinũ quale ſuſcipiat præmiũ hic ponitur.

Et ſicut boni operis ſibi comparat fructum, qui rectum tenet in eligendo & præficiendo ſacerdotem, judicium: ita gravi ſemetipſum afficit damno qui ſublimat indignum. Non eſt enim in cujuſcunque perſonam præmittendum, quod in ſtatutis generalibus continetur. Nec putandus eſt honor ille legitimus, qui fuerit contra præ-

cepta

cepta divinæ legis collatus: merito patrum noſtrorum venerabiles ſanctiones (cum de ſacerdotum electione loquerentur) eos demum ſacris adminiſtrationibus idoneos eſſe aſſeverarunt: quorum omnis ætas à puerilibus exordiis uſque ad perfectionis annos per diſciplinas eccleſiaſticas cucurriſſet, ut unicuique teſtimonium prior vita præberet. Nec poteſt prædictis ſervatis de ejus promotione dubitari, cui pro laboribus multis, pro moribus caſtis, pro actionibus ſtrenuis celſioris loci præmium debetur. Si enim ad honores mundi ſine ſuffragio temporis, ſine merito laboris indignum eſt perveniri, & notari ambitu ſolent hi quos probitatis documenta non adjuvant, quam diligens & quam prudens habenda eſt diſpenſatio divinorum munerum & cœleſtium dignitatum? 61. diſtinctione miramur.

Advertat obſecro vicarius Jeſu Chriſti & ſacri providentia concilij, Si generalis ſtatus eccleſiæ non ſubvertitur, quia regula de promovendis ad ſacerdotium & pontificatum tradita per apoſtolum, prima epiſtola ad Timothe. 3. ca. ad Titum 1. c. non ſervatur. Nempe ſi advertatur ad exemptionem 13. ca. dictæ regulæ apoſtolicæ, traditæ à ſanctis conciliis, & ſanctis patribus proſecuta: in decretis à 25. diſtinct. uſque ad 12. c. & ad concilium Carthaginenſ. poſitum 23. diſtinctio. Epiſcopus. de ſufficientia promovendorum ad regimen eccleſiæ & ad illa quæ modernis temporibus in univerſali eccleſia tam in capite quam in membris obſervantur. Penſando quam nautæ & navigio deferendis eadem ſubeſt periclitandi neceſſitas, ſicut dicitur in exhorta- *Advertat concilium.* *Eadem ſubeſt periclitandi neceſſitas nautæ & navigio deferendis.*

G

Bayerische Staats-Bibliothek München

Digitized by Google

tione promovendorum: & quod ſecundum evangelicam veritatem Matt. 15. & Lucæ 16. c. ſi cæcus ſcilicet, prælatus cæco populo qui ducendus eſt, & non ſequendus, ducatum præbeat, ambo in foveam delabuntur, flere magis quam ſcribere libet.

Et quamquam ſecundum fragilitatem noſtri temporis in aliquibus mitigationem recipiat diſcretionis cenſura illius temporis. 34. diſt. fraternitatis. & difficile ſit in quo conveniat 13. c. dictæ apoſtolicæ regulæ reperire. ut ſcilicet ſint ſine crimine, unius uxoris viri, non vinolenti, prudentes, ornati, hoſpitales, pudici, doctores, non percuſſores, non litigioſi, non cupidi, domui ſuæ bene præpoſiti, & non neophiti: Nihilominus tamen ſervari deberet dictum Hieronymi, ut licet res pene contra naturam ſit, quod ſine peccato aliquis inveniatur: quod ſaltem talis aſſignaretur ad regimen & curam animarum, cujus comparatione grex cæteri dicerentur. 25. diſtin. §. nomine autem criminis. 61. in ſacerdotibus. quia ſicut ait etiam Symmachus, Papa viliſſimus computandus eſt, niſi præcellat ſcientia & ſanctitate, qui eſt honore præſtantior. 1. q. 1. viliſſimus. Sed ſecundum Leonem Papam, ſi in laicis eſt intolerabilis inſcientia, multomagis in his qui præſunt, nec excuſatione eſt digna, nec venia 33. diſt. ſi in laicis. Ignorantia enim mater eſt cunctorum errorum. Et ideo in ſacerdotibus Dei, qui in populo docendi ſuſceperunt officium, maxime eſt vitanda, ſicut habetur in 3. concil. Toletano. & 38. diſtinct. cap. 1.

Viliſſimus eſſe quis dicatur.

Suſtinenda enim ſunt ſacerdotii eloquia divinitus tradita, id eſt, vera divinarum ſcriptura-

Nõ promovẽdi in eccleſia Dei.

rum diſciplina 38. diſtinctione. omnis.] ſicut magnus prohibet Dionyſius. Hinc enim ſuperna voce dicitur ad Moyſen in Levitico. 21. ca. Loquere ad Aaron. Homo de ſemine tuo per familias qui habuerit maculam, non offeret panes Deo ſuo, nec accedet ad miniſterium ejus. ubi repente ſubjungitur. Si cæcus fuerit, ſi claudus, ſi vel parvo & grandi vel torto naſo, ſi fracto pede, ſi mancus, ſi gibboſus, ſi lippus, ſi albuginem habens in oculo, ſi jugem ſcabiem, ſi impetiginem habens in corpore, vel ſi eſt hernioſus. Quæ moraliter exponuntur per Gregorium in paſtorali. & 49. diſtinctione, hinc & enim.] ad oſtendendum qualiter ignorantes, indiſcreti, ambitioſi, & criminoſi non ſunt admittendi ad eccleſiaſticos gradus. unde Dominus Malachiæ 1. ca. ad hoc conquerens dicit. O ſacerdotes qui deſpexiſtis nomen meum, ſi offeratis cæcum ad immolandum, nonne malum eſt? ſi offeratis claudum & languidum? quod exponens Hieronymus dicit, quod cæcum animal offert, qui ordinavit indoctum in locum docti: magiſtrumque facit, qui vix diſcipulus eſſe poterat. Claudum offert, qui lucra terrena quærentem locat in dignitate, utpote pedem in diverſa ponentem, unum in divinis, alterum in carnalibus. cui poteſt inferri illud tertij lib. Regum decimo octavo capite. Vſquequo claudicatis in partes duas? Languidum offert qui vitioſum habet pro religioſo: quique tardum & pigrum probat patientem, dicens illum negligentia redarguendum. Non penſans quod indignum eſt dare Deo, quod dedignatur homo. 49. diſtinctio. cap. ultimo. In evangelio autem Joannis. 1. c. dicitur,

Cæcum animal dicitur indoctus loco docti poſitus.

quod dedit poteſtatem filios Dei fieri his qui credunt in nomine ejus, qui non ex ſanguinibus, neque ex voluntate carnis, neque ex voluntate viri, ſed ex Deo nati ſunt.

Advertat itaque quiſque ſe filium eſſe ſanctorum, ſi hæres eſt in tenenda terrena hæreditate ſanctorum: quia ſicut ait Hieronymus, Non ſanctorum ſunt filij qui tenent loca ſanctorum, ſed qui exercent opera eorum. 40. diſtinctione. Non eſt facile, ſtare in loco Petri, & Pauli, & tenere cathedram regnantium cum Chriſto. Idem etiam ait. Quod ſi filij Dei ſumus: quod ipſe fecit nos imitari debemus. 56. diſtinctione. Dominus. præfertur enim imitatio operis propagini carnis. 22. quæſt. 2. §. Item opponitur. Vnde & Judæi cum eſſent filij Abrahæ, tamen dicuntur filij diaboli cujus filij ſunt, non naſcendo, ſed ejus opera imitando. Et ideo Joan. 8. c. à Chriſto eis dicitur. Si filij Abrahæ eſtis, opera Abrahæ facite: vos autem quæritis me interficere hominem qui vera locutus ſum vobis: hoc Abraham non fecit. vos ex patre diabolo eſtis qui deſideria patris veſtri facere vultis. Et contra, gentiles ſecundum originem carnis cum ab Abraham eſſent alieni, tamen imitatione fidei & juſtitiæ ſucceſſerunt in filios Abrahæ. ut ibidem. & 1. quæſt. 1. cito turpem. ad finem. & de pœniten. diſtinctio. 1. omnis. Vnde cum in iſtorum promotione maximum in eccleſia Dei immineat periculum, cautius videretur providendum ſecundum concilium Joannis Chriſoſtomi in epiſtola ad Hebræos. & 42. diſtinctione. quieſcamus. 7. q. 2. ca. ulti. extra de electio. ubi lib. 6. ff. de Carboniano edic. 51. §. 2. contra præd.-

Filij ſanctorum.

Filij diaboli.

ctos qui non ſunt inſtructi in his quæ in quotidiano verſantur uſu, invehitur. 8. diſputatio. 7. concilij Toloſani. In 4. autem ca. 10. concilij Toloſan. habetur quod epiſcopi qui eccleſiaſtica beneficia propinquis ſuis indignis contulerint, puniantur, excommunicentur, & beneficiis ſuis priventur. In 7. diſciplinam ſubeant homicidij notam. & concordat 43. diſtinctione. ſit rector.

De prædictis etiam videretur, quod clauſtrales non ponerentur ad prælationem, cum non habeant experientiam temporalem. 39. diſtinctione. per totum. Et declararetur quæ ſcientia eſt in ſingulis gradibus requirenda: & quod nullus caracteretur epiſcopus, niſi eſſet doctoratus in theologia, vel in jure: quod nullus etiam favore regio promoveretur. 16. quæſtio. 7. ſi quis deinceps, nec aliquis qui prius neſciret illa quæ pertinent ad officium ſuum. *Non caracterizādus epiſcopus.*

TITULUS XIX.

De pſalmis & lectionibus in officio eccleſiaſtico tractim, devote, & ordinate, ac intelligibiliter horis competentibus dicendis, & ut omnibus diebus Oratio dominica dicatur ante ſingulas horas, cum Ave Maria. & de abbreviando ipſum ubi eſt nimis prolixum. Et quod eccleſiæ, & in eis miniſtrantes ornamentum habeant talium ornamentorum & aliorum veſtimentorum condecentium: & quod reyciatur inordinatus cantus, & quod ſemel in hebdomada ſolemniter celebraretur officium mortuorum.

IN 15. & 16. c. concilij Laodicen. continetur quod pſalmi in eccleſia paſſim non legantur,

Digitized by Google

ſed ordinabiliter: & quod evangelia diſtinctè legantur. Cum hoc in Dei eccleſia regulariter non ſervetur: quia cum confeſtinatione legitur & cantatur & cum barbariſmis, ſicut ait Augu. in lib. de cathechizandis rudibus, & 38. diſt. ſedulo. videtur ſuper hoc providendum. Cum aliqui religioſi & alij ita propere dicant, quod intelligi non poſſunt, & dicerent horis conpetentibus intra eccleſias cathedrales, conventuales & parochiales, & quod lectiones quæ nimis prolixæ ſunt, & aliæ quæ dicentes & audientes tædio afficiunt, abbreviarentur: & quod miniſtri eccleſiæ & altaria haberent convenientia veſtimenta & etiam ornamenta. Et videretur valde honeſtum eſſe, quod ante ſingulas horas dicerent, Pater noſter, & Ave Maria, licet in 9. & ulti. c. concilij generalis Gerunden. non contineatur quod Oratio dominica à ſacerdote proferatur, niſi poſt matutinas & veſperas. Et inſuper quod cantus indevoti & inordinati motetorum & ſimilium non fierent in eccleſia, cum reprobentur. 92. diſt. cantores. Et quod in qualibet hebdomada ſolenniter celebretur officium mortuorum, tam matutinali tempore quo populus ad opera ruralia exercenda ire poſſit, & quod hæc prædicentur in eccleſia diebus dominicis & feſtivis.

Digitized by Google

TITULUS XX.

De ſymonia & de exactionibus quæ in Romana curia & alibi pro votis requiruntur, quæ fiunt per epiſcopos & curias eorumdem, & ſub prætextu ſigilli eorum & juramenti in communitatibus.

CVm in 2. ca. Calcedonen. concilij contineatur, quod ſi quis epiſcoporum accepta pecunia ordinationem fecerit, & ſub pretio deduxerit impreciabilem gratiam, atque ordinaverit per pecunias quemlibet de his qui in gradu eccleſiæ connumerantur, vel defenſorem, quod de hoc convictus, ſubeat gradus ſui periculum: & ſi promotus, perdat promotionis ſuæ fructum: quod ſi mediator clericus fuerit, à proprio gradu decidat. Si vero fuerit laicus vel monachus, quod ſit anathena. Et prædictum concilium eſt poſitum. 1. q. 1. ſi quis epiſcopus. & tota 1. cau. & tit. de ſymonia. in quibus agitur de dicta ſymonia: & in novo & veteri teſtamento à conciliis & Romanis pontificibus deputati non ſerventur, & maxime in curia Romana, in qua etiam cœtus dominorum cardinalium vult habere una cum domino Papa certam portionem à prælatis qui promoventur ibidem: videretur ſuper hoc maxime providendum. Nam hæc hæreſis maxime corrumpit eccleſiam univerſalem & univerſos populos: Et proviſa jam remedia pro nihilo reputantur. Et cum in curia Romana publice contrarium fiat, acſi non eſſet peccatum committere ſimoniam, vel ſi dare vel

Pœna promoti per ſimoniã & promoventis.

Symonia hæreſis eſt.

accipere poſt, non eſſet idem ſicut dare vel accipere ante 1. q. 1. eos. & c. ſi quis præbendas. & c. ſi quis objecerit. ead. cau. q. 3. Salvator. Ex quo provenit (ſicut Grego. Francorum Regibus ſcribit) quod fides deperit. Nam cum fides ſine operibus mortua ſit, ſicut habetur in canonica beati Jacobi. 2. c. Et fides cum vita ſit eligenda in ſacerdotibus & miniſtris: ſi vita defuerit, fides meritum non habet. Quæ autem vita & quæ opera eſſe valeant ſacerdotis, qui honores tanti ſacramenti per præmium convincitur obtinere? Hinc non ſolum in ordinatoris & ordinati animam letale vulnus infligitur, verumetiam reipublicæ regimen ex talium culpa, quorum interceſſionibus magis juvari debuerat, prægravatur. Si enim dignus is ſacerdotio creditur, cui non actionis merita, ſed præmiorum copia ſuffragatur: Reſtat ut nihil ſibi in eccleſiaſticis honoribus gravitas, nil ſibi defendat induſtria: Sed totum auri prophanus amor obtineat, & dum vitiatus honor remuneratur, in locum ultoris, is fortaſſe qui fuerat ulciſcendus, adducitur: atque hinc ſacerdotes non proficere, ſed perire potius judicantur: vulnerato namque paſtore, quis curandis ovibus adhibet medicinam? aut quomodo populum clypeo orationis tueatur, qui jaculis hoſtium ſeſe feriendum exponit? Aut qualem fructum de ſe producturus eſt, cui gravi peſte radix infecta eſt? Major ergo metuenda eſt loci illius calamitas, ubi tales interceſſores ad locum regiminis adducuntur: quia tales ſimoniaci, Dei in ſe magis iracundiam provocant, quam per ſemetpſos placare debuerant. 1. q. 1. fertur. Cujus ratio eſt, quia interceſſores qui

pro populo ad Deum parantur, neceſſe eſt ut ejus gratiam bene vivendo mereantur. Unde idem Gregorius in paſtorali ait, ſollicite formidandum ne qui placare iram Dei creditur, hanc ipſe ex proprio reatu mereatur. Cuncti etenim loquendo novimus, quia cum is qui diſplicet ad intercedendum mittitur, irati animus ad deteriora provocatur. Vnde talis ſimoniacus qui deſideriis terrenis aſtringitur, caveat ne diſtricti iram judicis gravius accendens, dum in beneficio eccleſiaſtico quaſi in luto delectatur; ne locum regiminis eccleſiaſtici aſſumere audeat, ſi ambitionis & ſimoniæ in ſe vitium damnabile regnat, nec talis quem crimen depravat proprium, interceſſor pro culpis fieri appetat aliorum. Scriptum quippe eſt Prover. 15. Victimæ impiorum abominabiles: vota autem juſtorum placabilia. & in Pſal. 49. Peccatori autem dixit Deus. Quare tu enarras juſtitias meas, & aſſumis teſtamentum meum per os tuum? 49. diſt. §. 3. 3. q. 7. §. item divina. & c. item in gravibus. Cum enim talis ſimoniaci vita, quæ latere non poteſt, deſpiciatur, reſtat ſecundum Gregor. ut ejus prædicatio contemnatur. ut ibidem. Nonne memor debet eſſe vicarius Jeſu Chriſti exemplorum ejuſdem? qui (quamquam adeo ſapiens) cum percuteretur, non percutiebat: cum malediceretur, non maledicebat: cum pateretur, non comminabatur. Lucæ 6. c. 45. diſt. epiſcopum. Si tanquam ovis ad occiſionem ductus eſt. Eſaiæ 54. tamen quia Zelus domus Dei comedit eum, ſicut dicitur in Pſal. 68. flagello facto de funiculis, omnes ementes & vendentes columbas (per quos ſimoniaci deſignantur) de templo eje-

Interceſſores quales eſſe debeant.

Victima impiorũ abominabiles: & vota iuſtorum placabilia.

cit, & menſas nummulariorum & cathedras vendentium columbas evertit, dicens: domus mea domus orationis vocabitur: vos autem feciſtis illam ſpeluncam latronum. Si igitur exemplum patientiæ Ieſus Chriſtus ſimoniacos de templo ejecit, & eos latrones vocavit, & cathedras ſimoniacorum evertit: quis eſt qui in eccleſia Dei audeat introducere tales? Et ſi Chriſtus eorum evertit cathedras, quis eas erigere audeat? Si Chriſtus ſymoniacum vocat latronem, quia per aliam portam, id eſt, per ſymoniam aſcendit. Sicut ipſe ait idem Joan. 10. & ſicut Auguſt. exponit. 23. q. 4. tres perſonas. quis eſt tam temerarius qui talem latronem ſymoniacum qui cavendus eſt, audeat recipere & præficere ut paſtorem, niſi qui ſe vult aſtruere antichriſtum ejus quod Chriſtus fecit & docuit facere, & dogmatizare contrarium. Ad hunc titulum facit 10. titulus hujus partis: ut hi qui baptizantur, & qui ad confeſſionem accedunt nihil ſolvant: & quod pro ſepulturis nihil recipiant, nec pro aliis ſpiritualibus. Ad idem concordat 4. c. 6. concilij Tole. & 2. diſpu. 7. conci. Tole. quæ ponitur nomine Ambroſij. 1. q. 1. Ad hoc faciunt 7. & 8. c. conci. Toleta. Item cum à prælatis & curiis eorundem, pro ſigillis, correctionibus & aliis multæ fiant exactiones, ut extra de cenſibus & exactio. ſuper hoc eſſet providendum. Et inſuper ut dictis dominis carnalibus aſſignarentur redditus, de quibus abſque exactionibus vivere poſſent.

Christus ſimoniacos de tẽplo ieciit.

Digitized by Google

Titulus XXI.

Ne quis in duabus præbendis, vel eccleſiis intituletur, ſed ſingula officia & beneficia ſingulis conferantur perſonis, cujuſcumque ſtatus & conditionis exiſtant.

CUm etiam in 10. c. concilij Calcedonen. contineatur quod non liceat clericum in eccleſiis duarum civitatum ordinari: & quod ſi clericus jam tranſlatus fuerit ab alia in aliam eccleſiam, nihil commune habeat cum priore: & quod facientes cadant à proprio gradu. Et prædictum concilium ſit conforme aliis conciliis & juribus, & ſpecialiter ſynodo habitæ Placentiæ, in qua Vrbanus Papa affuit. 21. q. 2. ſi quis jam tranſlatus. & per Innocentium tertium extra. de conceſſio. præben. literas. & ad idem de electio. cum in cunctis. de præben. de multa. Et in dicta ſynodo expreſſe dicatur, quod nullus poſſit eſſe canonicus præbendatus, niſi in una eccleſia. Et contrarium fiat in eccleſia Dei: quia uni perſonæ præbendæ multæ & multa beneficia, & multæ dignitates & perſonatus cumulantur. Potiſſime ſi de præeſſentium eccleſiæ Dei parentela exiſtant. Et ex hoc paretur generale præjudicium univerſali eccleſiæ, quæ debitis officiis & obſequiis, rectoribus, adminiſtratoribus & defenſoribus defraudatur: eleemoſynæ ſubtrahuntur, perſonæ eccleſiaſticæ ſic ditatæ in ſuperbiam efferuntur. Et ſecundum quod dicitur Prover. 1. ca. eorum proſperitas perdit eos, & diſſolutionis materia ex hoc præſtatur eiſdem, & inſolen-

Mala ex obtētione diverſarū præbendarum.

tiæ variæ oriuntur: cultus divinus qui augeri debuerat, minuitur: & officium, propter quod datur beneficium, omittitur, & infinita alia mala ſubſequuntur. Videretur perquam eſſe utile eccleſiæ ſanctæ Dei, ut dominus Papa & cæteri inferiores, & totum concilium acquieſcerent beato Greg. ſuper hoc ſcribenti omnibus epiſcopis in hunc modum. Singula eccleſiaſtici juris officia ſingulis quibuſque perſonis ſigillatim committi jubemus. Sicut enim in uno corpore multa membra habemus, omnia autem membra non eundem actum habent: ita & in eccleſiæ corpore multa membra ſunt ſecundum veridicam Pauli ſententiam ad Corinthios. 12. In uno eodemque ſpirituali corpore conferendum eſt hoc officium uni, alij committendum eſt illud. Neque enim quantum libet exercitatæ uni perſonę uno tempore duarum rerum officia committenda ſunt: quia ſi totum corpus eſt oculus, ubi auditus? Sicut enim varietas membrorum per diverſa officia, & robur corporis ſervat, & pulchritudinem repræſentat: ita varietas perſonarum per diverſa nihilominus diſtributa officia, & fortitudinem & venuſtatem ſanctæ Dei eccleſiæ manifeſtat. Et ſicut eſt indecorum in corpore humano ut alterum membrum alterius fungatur officio: ita nimirum noxium ſimulque turpiſſimum eſt, ſi ſingula rerum miniſteria perſonis totidem non fuerint diſtributa. 89. diſtin. ſingula. Et in ſeptima ſynodo contineatur quod clericus non connumeretur in duabus eccleſiis: quia hoc turpis negotiationis lucrum eſt, & contra vocem dominicam dicentem Lucæ. 16. Nemo poteſt duobus dominis ſervire. Et contra apoſtolum

In corpore eccleſiæ multa ſunt membra.

ad Roma. 7. dicentem, quod unuſquiſque maneat in vocatione qua vocatus eſt. 20. 1. q. 1. c. 1. Et ſecundum concilium Calcedonenſe. clericum in duarum civitatum eccleſiis conſcribi non oportet. eadem quæſtione, clericum. Ad prædicta etiam concordant & faciunt leges civiles dicentes: Difficile eſſe videtur, ut unus vicem duorum obtineat, & abſurdum fore, ſi promiſcuis actibus rerum turbentur officia. ff. de pactis. l. ſi plures. C. de aſſeſſoribus. l. nemo. C. de teſtamen. l. conſulta. Ex quo provenit quod in pluribus civitatibus quis ſimul & ſemel poteſtatis officia habere non poteſt. ff. ad munici. libertus. §. præſcriptio. & regulare eſt quod una perſona, niſi cauſa neceſſitatis immineat, non debet ſupplere vices plurium. 30. q. 1. ad limina. nec quis in diverſis eccleſiis prælatus eſſe debet. decima q. 3. unio. ubi expreſſe dicit concilium Toletanum, ut plures eccleſiæ uni nequaquam committantur preſbytero: quia ſolus per totas eccleſias nec officium valet perſolvere, nec rebus earum neceſſariam curam impendere. Et idem habetur. 16. q. 7. per laicos. Et ſubjungitur in eodem concilio, quod ſi quis epiſcoporum prædictam conſtitutionem parvipenderit, ſe noverit duorum menſium ſpacio excommunicatione mulctari. Ad idem concordat decretal. cum ſingula. de præbendis. lib. 6. Et etiam theologorum communiter hoc habet opinio, quod ſi unum habens beneficium de quo poteſt non laute nec ad elationem & pompam, ſed convenienter mediocriter ſuſtentari: & recipiat vel retineat aliud, mortaliter peccat. Cum autem dudum ſic fuiſſet determinatum: & cancellarius Pariſienſ. qui tunc

Duo officia in una civitate per vim obtinenda non ſunt.

Cancellarius Pariſii. damnatus apparuit.

Digitized by Google

erat magiſter in theologia, pluribus abundans beneficiis huic ſententiæ affectu, & non ratione ſuperatus, acquieſcere nollet, etiam in infirmitate de qua obiit, à domino Guillelmo Pariſienſi epiſcopo magiſtro in theologia de hoc admonitus & rogatus, eidem epiſcopo juxta ejus ſepulturam De profundis pro eo dicenti, in teterrima umbra dictus cancellarius intelligibili voce dicens, apparuit, quod non oraret pro eo: Nam damnatus erat pro eo, quod non aquieverat ejuſdem epiſcopi monitis & ſententiæ ſuæ, & aliorum magiſtrorum, tenentium quod abſque peccato non poterant plura beneficia (ut præmiſſum eſt) retineri. Quare videretur utile eccleſiæ ſanctæ Dei, ut ordinatio Bonifacii ſuper hoc facta in dicta decretali, cum ſingula. quantum ad regulares extenderetur ad clericos ſeculares & ad dominos Cardinales, qui in grave animarum ipſorum periculum & univerſalis eccleſię diſpendium, multa millia florenorum, librarum, & marcarum ſibi & ſuis peſtifera adinventione ſuper eccleſias etiam parochiales, & curatas faciunt cumulari: & eccleſias etiam cathedrales, & ultramarinas ſub diverſis coloribus commendari: & certas ſibi ſolui ab illis qui eorum promoventur auxilio penſiones, quæ nunquam in Romana eccleſia moriuntur, ſed ab uno cardinali in alium, vel in ejus vel domini Papę propinquum vel nepotem detinentur. Ex quibus ſequitur (cum ſibi vendicent univerſa) infelix quod clericus qui de prædictis beneficiis ſuſtentari, & eis perſonaliter deſervire debuerat, mendicat in plateis, & ſervili operi mancipatus publicam depoſcit eleemoſynam: qui ex eo magis à cunctis

deſpicitur, quo miſer ac deſolatus juſte putatur ad hanc ignominiam deveniſſe. Sicut Hieronymus ait nonageſimatertia diſtinctione, diaconi ſunt. Et hac peſte eſt etiam noviter introductum contra jura, quod prioratus conventuales & alia beneficia eccleſiaſtica conſueta ab olim regi & gubernari per monachos & per alios regulares, prædicti domini cardinales (ac ſi beneficia ſecularia nequaquam ſufficerent: vel ſi per illos melius quam per alios reformari deberent) ſibi & ſuis faciunt aſſignari, quamquam non efficiantur monachi, nec ſint de vita & regula monachorum & aliorum regularium, contra concilium Eduenſe ſub ſeptimo Gregor. congregatum: & contra capitulum Vrbani Papæ, & contra vigeſimumquartum capitulum Calcedonenſis concilij, & contra decimumtertium capitulum ſeptimæ ſynodi, decimanona, quæſtione tertia, in quinque primis capitulis, extra de vita & honeſtate clericorum. Deus qui eccleſiam. & de religioſis domibus, inter quatuor. & decimaoctava, quæſtione ſecunda. Pervenit. Ex quibus in dictis prioratibus & beneficiis regularium periit in totum regularis obſervantiæ diſciplina: cum non ſit inter eos qui corrigat, non ſit qui doceat, non ſit cui obſervantia & reverentia præbeatur, nec qui eos in vita regulari & monaſtica valeat gubernare: fraudatur hoſpitalitas ſervari in dictis prioratibus & beneficiis conſueta: & jura ac bona prioratuum hujuſmodi diſſipantur, & loca ad irreparabile opprobrium, non abſque populi ſcandalo, deducuntur: extra de accuſa. capit. ulti. Ad prædicta facit 15. capitul. concilij Milleuitani, in quo ſtatutum fuit ut poſtquam ali-

Peſtis ex commẽda regularium beneficiorum proveniens.

Inconvenientia ex commẽda pro.

Digitized by Google

quis ſemel in aliqua eccleſia eſſe elegerit, ab alia eccleſia ad clericatum non teneatur. Etiam ſtatutum fuit in 2. c. 1. concilij Arelaten. ſcilicet, quod in quibuſcunque locis miniſtri ordinati fuerint, in ipſis locis perſeverent. & in penultimo c. ejuſdem concilij ſtatuitur idem. & in 23. capitulo. 2. concilij Arelaten. ſtatuitur idem. Secundum autem Gregor. prædicti domini Cardina, etiam cum de monaſterio aſſumuntur, non deberent ibi aliquid retinere: nec duplex regimen ſibi aſſumere. Nam cum unum pro ſui magnitudine diligenter quis non poſſit explere, ad utrunque idoneus non videtur. 16. quæſtione 1. preſbyteros & c. præceden. & ſequenti.

Titulus XXII.

De conſpirantibus contra epiſcopos: & alios publice delinquentes puniendos, privilegio contrario non obſtante.

IN 18. capitul. concilij Calcedonen. poſito. 11. quæſtione. prima conjurationum. continetur, quod ſiqui clerici vel monachi inventi fuerint conjurantes & conſpirantes, aut phratrias vel factiones componentes, ſuis epiſcopis vel aliis, cadant omnino à proprio gradu: & per Papam Pium. ead. quæſtio. ſi quis ſacerdotum. ſtatuitur, quod tales degradati ſeculari tradantur, & per Calixtum Papam ead. quæſtione. conſpirationum. ſtatuatur, quod tales proprio amiſſo gradu, in carcere detrudantur: & per dictum concilium Calcedonenſe, & per Toletanum & Aurelian. ead. quæſtione. qui clerici. & capitulo. ſi

Clerici contra epiſcopos conſpirantes ſunt puniendi.

qui clericorum. ſtatuatur idem. & prædicta jura & conſimilia non ſerventur. Et ex quo frequenter in multis partibus magna ſcandala ſubſequuntur. Videretur utile quod prædicta jura ſervari mandarentur: vel quod provideretur de aliis remediis oportunis.

Et inſuper quod omnes religioſi, & omnes aliæ perſonæ publice delinquentes, & ex hoc eccleſiam Dei ſcandalizantes, publice arguerentur, corrigerentur, & punirentur, juxta illud Apoſtoli, 1. Timot. 5. Peccantes coram omnibus, argue, ut & cæteri metum habeant. Ad quod facit, 45. diſtin. Sed illud 2. q. 5. ſi mala. & ead. cau. quæſt. 7. quapropter. 11. q. 3. c. ult. 23. q. 2. ead. ca. & q. 4. Ita plane. ff. de pœnis. aut facta. §. ult. quæ canonizata eſt. de pœni. diſtinct. 1. aut facta. Et quod in dicta punitione ceſſaret omne privilegium ſecundum decretum Innocent. 4. de privile. volentes. & appellatio frivola & fruſtratoria.

Peccatorem publicũ publice arguere licet.

TITULUS XXIII.

De epiſcoporum & aliorum prælatorum & clericorum accuſatoribus, quod non debeant paſſim ſuſcipi, & dicti prælati non mutentur de ſede ad ſedem, niſi pro notoriis exceſſibus eorundem.

ITem cum in 21. c. concilij Calcedonen. fuerit conſtitutum quod ad accuſationem epiſcoporum vel clericorum, nulli clerici vel laici recipiantur, niſi prius diſcutiatur eorum æſtimationis opinio, quod c. ponitur 2. q. 7. clericos.

Accuſatores epiſcoporũ & clericorũ nõ poſſunt eſſe hic deſcripti

Digitized by Google

quia ibidem fuerit conſtitutum, & in aliis conciliis & à Romanis pontificibus, ſicut plene in dicta q. 7. patet. Et hoc in Roma. curia, & in multis aliis partibus non ſervetur contra intentionem Gregor. 88. diſtinct. ſi quis. & extr. de ſimonia. licet Heli. Et ex hoc frequenter innocentes prælati & clerici diffamentur, & ad curiam Romanam citentur, & opprimantur contra illa quæ ſcripta ſunt. 2. q. 1. nihil. cum capit. ſequentibus & præcedentibus, videretur ſacri proviſione concilij fore ſuper hoc providendum. In ſeptimo autem concilio Cartaginenſi, capit. 2. 3. 4. & 6. fuerit ſtatutum, quod excommunicati ſecundum propriam libertatem: & omnes quos leges non admittunt ad accuſationem publicorum criminum, infames, Hiſtriones, aut turpitudinibus ſubjectæ perſonæ, hæretici, pagani, & Judæi non admitterentur ad accuſationem clericorum, nec ad teſtificandum contra eos. Et hoc eſt conforme aliis juribus, 2. quæſtio. 1. prohibetur. 3. quæſtio. 5. accuſatores. 1. cum undecim capitulis ſequentibus. Videretur inſuper prouidendum, quod dicti prælati non amoverentur à ſedibus ſuis inviti, nec in alias transferrentur, niſi exigentibus eorum notoriis exceſſibus: cum iſtis temporibus contrarium fiat interdum.

Digitized by Google

TITULUS XXIV.

De œconomis & diſpenſatoribus & advocatis à ſingulis epiſcopis habendis pro diſpenſatione rerum temporalium, ut ipſi vacent divinis, & propter curam temporalium, ut ipſi libera executione pontificis officij non deſiſtant.

ITem cum in penultimo capitulo concilij Calchedonenſis poſito. 89. diſtinctio. c. quia in quibuſdam. contineatur quod omnes eccleſiæ habentes epiſcopos, habeant etiam œconomos de proprio clero, per quos res eccleſiaſticæ cum arbitrio epiſcopi gubernentur, & non diſpergantur: & hoc ſit conforme aliis conciliis & juribus. ead. diſtinct. volumus. cum capit. ſequentibus. & 9 quæſti. 3. cum ſimus. 16. q. 7. quoniam in quibuſdam. cum cap. præcedentibus & ſequentibus. Videretur eſſe utile, quod prædicta jura, & alia continentia, quod etiam epiſcopi habeant advocatos, per quos eorum lites ducantur, ne ipſi ex hoc à laude Dei, & ab actionibus ſpiritualibus retrahantur. Et ne dum humana lucra attendunt, æterna præmia perdant, ſicut ait Anacletus Papa 5. q. 3. quia epiſcopus. potiſſime, cum inter capit. apoſtolicæ regulæ contineatur, quod epiſcopus non ſit litigioſus, prout plenius continetur 46. diſti. ubi ſit proſequutio dicti c. apoſtolicæ regulæ. In 9. autem c. ſecundi concilij Hiſpalen. continetur, quod ex laicis non conſtituantur œconomi. & idem habetur 89 diſti. judicatum.

Non attendenda lucra, ne perdantur æterna.

Expliciunt aſſumpta ex conciliis Græcis.

INCIPIVNT ASSVMPTA EX CONCILIIS LATINIS.

Titulus XXV.

De ſanctimonialibus, ne cum extraneis viris vel mulieribus habitent: & quod recludantur, nec recipiantur, niſi de earum redditibus vivere poſſint, de quo legitima fides fieret ordinariis earundem, per quos corrigerentur, includerentur & reformarentur, privilegio contrario non obſtante.

Videnda circa Moniales.

IN tertio cap. primi concilij Carthaginen. fuit conſtitutum quod Sanctimoniales & religioſæ fœminæ in una domo, cum extraneis mulieribus vel viris non morentur, & quod ſint ſegregatæ à conſortio mulierum: & quod ſimiliter diſcreta ſit converſatio clericorum, ad converſionem laicorum: & hoc ſit conforme aliis conciliis & juribus. ut 4. diſtinctio. ſtatuimus. 23. diſtincti. his igitur. & prædicta jura non ſerventur: nec proviſio domini Bonifacij, de includendis dictis monialibus poſita extra de ſta. reg. cap. unico. libr. 6. ſufficit. quod multæ ſunt quæ ſi includerentur, non haberent unde viverent. Et quod etiam ſunt nonnullæ, ſicut dicit cap. pernitioſam. 18. q. 2. propria recepta-

cula retinentes, ſicut ſunt Beguinæ, ordinis ſancti Franciſci: videretur utile ſuper hoc provideri, & 6. etiam capit. concilij Toletani contineatur, quod religioſa puella virorum familiaritatem in domo non habeat: Eſſet providendum quod non reciperentur plures, quam poſſent de earum redditibus ſuſtentari, de quo prius legitima fides fieret ordinariis earundem. Et hoc ſub gravibus pœnis ordinarij injungerent, per quos corrigerentur, includerentur, & reformarentur, privilegio contrario non obſtante.

TITULUS XXVI.

De clericis obligatis ad ratiocinia: & ne viri literati ad ipſa intendant, nec ſacerdotes ad prædicta vocentur.

CUm in ſeptimo cap. concilij 1. Carthaginenſis fuerit conſtitutum, quod obligati ad ratiocinia reddenda non promoveantur, antequam rationem reddiderint de eiſdem, & hoc ſit conforme aliis conciliis & juribus, ut extra de obligat. ad ratioci. & 53. diſtinct. per totum. & non ſervetur: videretur utile, quod ſervari mandaretur. Nam hoc etiam continetur in primo c. primi concilij Toletani. Et inſuper quod viri literati ad dictas ratiocinationes non intendant. Cum ſecundum Greg. inutile & valde laborioſum ſit hominem literatum ratiociniorum cauſas aſſumere: & ſe in eo quod non expedit obligare. Nec eſt facienda in eccleſia memoria pro illis qui ſacerdotes ad dicta ratiocinia evocant, & ab officio ſuo retrahunt. 88. diſtinctio. inutile erit.

Literati ad cauſas ratiociniorum nō debent aſſumi.

Digitized by Google

TITULUS XXVII.

De contemptoribus canonum & prælatorum ſuorum ſuperiorum puniendis.

ETiam in ultimo c. 1. concilij Carthaginenſis continetur, quod illi qui nolunt obſervare ſcripta in conciliis, ſi laici ſunt, communione, ſi clerici, honore priventur. Et hoc ſit conforme aliis conciliis & juribus. 4. diſtin. §. hæc & ſi legibus. duodecima diſtinct. præceptis. 18. diſt. §. hunc ergo 25. q. 1. hac conſona. & prædicta jura non ſerventnr: videretur utile quod ſervari mandarentur ut quos divinus timor à malo non revocat, coerceret timor eccleſiaſticæ diſciplinæ. extra de hæreticis. vergentis. de elect. cum in cunctis. 82. diſt. plurimos. in fine. 50. diſti. conſtitueretur. C. de emenda. propin. l. una. In ſecundo etiam c. concilij Taurinatis continetur, ut quicunque contra ſtatuta majorum fecerit, deponatur. In concilio etiam Bracharen. continetur quod ſi quis tranſgreſſus fuerit præcepta antiquorum canonum & conciliorum, à ſtatu ſuo degradetur. Et ad idem concordat primum ca. tertij concilij Toleta. Et quod idem ſervaretur de illis qui tranſgrediuntur rationabilia præcepta ſuperiorum ſuorum.

Tranſgreſſores & canonum cõtemptores puniũtur.

Digitized by Google

Titulus XXVIII.

De religioſis & aliis qui excommunicatos ab aliis recipiunt, puniendis: & de ſententiis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, latis ab ordinariis vel eorum authoritate, in locis religioſorum, publicandis.

IN octavo capi. ſecundi concilij Carthaginen. fuit conſtitutum, ut illi qui excommunicatos ab aliis ſcienter recipiunt, excommunicentur. & hoc ſit conforme concilio Antiocheno 11. q. 3. ſi quis à proprio. & ex decretis beati Petri ex 93. diſt. ſi inimicus & ex ſtatutis apoſtolorum. c. q. ſunt apſtoli. & Calixti Papæ ead. q. cum excommunicato. & concilij Carthaginen. eadem quæſt. qui excommunicaverit. & multis aliis juribus. Et hoc non ſervetur à fratribus Prædicatoribus, & Minoribus, & aliis religioſis exemptis. Nec ad hoc refrenandum proſint antiqua nec nova remedia: & propter hoc excommunicatio contemnatur, & ſic mortalis efficitur. de ſent. excom. cum medicinalis. lib. 6. & nervus diſciplinæ eccleſiaſticæ diſrunpatur. contra illud 50. di. ut conſtitueretur & c. presbyteros 23. q. 5. excommunicatorum, 34. q. 2. in lectum. Videretur fore ſuper his ſacri proviſione concilij providendum. Hoc etiam conforme, 8. c. 2. concil. Arelaten. in quo ſtatutum eſt, ut ſe reum noverit, & cauſam in concilio redditurum, qui excommunicatum alterius poſt interdictum recipere præſumpſerit. idem etiam ſtatuitur in 11. ca. concilij Auraſi. & in 53 c. concilij Elibertani. & 37. c. concilij Bracharen. *Excommunicati nō recipiātur*

TITULUS XXIX.

Vt qui contra profeſſionem, vel ſubſcriptionem ſuam, vel prædeceſſorum facta rationabilia & ſervitores venerint, puniantur.

IN ultimo ca. ſecundi concilij Cartaginen. fuit conſtitutum, ut quicunque prælati & alij contra illa in quibus conſenſerunt vel ſubſcripſerunt, venerint, deponantur: cum non deceat inconſtantiam & intolerabilem in Dei eccleſia reperiri: & in hoc ſit conforme concilio Affricano. extra de pactis. cap. 1. & aliis juribus. 20. quæſtione prima. puellæ in fin. 22. quæſtione quarta. innocens. 18. quæſtione ſecunda. Eleutherius. ff. de pactis. juris gentium. §. prætor ait. & hoc hodie non ſervetur: hoc videtur honorabile, & utile obſervari, ne paulatim gravitas eccleſiaſtica deperire videatur: maxime in eccleſia Romana, in qua viſum eſt, quod dominus Papa revocabat aliquando non ſolum gratias, & alia conceſſa à prædeceſſoribus ſuis, verum etiam facta & conceſſa à ſeipſo contra gravitatem, authoritatem & honeſtatem eccleſiaſticam & juridicam. 25. quæſtione 1. & quæſtione 2. quaſi per totum 12. quæſtione 2. hæc hujus placiti. Et idem de multis aliis prælatis accidit, prædeceſſorum ſuorum facta rationabilia & familias, quanquam bene ſervierint: proſequentibus contra jura.

Inconſtantia reprobatur in Dei ecleſia.

Digitized by Google

Titulus XXX.

Vt canones pertinentes ad officium & inſtructionem epiſcoporum & clericorum, ſciantur per eos priuſquam ordinentur.

IN 3. c. 4. concilij Carthaginenſis poſito. 38. diſtin. placuit. fuit conſtitutum, ut epiſcopis & clericis ordinandis priuſquam ordinentur, decreta conciliorum eorum auribus ab ordinatoribus inculcentur, ne ſe aliquid contra ſtatuta conciliorum feciſſe pœniteat: & in concilio Toletano fuit conſtitutum, quod illi quibus parochiales eccleſiæ committuntur, ab epiſcopis ſuis inſtructionem & libellum per quem in officio eccleſiaſtico dirigantur, accipiant. & Celeſtinus Papa inſtituit quod nulli ſacerdotum liceat canones ignorare. & Auguſti. dicit quod ſaltem canones pœnitentiales ſcire debet, ut 38. diſtin. quando. & c. nulli. & c. quæ ipſis. 20. diſtin. ſi decreta. Et ſupradicta jura & conſimilia non ſerventur, ſed paſſim promoveantur, & preſbyteri & epiſcopi priuſquam eis oſtendatur illud quod pertinet ad officium eorundem: nec debita diſcuſſio ſuper his obſervetur, licet ſuper hoc multa jura ſint edita. 23. diſtinctione per totum. & extra de ætate & qualitate ordi. de temp. ordi. videretur ſuper hoc providendum.

Canones ſciãtur priuſquam ad promotionẽ procedatur.

Digitized by Google

quia ibidem fuerit conſtitutum, & in aliis conciliis & à Romanis pontificibus, ſicut plene in dicta q. 7. patet. Et hoc in Roma. curia, & in multis aliis partibus non ſervetur contra intentionem Gregor. 88. diſtinct. ſi quis. & extr. de ſimonia. licet Heli. Et ex hoc frequenter innocentes prælati & clerici diffamentur, & ad curiam Romanam citentur, & opprimantur contra illa quæ ſcripta ſunt. 2. q. 1. nihil. cum capit. ſequentibus & præcedentibus, videretur ſacri proviſione concilij fore ſuper hoc providendum. In ſeptimo autem concilio Cartaginenſi, capit. 2. 3. 4. & 6. fuerit ſtatutum, quod excommunicati ſecundum propriam libertatem: & omnes quos leges non admittunt ad accuſationem publicorum criminum, infames, Hiſtriones, aut turpitudinibus ſubjectæ perſonæ, hæretici, pagani, & Judæi non admitterentur ad accuſationem clericorum, nec ad teſtificandum contra eos. Et hoc eſt conforme aliis juribus, 2. quæſtio. 1. prohibetur. 3. quæſtio. 5. accuſatores. 1. cum undecim capitulis ſequentibus. Videretur inſuper prouidendum, quod dicti prælati non amoverentur à ſedibus ſuis inviti, nec in alias transferrentur, niſi exigentibus eorum notoriis exceſſibus: cum iſtis temporibus contrarium fiat interdum.

Digitized by Google

Titulus XXIV.

De œconomis & diſpenſatoribus & advocatis à ſingulis epiſcopis habendis pro diſpenſatione rerum temporalium, ut ipſi vacent divinis, & propter curam temporalium, ut ipſi libera executione pontificis officij non deſiſtant.

ITem cum in penultimo capitulo concilij Calchedonenſis poſito. 89. diſtinctio. c. quia in quibuſdam. contineatur quod omnes eccleſiæ habentes epiſcopos, habeant etiam œconomos de proprio clero, per quos res eccleſiaſticæ cum arbitrio epiſcopi gubernentur, & non diſpergantur: & hoc ſit conforme aliis conciliis & juribus. ead. diſtinct. volumus. cum capit. ſequentibus. & 9 quæſti. 3. cum ſimus. 16. q. 7. quoniam in quibuſdam. cum cap. præcedentibus & ſequentibus. Videretur eſſe utile, quod prædicta jura, & alia continentia, quod etiam epiſcopi habeant advocatos, per quos eorum lites ducantur, ne ipſi ex hoc à laude Dei, & ab actionibus ſpiritualibus retrahantur. Et ne dum humana lucra attendunt, æterna præmia perdant, ſicut ait Anacletus Papa 5. q. 3. quia epiſcopus. potiſſime, cum inter capit. apoſtolicæ regulæ contineatur, quod epiſcopus non ſit litigioſus, prout plenius continetur 46. diſti. ubi ſit proſequutio dicti c. apoſtolicæ regulæ. In 9. autem c. ſecundi concilij Hiſpalen. continetur, quod ex laicis non conſtituantur œconomi. & idem habetur 89 diſti. judicatum.

Non attendenda lucra, ne perdantur æterna.

Expliciunt aſſumpta ex conciliis Græcis.

Digitized by Google

INCIPIVNT ASSVMPTA EX CONCILIIS LATINIS.

Titulus XXV.

De ſanctimonialibus, ne cum extraneis viris vel mulieribus habitent: & quod recludantur, nec recipiantur, niſi de earum redditibus vivere poſſint, de quo legitima fides fieret ordinariis earundem, per quos corrigerentur, includerentur & reformarentur, privilegio contrario non obſtante.

Videnda circa Moniales.

IN tertio cap. primi concilij Carthaginen. fuit conſtitutum quod Sanctimoniales & religioſæ fœminæ in una domo, cum extraneis mulieribus vel viris non morentur, & quod ſint ſegregatæ à conſortio mulierum: & quod ſimiliter diſcreta ſit converſatio clericorum, ad converſionem laicorum: & hoc ſit conforme aliis conciliis & juribus. ut 4. diſtinctio. ſtatuimus. 23. diſtincti. his igitur. & prædicta jura non ſerventur: nec proviſio domini Bonifacij, de includendis dictis monialibus poſita extra de ſta. reg. cap. unico. libr. 6. ſufficit. quod multæ ſunt quæ ſi includerentur, non haberent unde viverent. Et quod etiam ſunt nonnullæ, ſicut dicit cap. pernitioſam. 18. q. 2. propria recepta-

Digitized by Google

cula retinentes, ſicut ſunt Beguinæ, ordinis ſancti Franciſci: videretur utile ſuper hoc provideri, & 6. etiam capit. concilij Toletani contineatur, quod religioſa puella virorum familiaritatem in domo non habeat: Eſſet providendum quod non reciperentur plures, quam poſſent de earum redditibus ſuſtentari, de quo prius legitima fides fieret ordinariis earundem. Et hoc ſub gravibus pœnis ordinarij injungerent, per quos corrigerentur, includerentur, & reformarentur, privilegio contrario non obſtante.

TITULUS XXVI.

De clericis obligatis ad ratiocinia: & ne viri literati ad ipſa intendant, nec ſacerdotes ad prædicta vocentur.

CUm in ſeptimo cap. concilij 1. Carthaginenſis fuerit conſtitutum, quod obligati ad ratiocinia reddenda non promoveantur, antequam rationem reddiderint de eiſdem, & hoc ſit conforme aliis conciliis & juribus, ut extra de obligat. ad ratioci. & 53. diſtinct. per totum. & non ſervetur: videretur utile, quod ſervari mandaretur. Nam hoc etiam continetur in primo c. primi concilij Toletani. Et inſuper quod viri literari ad dictas ratiocinationes non intendant. Cum ſecundum Greg. inutile & valde laborioſum ſit hominem literatum ratiociniorum cauſas aſſumere: & ſe in eo quod non expedit obligare. Nec eſt facienda in eccleſia memoria pro illis qui ſacerdotes ad dicta ratiocinia evocant, & ab officio ſuo retrahunt. 88. diſtinctio. inutile erit.

Literati ad cauſas ratiociniorum nō debent aſſumi.

Digitized by Google

TITULUS XXVII.

De contemptoribus canonum & prælatorum ſuorum ſuperiorum puniendis.

Tranſgreſſores & canonum cõtemptores puniũtur.

ETiam in ultimo c. 1. concilij Carthaginenſis continetur, quod illi qui nolunt obſervare ſcripta in conciliis, ſi laici ſunt, communione, ſi clerici, honore priventur. Et hoc ſit conforme aliis conciliis & juribus. 4. diſtin. §. hæc & ſi legibus. duodecima diſtinct. præceptis. 18. diſt. §. hunc ergo 25. q. 1. hac conſona. & prædicta jura non ſerventnr: videretur utile quod ſervari mandarentur ut quos divinus timor à malo non revocat, coerceret timor eccleſiaſticæ diſciplinæ. extra de hæreticis. vergentis. de elect. cum in cunctis. 82. diſt. plurimos. in fine. 50. diſti. conſtitueretur. C. de emenda. propin. l. una. In ſecundo etiam c. concilij Taurinatis continetur, ut quicunque contra ſtatuta majorum fecerit, deponatur. In concilio etiam Bracharen. continetur quod ſi quis tranſgreſſus fuerit præcepta antiquorum canonum & conciliorum, à ſtatu ſuo degradetur. Et ad idem concordat primum ca. tertij concilij Toleta. Et quod idem ſervaretur de illis qui tranſgrediuntur rationabilia præcepta ſuperiorum ſuorum.

Digitized by Google

TITULUS XXVIII.

De religioſis & aliis qui excommunicatos ab aliis recipiunt, puniendis: & de ſententiis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, latis ab ordinariis vel eorum authoritate, in locis religioſorum, publicandis.

IN octavo capi. ſecundi concilij Carthaginen. fuit conſtitutum, ut illi qui excommunicatos ab aliis ſcienter recipiunt, excommunicentur. & hoc ſit conforme concilio Antiocheno 11. q. 3. ſi quis à proprio. & ex decretis beati Petri ex 93. diſt. ſi inimicus & ex ſtatutis apoſtolorum. c. q. ſunt apſtoli. & Calixti Papæ ead. q. cum excommunicato. & concilij Carthaginen. eadem quæſt. qui excommunicaverit. & multis aliis juribus. Et hoc non ſervetur à fratribus Prædicatoribus, & Minoribus, & aliis religioſis exemptis. Nec ad hoc refrenandum proſint antiqua nec nova remedia: & propter hoc excommunicatio contemnatur, & ſic mortalis efficitur. de ſent. excom. cum medicinalis. lib. 6. & nervus diſciplinæ eccleſiaſticæ diſrunpatur. contra illud 50. di. ut conſtitueretur & c. preſbyteros 23. q. 5. excommunicatorum. 34. q. 2. in lectum. Videretur fore ſuper his ſacri proviſione concilij providendum. Hoc etiam conforme, 8. c. 2. concil. Arelaten. in quo ſtatutum eſt, ut ſe reum noverit, & cauſam in concilio redditurum, qui excommunicatum alterius poſt interdictum recipere pręſumpſerit. idem etiam ſtatuitur in 11. ca. concilij Auraſi. & in 53 c. concilij Elibertani. & 37. c. concilij Bracharen. *Excommunicati nō recipiātur*

Digitized by Google

Titulus XXIX.

Vt qui contra profeſſionem, vel ſubſcriptionem ſuam, vel prædeceſſorum facta rationabilia & ſervitores venerint, puniantur.

IN ultimo ca. ſecundi concilij Cartaginen. fuit conſtitutum, ut quicunque prælati & alij contra illa in quibus conſenſerunt vel ſubſcripſerunt, venerint, deponantur: cum non deceat inconſtantiam & intolerabilem in Dei eccleſia reperiri: & in hoc ſit conforme concilio Affricano. extra de pactis. cap. 1. & aliis juribus. 20. quæſtione prima. puellæ in fin. 22. quæſtione quarta. innocens. 18. quæſtione ſecunda. Eleutherius. ff. de pactis. juris gentium. §. prætor ait. & hoc hodie non ſervetur: hoc videtur honorabile, & utile obſervari, ne paulatim gravitas eccleſiaſtica deperire videatur: maxime in eccleſia Romana, in qua viſum eſt, quod dominus Papa revocabat aliquando non ſolum gratias, & alia conceſſa à prædeceſſoribus ſuis, verum etiam facta & conceſſa à ſeipſo contra gravitatem, authoritatem & honeſtatem eccleſiaſticam & juridicam. 25. quæſtione 1. & quæſtione 2. quaſi per totum 12. quæſtione 2. hæc hujus placiti. Et idem de multis aliis prælatis accidit, prædeceſſorum ſuorum facta rationabilia & familias, quanquam bene ſervierint: proſequentibus contra jura.

Inconſtantia reprobatur in Dei eccleſia.

Digitized by Google

Titulus XXX.

Vt canones pertinentes ad officium & inſtructionem epiſcoporum & clericorum, ſciantur per eos priuſquam ordinentur.

IN 3. c. 4. concilij Carthaginenſis poſito. 38. diſtin. placuit. fuit conſtitutum, ut epiſcopis & clericis ordinandis priuſquam ordinentur, decreta conciliorum eorum auribus ab ordinatoribus inculcentur, ne ſe aliquid contra ſtatuta conciliorum feciſſe pœniteat: & in concilio Toletano fuit conſtitutum, quod illi quibus parochiales eccleſiæ committuntur, ab epiſcopis ſuis inſtructionem & libellum per quem in officio eccleſiaſtico dirigantur, accipiant. & Celeſtinus Papa inſtituit quod nulli ſacerdotum liceat canones ignorare. & Auguſti. dicit quod ſaltem canones pœnitentiales ſcire debet, ut 38. diſtin. quando. & c. nulli. & c. quæ ipſis. 20. diſtin. ſi decreta. Et ſupradicta jura & conſimilia non ſerventur, ſed paſſim promoveantur, & preſbyteri & epiſcopi priuſquam eis oſtendatur illud quod pertinet ad officium eorundem: nec debita diſcuſſio ſuper his obſervetur, licet ſuper hoc multa jura ſint edita. 23. diſtinctione per totum. & extra de ætate & qualitate ordi. de temp. ordi. videretur ſuper hoc providendum.

Canones ſciantur priuſquam ad promotionē procedantur.

TITULUS XXXI.

De epiſcopis accuſatis, ubi & infra quod tempus eorum cauſa examinentur: & quod in cauſis eccleſiaſticis hora modicum contraheretur: & quod deputarentur in ſingulis curiis judices, advocati, procuratores & tabelliones gratis ſua officia exequentes in cauſis miſerabilium perſonarum.

ETiam in 7. cap. 3. concilij Carthaginen. fuit conſtitutum, quod cauſæ epiſcoporum coram provinciali concilio infra duos menſes audiantur, & hoc ſit ſatis conforme aliis conciliis & juribus, ut 3. quæſtio. ſi quis epiſcoporum. cum ca. ſequentibus: & dicta jura & conſimilia non ſerventur, quia Romana eccleſia cauſas epiſcoporum majoribus annumerans, omnia ad ſe trahit, per illa capitula. 2. quæſtio. 6. ad Romanum. & capitulis præcedentibus & ſequentibus. & 9. quæſtio. 3. cuncta per mundum & cap. per principalem. Videtur utile cogitare an eſſet aliquod remedium, ſuper hoc adhibendum. Et inſuper, cum lites non debeant eſſe immortales, ut extra de dolo & contu. finem. potiſſime eccleſiaſticæ quæ cæteris periculoſiores ſunt: ut ibidem, & de electio. ne pro defectu. quod in eiſdem contraheretur eremodicium, ſicut ſecundum leges contrahitur. C. de judi. properandum. §. 1. & §. ſinautem. Exceptis caſibus notatis ibidem in glo. ordinaria: quamquam contrarium ſit ſecundum jus canonicum, ut extra de judic. venerabilis. & de dolo. & contu. venera-

Advocati pro miſerabilibus perſonis deputētur.

bilis. & quod deputarentur in ſingulis curiis judices, advocati, procuratores, & tabelliones, gratis ſua officia exequentes & exercentes in cauſis miſerabilium perſonarum.

Titulus XXXII.

De multis capitulis ad vitam, honeſtatem, converſationem, habitum, regulam & mores clericorum pertinentibus, ſecundum diverſos ſtatus & gradus eorum.

ITem cum in 13. cap. 3. concilij Carthaginen. fuit conſtitutum ut filij ſacerdotum vel clericorum ſpectacula ſecularia non exerceant, nec eis interſint, & in 5. conci. Arelaten. capit. 59. Et in Agathen. concilio fuerit ſtatutum, quod preſbyteri & alij qui ducendi uxores licentiam non habuerint, alienarũ nuptiarum evitent convivia. Nec illis cœtibus immiſceantur ubi amatoria cantantur & turpia: aut obſcœni motus corporum, choreis exultationibus efferuntur: ne auditus & obtuitus ſacris miniſteriis deputati, turpium ſpectaculorum atque verborum contagione polluantur. 34. diſt. preſbyteri. Et in concilio Laodicen. fuerit conſtitutum, quod clerici & miniſtri altaris, ſpectaculis aut nuptiis non interſint: & de conſe. diſt. 6. non oportet. Et Iſidorus de vita clericorum ſcribat, quod dicti clerici à vulgari vita ſecluſi, à mundi voluptatibus ſe abſtineant, ut non ſpectaculis, non pompis interſint: & quod convivia publica fugiant, privata autem ſobria colant, uſuris nequaquam incumbant, neque turpium occupationibus lucro-

Clerici hic attendant ut non interſint.

rum. Non fraudibus cujuſquam ſtudiove apetant amorem procurare. Quaſi materiam cunctorum criminum fugiant ſecularia officia, negotiaque abjiciant, honoris gradum per ambitionem non ſuſcipiant, dolos & conjurationes caveant, odium, æmulationes, obtrectationes atque invidiam fugiant: non vagi in eccleſiis, non effreni lingua, aut petulanti: nec fluvido greſſu vel geſtu incedant, ſed pudorem atque verecundiam mentis ſimplici habitu inceſſuque oſtendant: abſcœnitates verborum & membrorum ſicut & operum, penitus execrentur: viduarum & virginum frequentationem fugiant: contubernia extranearum fœminarum nullatenus appetant. Caſtimoniam inviolati corporis perpetuo conſervare ſtudeant. Senioribus debitam præbeant obedientiam: neque ullius jactantiæ ſtudio ſemetipſos attollant: doctrinæ & lectionibus, pſalmis & canticis & eorum exercitio jugiter incumbant. Tales enim eſſe debent qui divinis cultibus ſe mancipandos ſtudent, ut ſcientię opera dent: doctrinæ gratiam populis adminiſtrent 23. diſt. his igitur. In conci. etiam Matiſconen. conſtitutum fuit quod dictæ perſonæ eccleſiaſticæ plauſus & riſus injocundos agere, & fabulas inanes referre, aut cantare non præſumerent, nec turpia joca ante ſe fieri paterentur. Nec laruas dæmonum ante ſe deferri conſentirent. Et quod in menſis honeſte converſarentur, & ſobrie biberent & comederent. ut 44. diſtinctione nullus preſbyterorum. duabus paleis ſequentibus poſitis pro capitulis, de conſecratione. diſtinctione 5. quando. In concilio etiam Laodicen. & Martini Papæ fuit conſtitutum, quod

Clerici non faciant.

Clerici faciant.

Clerici non præſumant.

Digitized by Google

ſimbola & commerſalia ſive convivia, in quibus dicta ſimbola fuerint, non exercerent, & quod tabernas, excepta cauſa neceſſitatis, non intrarent. Et in 6. Sinodo fuerit conſtitutum, quod in dictis tabernis aliis non miniſtrarent, nec tabernas tenerent: & ſi non ceſſarent, quod deponerentur. 43. diſtinctio. non oportet. 1. & 2. c. nullus. &c. Et in concilio Toletano fuerit conſtitutum, quod loco fabularum quæ menſis frequenter interponuntur non neceſſariæ, coram eis ad ædificationem animarum ſacra lectio legeretur. ead. diſtinctione, pro reveren. de conſecratio. diſtincti. 5. in omnibus. Cum autem iſta & alia extra de vita & honeſta cleri. & in aliis diverſis juribus tradita de converſatione, vita & honeſtate clericorum & aliarum perſonarum eccleſiaſticarum, non ſerventur, & ex hoc vituperetur miniſterium noſtrum & eccleſiæ contemptus habeatur, eſt verum ſecundum Grego. Si cujus vita deſpicitur, ejus prædicatio contemnatur. 3. quæſt. 7. §. Item in evangelio. videretur eſſe utile, ut circa dictam reformationem, & regulationem vitæ & honeſtatis morum, & converſationis perſonarum eccleſiaſticarum, provideretur de remedio competenti. Nam videtur verificari illud evangelicum de Scribis & Phariſæis, qui ſuper cathedram Moyſi ſedebant: quæ dicunt facite: quæ autem faciunt, facere nolite. Matth. 23. 26. quæſtione 7. Alligant (ut ibi dicitur) onera gravia & importabilia, & imponunt in humeros hominum, digito autem ſuo nolunt ea movere: omnia autem opera faciunt ut videantur ab hominibus. Dilatant enim philacteria ſua, & magnificant fimbrias

Clerici circa tabernas.

Cuius vita deſpicitur, eius prædicatio contemnitur.

Verbum alligant onera &c. hic exponitur.

Digitized by Google

ſuas. Amant enim primos recubitus in cœnis, & primas cathedras in ſinagogis, & ſalutationes in foro, & vocari ab hominibus rabbi. Quæquidem verba Chriſti in Matth. 23. exponit Joannes Chriſoſtomus dicto capitulo.] alligant. de ſacerdotibus & pontificibus noſtri temporis: qui omnem juſtitiam populo mandant, & ipſi nec modicam ſervant, ut in docendo juſti appareant, & juſti in faciendo non exiſtant. unde ſecundum eundem. 60. diſtinctione. in c. multi ſunt ſacerdotes, & pauci ſunt ſacerdotes: multi in nomine & pauci in opere. Videte ergo ſecundum eundem quomodo ſuper cathedram ſedeatis: quia non cathedra facit ſacerdotem, ſed ſacerdos cathedram. Non locus ſanctificat hominem, ſed homo locum ſanctificat. Non omnis ſacerdos ſanctus eſt, ſed omnis ſanctus eſt ſacerdos. Qui bene ſederit ſuper ea, honorem accipit cathedræ. Ideo ſacerdos malus de ſacerdotio ſuo crimen acquirit, non dignitatem. In judicio enim ſedes, ſi quidem bene vixeris, & bene docueris: populum bene inſtruis, ſi bene docueris quomodo vivere debeat: bene autem docendo, & male vivendo, Deum inſtruis quomodo te debeat condemnare. Item quicunque deſideraverit primatum in terra, inveniet confuſionem in cœlo: nec inter ſervos Chriſti computabitur, qui de primatu tractaverit: nec unuſquiſque eorum ſuſtinet quomodo major aliis appareat, ſed quomodo omnibus inferior videatur: quoniam non qui major fuerit in honore inter homines, ille eſt ſuperior: ſed qui fuerit juſtior, ille major eſt. Hieronymus etiam ſcribens ad Heliodorum, ait, quod non omnes epiſcopi ſunt epiſcopi: & quod

Cathedra non facit ſacerdotē.

Deum inſtruere ad cōdemnādum hic videmus.

Maior quis inter homines dicatur.

Digitized by Google

eccleſiaſtica dignitas non facit Chriſtianum. Et Auguſtinus. homil. ſexta ſcribit, quod non omnes qui dicunt pax vobis, quaſi columba ſunt audiendi: cum columba non, ſicut coruus, de morte paſcatur: ſed de frugibus terræ vivat: & innocens ſit victus ejus: ſecunda quæſtione ſeptima. non omnes, & capi. non omnis. Sane cum de dictis clericis fuerint in quarto concilio Carthaginen. à 44. uſque ad ſeptuageſimum ſecundum capitu. plurima quæ in diverſis locis ſparſa fuerunt, conſtituta: videlicet ut clericus neque comam nutriat neque barbam: quod nec veſtibus, nec calceamentis decorem quærat: quod cum extraneis mulieribus habitare non debeat, nec per plateas & andronas, niſi certa & maxima fuerit neceſſitas officij, ambulare: nec ad forum & nundinas niſi aliquid empturus ibi ſit auſus ire: & agens contrarium, degradetur. Quod etiam ſi abſque corporis ſui inæquitate vigiliis defuerit, ſtipendio privatus, excommunicetur. Et quod ſi propter tentationes ab officio declinaverit aut negligentius egerit: & quod quilibet clericus quantumcunque verbo Dei eruditus, artificiolo victum & veſtitum ſibi acquirat: vel quod agriculturam abſque officij ſui dumtaxat detrimento præparet: & quod omnes clerici qui ad operandum validi ſunt artificiola & operas addiſcant. Quod clericus invidens fratrum profectibus, non promoveatur: & adulationibus & maledictionibus, & perditionibus ſerviens, degradetur. Quod litigioſus & diſcors & curribilis, & verborum turpium joculator, & inter epulas cantans, & per creaturas jurans, & aliis jejunantibus non jejunans, ſeditionarius, uſurarius, &

Clericus barbam non nutriat in quo concilium attendere debet: quia nũc clerici ob barbam non diſtinguntur à laicis del[e]tam.

Repellendi à clero hic ponuntur.

injuriarum ſuarum ultor: & qui publicam egit pœnitentiam, repellatur à clero. Et de prædictis capitulis multa ponuntur 46. diſt. clericus. cum 7. capp. ſequentibus. & 92. diſt. clericus. In dicto etiam conci. Carthaginen. 4. 36. capit. & in 22. capitul. concilij Niceni, & in decimoquinto capitu. ſecundi concilij Arelatenſis. & ſequentibus, fuit circa diaconos ordinatum, quod obedientiam preſbyteris exhiberent, & quod eis præſentibus euchariſtiam populo non traderent: quod ante eos non loquerentur nec ſederent, & quod alba induerentur tantummodo tempore oblationis vel lectionis. de quibus multa capitula ponuntur. 93. diſtincti. §. ut ex præmiſſis authoritatibus uſque ad §. compagis. & capp. præcedentibus & ſequentibus. In eodem etiam concil. 33. capi. & ſequentibus, fuit ordinatum qualiter preſbyteri ſuum exequerentur officium in propria eccleſia, & in aliena, & quod in ſedibus honorarentur ab epiſcopis intra cameram. Sed quod in eccleſia epiſcopus præferretur in ſede: & quod chriſma omni anno reciperent ab epiſcopo proprio. De quibus capp. multa ponuntur 95. diſt. preſbyteri. & c. epiſcopus. & quaſi per totum.

Diaconi hic attendãt.

De epiſcopis autem fuerunt multa ordinata, quæ infra ponuntur in tit. 28. de caſibus, &c. In concilio etiam Arelatenſi, 17. & 18. & 19. capp. fuit ſtatutum, quod diaconus ſine preſbytero, & preſbyter ſine epiſcopo nihil agerent, & quod unus epiſcopus alium non conculcaret, & in 18. c. primi concilij Elibertani continetur, quod ſi prædicti epiſcopi, preſbyteri vel diaconi detenti fuerint, quod ſint mœchati, propter

Diaconus nihil ſine preſbytero, nec presbyter ſine epiſcopo agat.

ſcandalum

Digitized by Google

ſcandalum & propter nefandum crimen in fine non recipient communionem.

Titulus XXXIII.

De clericis, ut cum ad pubertatem pervenerint, conjugium aut caſtitatem profiteantur, ne per eos de bonis eccleſiaſticis eruditos, poſtmodum eccleſia impugnetur.

IN 11. c. quarti concilij Carthaginen. fuit conſtitutum, quod lectores cum ad annos pubertatis pervenerint, cogantur aut uxores accipere, aut continentiam profiteri Et dictum concilium ſit conforme concilio Toletan. 2. c. 1. in quo ſtatutum fuit, quod illi qui à primis infantiæ eorum annis clericatus officio mancipantur, poſtquam 18. annum ætatis ſuæ compleverint, coram totius cleri & plebis conſpectu requirantur ab epiſcopo ſi nubere vel caſtitatem tenere & ſervare volunt: quod ſi caſte vivere elegerint, ſub eccleſiaſtica regula teneantur: ſi vero ex tunc contraxerint, quod tanquam ſacrilegi puniantur. 28. diſt. de his. & dicta concilia & conſimilia jura cum deliberatione magna fuerunt conſtituta, & ad hoc forte, ne per tales qui promoveri ad ſacros ordines non intendunt, conſumatur patrimonium Jeſu Chriſti, quod pauperibus tantum debetur. Et ſubtrahitur illis deſiderantibus promoveri, qui inde proficere poſſent: Videretur utile conſiderare, an expediret dicta jura ſervari, & provideri, quod illi qui de beneficiis eccleſiaſticis aluntur, non poſſent extunc ad nuptias convolare: potiſſime cum ple-

Patrimonium Chriſti tantum pauperibus debetur.

Digitized by Google

riſque mundi hujus partibus à talibus pluſquam à laicis Dei eccleſia impugnetur, & quia ſi intentionem promovendi non habent, non videtur quod ſaluis conſcientiis dicta beneficia valeant retinere. Et quod ad reſtitutionem receptorum fructuum teneantur. de elec. commiſſa. lib. 6. ubi etiam dicitur, quod illi qui talibus conferunt beneficia promotionem exigentia, quos non credunt promoveri, quod propter dictam quam incurrunt offenſam ſunt obligati ad eccleſiam conſervandam indemnem.

Vtinam ad votum authoris ſuccederet & per concilium ita concluderetur.

TITULUS XXXIV.

Vt primæ ſedis epiſcopus, princeps ſacerdotum, vel univerſalis eccleſiæ non appelletur.

ITem cum in 26. cap. 3. concilij Carthaginen. fuerit conſtitutum, ut primæ ſedis epiſcopus non appelletur princeps ſacerdotum, aut ſummus ſacerdos, aut aliquid hujuſmodi, ſed tantum primæ ſedis epiſcopus, & Greg. Eulogio Patriarchæ Alexandrino ſcribens, reprehendat eum: quia in literis directis ipſi Grego. vocaverat eum Papam univerſalem: & prohibebat quod hoc de cætero non fiat, dicens: quod prælatis ſubtrahitur quod eidem Papæ pluſquam non exigit, præbetur. Et quod honorem ſuum non deputat, in quo fratres ſuos honorem perdere conſiderat: quia honor ſuus, eſt honor univerſalis eccleſiæ, & fratrum ſuorum ſolidus vigor. Tunc ipſe honoratus eſt, cum ſingulis quibuſque honor debitus non negatur. Si autem univerſalis ſedes aliorum prælatorum eum dicit, negat ſe hoc eſſe,

Honor quando ſubtrahatur.

fatendo ipſum univerſum Papam. Quare vult idem Papa quod ceſſent talia verba; ne univerſalis vocetur: quæ verba veritatem inflant: & charitatem vulnerant. nonageſimanona diſtinctione, ecce. Ad prædicta facit quod admonendi ſunt ſubditi, ne pluſquam expediat ſint ſubjecti. Sicut idem Gregorius ait, ne cum ſtudent pluſquam neceſſe eſt hominibus ſubjici, compellantur eorum vitia venerari. ſecunda quæſtio. ſeptima. admonendi. Certum namque eſt quod illud quod uni attribuitur, alij ſubtrahitur, ſicut probari poteſt. 45. diſtinctione. diſciplina. 85. diſtin. Archidiaconum extra de reſcriptis. olim. in fine. ff. de judi. cum prætor facit. C. de caducis tollen. l. 1. §. ulti. C. de nup. imperialis. in principio. Ad idem etiam facit. Nam beatus Clemens & alij Romani pontifices etiam hactenus ſcribendo epiſcopis, præferebant eos ſibi, ſicut apparet in epiſtola 4. Clemen. 12. quæſt. 1. dilectiſſimis. & in epiſtola Damaſi ad Euſebium Cartaginen. epiſcopum, & in epiſtola Evariſti Papæ directa fratribus univerſis epiſcopis Aphricæ regionis. Et in epiſtola Alexandri Papæ directa omnibus epiſcopis per diverſas regiones conſtitutis. Et in epiſtola Sixti Papæ, qui ſe vocabat ſimiliter Romanæ urbis archiepiſcopum, directa fratribus chariſſimis & dilectiſſimis epiſcopis. Et in epiſtola Pij Papæ qui ſe ſimiliter dicebat apoſtolicæ ſedis archiepiſcopum, directa omnibus eccleſiis in eadem, in qua ſumus fide & doctrina, manentibus: & in epiſtola Soteri Papæ, directa dilectiſſimis fratribus epiſcopis per Italiæ provincias conſtitutis: & in epiſtola Zepherini urbis Romanæ archiepiſcopi, directa

Verba veritatem inflant & charitatem vulnerant.

Pa. olim ſe nominabat ut hic ponitur.

fratribus chariſſimis militantibus per Ægyptum. Et in epiſtola Calixti Papæ, directa chariſſimis atque dilectiſſimis fratribus per Deciſſæ atque Toletanæ provincias conſtitutis: in epiſtola Fabiani Papæ, directa dilectiſſimis ubique catholicæ comminiſtris. Et in epiſtola ejuſdem, directa Hilario epiſcopo. Et in epiſtola Cornelij Pap. directa chariſſimis atque dilectiſſimis ſanctæ Dei eccleſiæ filiis. Et in epiſtola Lucij Papæ, directa dilectiſſimis fratribus omnibus epiſcopis in partibus occidentalibus tam in Galliis quã Hiſpaniis conſiſtentibus. Et in litera Stephani Papæ, directa Hylario epiſcopo. Et in litera Sixti Papæ, directa dilectiſſimis fratribus per Hiſpaniarum provincias conſtitutis. Et in litera Felicis Papæ, directa Paterno epiſcopo, & etiam Berengario epiſcopo. Et in litera Anthiſiani Papæ, directa epiſcopis per Beticam provinciam conſtitutis: & in litera Gaii Papæ, directa Felici epiſcopo. Et in literis Marcelli Papæ, directis epiſcopis per orientales, & Antiochenas provincias conſtitutis. Et in literis Sicebij Papæ, directis epiſcopis per Gallicanas provincias, & per Campaniam provinciam & Tuſciam conſtitutis. Et in literis Melchiadis Papæ directis Benedicto & Laurentio, & cæteris epiſcopis Hiſpaniarum provinciarum. Ex quibus omnibus videretur modus aſſumendus, quod ſic Romana inſcribendo honoretur eccleſia, & quod aliis honor debitus nullus negaretur.

TITULUS XXXV.

Vt nulli in eccleſiis conviventur, nec placita teneantur in eis, & quod confratriæ in quibus tam clerici quam laici ſe ingurgitant, tollerentur: ſed daretur pauperibus quod expenderetur in eiſdem.

IN trigeſimoſecundo capitulo tertij conc. Carthaginenſis cum fuerit conſtitutum, quod nulli epiſcopi vel clerici in eccleſiis conviventur, niſi forte tranſeuntes hoſpitiorum neceſſitate illic reficiantur, & quod populi etiam ab hujuſmodi conviviis quantum fieri poteſt, prohibeantur, quadrageſima ſecunda diſtinctio. nulli. Et idem etiam prohibetur in concilio Laodicenſi. idem habetur ex dictis beati Auguſtini & Benedicti. eadem diſtinct. non oportet 1. & illis paleis ſignatis pro capitulis oratorium, & in oratorio, & placita in eis teneri non debeant, ut in generali concilio per Greg. celebrato de immunitate eccleſiæ. decet. lib. 6 nec confabulationes, nec negotiationes fieri ſicut multipliciter probatur idem, & quo ad eccleſias & cemiteria earundem, ſed pœna ſpiritualis quo ad contrarium attentantes non imponatur ibidem, ſed comminetur quo ad hoc dumtaxat, quod proceſſus & ſententiæ in dictis locis habiti & habitæ careant firmitate. Et prædicta jura & concilia divinis & humanis legibus conformia pleriſque mundi partibus non ſerventur. Videretur utile quod ſuper eorum obſervatione proviſio haberetur. Videretur inſuper utile, quod confratriæ in quibus

Digitized by Google

tam clerici quam laici ſe ingurgitant & comeſſationibus & ebrietati, & in multis diverſis tractatibus contra eorum ſuperiores vacant, reprobarentur. Et quod illud quod in eis expenditur, pauperibus diſtribueretur, vel expenderetur ad honorem illorum ſanctorum pro quorum veneratione confratriæ dedicantur ſupradictæ. Nec contrariatur concilium Gangren. 30. diſt. ſi quis per ſuperbiam. & quarente deux, diſt. ſi quis deſpicit. quia loquuntur cum quis per ſuperbiam deſpicit congregationes quæ fiunt in baſilicis ſanctorum vel convivia quæ pauperibus largiuntur: quæ intra eccleſias fieri non debent, nec miniſtri altaris partes à talibus confratribus recipere debent. 42. diſt. non oportet primo, & ſecundo & c. nulli.

TITULUS XXXVI.

Vt pœnitentibus juxta peccatorum ſuorum modum pœnitentia imponatur, & canones pœnitentiales ab omnibus obſerventur.

ETiam in 33. c. tertij concilij Carthaginen. fuit conſtitutum ut pœnitentibus ſecundum differentiam peccatorum epiſcopi arbitrio pœnitentiæ tempora decernantur. quod c. ponitur 26. q. 7. pœnitentibus, & idem habeatur ea. q. in capp. præcedentibus & ſubſequentibus. & de pœniten. diſt. 2. & c. facta. & de pœniten. diſt. 5. c. 1. cum ſequentibus. Et prædicta jura & conſimilia ut in ipſis juribus. de pœniten. diſt. 1. menſuram. ac in aliis notatur, intelligantur cum pœna non eſt expreſſa à jure: quia aliter ſe-

Digitized by Google

cundum Grego. falſas pœnitentias dicimus quæ non ſecundum authoritatem ſanctorum patrum pro qualitate criminis imponuntur. de pœniten. diſtinctione 5. falſas. & facit extra de offi. delega. de cauſis. cum ejus concor. Videretur utile quod canones pœnitentiales quos ſecundum beatum Augu. omnes ſacerdotes ſcire debent: & ſi ignorent, ſacerdotum nomen vix habere non merentur 38. diſt. quæ ipſis ſacerdotibus in unum redigerentur volumen, cujus copia & notitia ex neceſſitate ab omnibus curatis & aliis confeſſiones audientibus haberetur & ſciretur. Ad hunc finem ut cauſa debita pœnas ibi conſtitutas aggravare, mitigare & commutare valeant. ut 50. diſti. de his vero. & c. de his clericis. 34. di. fraternitatis: nihilominus tamen innoteſceret peccatoribus confitentibus dictas pœnas ut pœnitentias fuiſſe ſpiritus Sancti inſtinctu à ſanctis patribus & conciliis conſtitutas. 16. diſt. habeo librum 20. diſt. §. ibi plurimi. autem tractatorum ſicut pleniori gratia Spiritus ſancti: ita ampliori ſcientia aliis præcellentes rationi magis adhæſiſſe probentur.

Falſa pœnitētia dicitur quæ non ſecundum authoritatem ſanctorum patrū imponitur.

Canones pœnitentiales ſciāt ſacerdotes.

Ex hoc nempe ſequitur quod Hieronymus probat, quod nullus confitentium cui pœna indiceretur canonis pro crimine determinata, dubitaret peccatum ſuum ſceleratius eſſe commiſſum, quod videretur fuiſſe gravius vindicatum. 24. quæſt. 1. non afferamus. Nam & lex civilis dicit quod majora delicta, majoribus pœnis, minora vero delicta, minoribus pœnis ſunt punienda. Et in delicto æquali proximas eſſe pœnas. in auten. ut fratrum filij. collat. 9. 40. diſtincti. homo Chriſtianus.

Maiora delicta pœnis maioribus ſunt punienda.

Digitized by Google

TITULUS XXXVII.

De acquiſitis ab his qui eccleſiaſticum obtinent gradum, ut eccleſiis conferantur.

PRæterea in 50. & penult. ca. conci. 3. Agathen. fuit conſtitutum quod epiſcopi, presbyteri, diaconi, & quicunque clerici qui nihil habentes, ordinantur, & tempore epiſcopatus vel clericatus ſui, agros & quæcunque prædia nomine ſuo comparant, tanquam rerum dominicarum, invaſionis crimine teneantur, niſi admoniti eccleſiæ eadem ipſa contulerint. Si autem ipſis proprie aliquid liberalitate alicujus, vel ſucceſſione cognationis evenerit, faciant inde quod eorum propoſito congruerit. Quod ſi à ſuo propoſito retrorſum exorbitaverint, honore eccleſiaſtico indigni tanquam reprobi judicentur. Et cum prædictum concilium poſitum 12. quæſtio 3. placuit. conſors concilio Tole. ead. quæſt. quicunque & ead. cauſa. & quæſtio. 4. ſacerdotes. & conciliis Bracharen. & Maguntinen. ead. quæſti. quicunque. & cap. preſbyter. & concil. Agathenſe. 53. & 54. cap. Martini Papæ & canonibus apoſtolorum. ead. cauſa & quæſt. 1. epiſcopi de rebus. & cap. manifeſta & cap. ſi manifeſte. & jura conſimilia non ſerventur: nec fiat inventarium à dictis epiſcopis, in eorum promotione, ſecundum doctrinam Papæ Pelagij traditam 28. diſtin. de Syracuſanæ. Videtur penſandum, an expediret jura hujuſmodi obſervare: & in 5. c. 2. concilii Toleta. In quarto autem c. 9. concilii Toletan. continetur, quod

de conquiſitis per preſbyterum, fiat æqualis diviſio inter eccleſiam, & ejus hæredes, qui tamen nihil poſſunt abſque voluntate de bonis mortui epiſcopi uſurpare: ut in cap. ejuſdem Concilij. Poteſt tamen idem epiſcopus tertiam eccleſiaſticarum rerum ſibi, cum voluerit conferre, ſicut in 6. cap. dicti Concilij continetur. Providendum eſt inſuper quod dictæ perſonæ eccleſiaſticæ non ditarent, nec exaltarent, nec nobilitarent parentes ſuos de bonis eccleſiaſticis, & quod facta in contrarium, ut melius poſſent, corrigerentur.

Ditari non debent parentes de bonis eccleſiaſticis.

Titulus XXXVIII.

De aliquibus epiſcopos & prælatos contingentibus, quæ principaliter per omnia non obſervantur, & de ſtatu, & exceſſibus eorumdem: & ut pauperibus ſcholaribus, in ſcholis provideatur. Et quod prælati & aliæ perſonæ eccleſiaſticæ, ſicut jura præcipiunt, de juribus & rebus eccleſiaſticis ſpiritualibus nihil diſponere in judicio laicorum præſumant: nec propter eorum prohibitionem eccleſiaſticam dimitterent juſtitiam exercere. Et quod excommunicationis ſententia non fulminetur ſuperflue, victus & veſtitus familiæ eorum provideatur.

Cum conſtitutum etiam fuerit in III. Concilij Carthaginenſis cap. 14. 15. & ſequentibus, quod epiſcopus vilem ſupellectilem & menſam ac victum pauperem habeat, & dignitatis ſuæ authoritatem fidei & vitæ meritis quærat, & quod hoſpitiolum non longe ab eccleſia habeat,

quæ cap. ponuntur 41. diſtin. epiſcopus, & in 16. capi. ejuſdem Concilij contineatur, quod epiſcopus indigentium curam per preſbyteros & diaconos agat, & in 18. cap. ejuſdem Concilij ſtatuatur, quod epiſcopus tuitionem teſtamentorum non ſuſcipiat, & in 19. quod epiſcopi pro rebus ſecularibus non litigent, & in 20. cap. quod epiſcopus tantum divinis vacet. Quæ capitula pro majori parte 88. diſtincti. epiſcopus. 1. & 11. Et in 22. & in 5. & 6. 57. 31. 33. & 6. & 5. capitulis ejuſdem conci. continetur, quod epiſcopus ſine teſtimonio clericorum & plebis, clericos non inſtituat: & quod cauſas clericis præſentibus audiat. Et quando prædicat, nullus diſcedat, alioquin excommunicetur. Et quod epiſcopos diſſidentes ſynodus reconciliet, & quod de loco ignobili ad nobilem, per ambitionem non tranſeat: & quod rebus eccleſiæ tanquam commendatis, non tanquam propriis utatur. Et quod epiſcopus ſedens in aliquo loco, ſtare preſbyterum non patiatur. Et quod licet in eccleſia in conſpectu preſbyterorum ſit ſublimior, intra domum collegam ſe preſbyterorum agnoſcat. Quæ capitula ſunt aliis juribus & Conciliis conſona. 90. diſtin. cap. 1. & cap. diſcedentes. 95. diſtin. olim, & cap. epiſcopus, & cap. epiſcopus. 1. & 3. & 7. quæſt. 1. placuit, ut nemini facultas ſit, cum 200. præcedentibus & ſequentibus. 15. qu. 7. epiſcopus nullus cauſam audiat, cum præcedentibus & ſequentibus.

Epiſcopus circa preſbyteros.

Et cum ſupradicta jura non ſerventur, nec etiam conſimilia, videretur ſuper hoc providendum, & ſuper conſimilibus, ut eſt v. cap. v. conci. Carthaginenſ. in quo ſtatutum eſt, ut nulli

epiſcopo ſit facultas, relicta principali cathedra, ad aliquam eccleſiam, in diœceſi conſtitutam, ſe conferre, vel in re propria diutius quam oporteat conſtitutum, curam vel frequentationem propriæ cathedræ negligere. 7. quæſt. 1. placuit. 1. In quo etiam concordat Nicenum Concilium, dum in eo prohibetur, epiſcopis & reliquis clericis migrare de civitate in civitatem. Et Grego. qui ſtatuit, quod in monaſterio deputaretur epiſcopus, qui in eccleſia ſua reſidere contemnit. 7. quæſt. 1. non oportet, & cap. pervenit, & ſicut eſt Concilium Carthaginenſe. 3. & 22. cap. in quo conſtitutum eſt, quod plebes alienas non uſurpent. 11. quæſt. 1. placuit 11. Et 23. cap. ejuſdem Concilij, ut. ſc. alienos clericos non auderent retinere, vel etiam ordinare. 71. diſt. de aliena, cum cap. præcedentibus & ſubſequentibus. Et cap. 30. ejuſdem conci. ut ſine licentia Metropolitani, longe non proficiſcantur, & 48. ut facti epiſcopi ſolum illam diœce. retineant, ad quam fuerunt ordinati. Et ſicut eſt illud Concilij Agathenſis 7. cap. 1. ſi quis in clero, ut ſ. diebus ſolemnibus nativitatis Domini, Epiphaniæ, Paſchæ, & Pentecoſtes ipſi & alij de clero ab eccleſia non abſentent: & quod dictis diebus extra parochiales eccleſias miſſæ in oratoriis privatis cum altari portabili non dicantur, de conſecratione diſt. 1. ſi quis etiam extra. Et ſicut eſt illud Anacleti Papæ de conſecratione, diſt. 1. epiſcopus Deo ſacrificans, teſtem ſecum habeat. In ſolemnibus quippe diebus, aut ſeptem, aut quinque aut tres diaconos, ſubdiaconos, & reliquos miniſtros & ſacerdotes ſecum habeat. Et illud Lucij Pap. eadem diſtin. inhibemus, quod in omni loco epiſcopum non

Quibus diebus epiſcopi non debeant ſe abſentare.

deſerant duo preſbyteri & tres diaconi, propter eccleſiaſticum teſtimonium, & ſicut eſt illud Grego. in generali ſynodo. Cum paſtoris vita in exemplum debeat eſſe diſcipulis, plerunque clerici qualis in ſecreto ſit vita ſui pontificis, neſciunt: quam tamen ſeculares pueri & ſervientes ſciunt. de qua re, præſenti decreto conſtituimus, ut quidam ex clericis vel etiam ex monachis electi in miniſterio cubiculi pontificali obſequantur: ut is qui in loco regiminis eſt, & tales habeat teſtes, qui veram ejus in ſecreto converſationem videant, & ex ſedula viſione, exemplum profectus ſumant. Et idem Virgilio epiſcopo, eadem diſtin. pervenit, quod epiſcopi ſuos & diſſolutos, in ſua ſocietate non retineant. Et illud Paſchalis Papæ, eadem quæſtio. 1. capit. ultim. quod ſi ipſi epiſcopi lectioni & orationi vacarent: & in hoc Moyſem & Aaron imitentur, trigeſimaſexta diſtinctio. ſi quis. Et illud quod illi epiſcopi qui impotentes ſunt, ſibi petant coadjutores dari. ſeptima quæſtio. prima. petiſti. & capit. quia. & decimaquinta quæſtion. ſexta. alius. & illud Gelaſij Papæ, vigeſimatertia quæſtione octava. quo auſu. & ſequentibus. quod ſine authoritate Papali, vel Concilij provincialis, ad comitatus regales non accedant. Non enim in epiſcopos inunguntur, niſi ut procuratores animarum & diſtributores ſpiritualium exiſtant. undecima quæſtio. 1. §. ex his omnibus. & ut docti alios doceant. 86. diſt. per totum. & ut viduis, & orphanis, & oppreſſis eorum præſidium implorantibus, ſuum patrocinium largiantur. 86. diſtin. per totum. & in eis vita & doctrina concordent, & lectioni, orationi, & prædi-

Paſtoris vita debet eſſe exēplum diſcipulis.

Non inungā-tur in epiſcopos niſi ſpiritualium diſtributores.

cationi vacent. 43. diſtin. §. 1. 86. diſtin. fratrem. & 88. diſtin. epiſcopus nullam. Et ut vigilanter & ſollicite populos ſibi creditos regant. ea. diſt. rationis. 7. quæſt. 1. ſuggeſtum. & 11. capp. ſeq. Et ut res eccleſiaſticas habeant, regant non ad diſſipandum, ſed ad diſpenſandum. 12. quæſt. 1. epiſcopus. & cap. expedit. & c. res eccleſiaſticæ, cum duobus ſequen. & de eis hoſpitales exiſtant. 49. diſtin. §. hoſpitalium. & de ipſis rebus eccleſiæ primum ſibi, poſtea miniſtris, & demum aliis fidelibus provideant. 12. quæſt. 1. nulli epiſcoporum. & quod eas in ſuam aut ſuorum proprietatem non convertant. 12. quæſt. 1. epiſcopus. & c. res eccleſiaſticæ. & in 7. cap. Concilij Agathenſis, quod de ipſis rebus eccleſiaſticis & earum diſpenſatione rationem audiant. 10. quæſt. 3. c. 1. & quod eas non alienent. de his quæ fi. à præla. ſine conſ. cap. novit. Quod eccleſiæ deteriorem conditionem non faciant, extra de in integ. reſti. cap. 1. quod provideant de perſonis, per quas eorum ſubditis prædicetur. extra de offi. ordi. cap. inter te. & cap. quoniam. Quod ordinent ut in eccleſiis eorum cathedralibus & baptiſmalibus ſint magiſtri, qui gratis ſcholares pauperes doceant: & pro docendi licentia nihil exigant, ſicut provide fuit conſtitutum in Concilio Lateranenſi extra de magiſtris. cap. 1. Et per Innoc. 3. in Concilio generali eo. tit. quia nonnulli: quæquidem ſtatuta eſſet perquam utile obſervari, & etiam in hoc videretur utile ampliari, ut decima pars omnium beneficiorum eccleſiaſticorum, ſecularium & regularium aſſignaretur pauperibus ſcholaribus in ſingulis facultatibus ſtudentibus in ſtudio generali: per quos Dei poſ-

Diſtributio bonorum eccleſiæ fiat ut hic dicitur.

Quæ eccleſiæ prælatos deceat facere.

Decima pars beneficiorum aſſignanda pauperibus ſcolaribus.

ſet illuminari eccleſia: qui in ea (prout Dan. 12. legitur, & eo. tit. ſuper ſpecula.) velut ſplendor fulgerent firmamenti. Ex quibus poſſet poſtmodum copia doctorum, qui velut ſtellæ in perpetuam æternitatem, manſuri, ad juſtitiam plurimos erudirent. Et poſſent de eruditis & nutritis ordinari qui in civitatibus & diœceſibus & monaſteriis, de quorum bonis & beneficiis nutriti & inſtructi fuiſſent, Domino famulentur: juxta illa capp. 61. diſt. nullus. & c. enutritis. 70. diſt. clericos. & prout plenius dictum eſt ſupra, in 15. titu. hujus ſecundæ partis.

Hic ponuntur prælatorum exceſſus.

Sane cum dicti epiſcopi & prælati ſint in loco apoſtolorum, ut 72. diſtinctione quorum vices. & 21. diſtinctione in novo. reprehenduntur ab Hieronymo: non ſolum ſi ſermones eorum non imitantur, ſed etiam converſationem & abſtinentiam. 35. diſtinctione eccleſiæ. Unde deberent curare, quod in eis non eſſent illi defectus, de quibus dictum eſt ſupra in 32. titulo hujus ſecundæ partis. Et quod præcaverent ſibi ne eorum ſubditos talliis & aggravationibus aggravarent: & ne per parochias & eccleſias ſuas crudeliter deſævirẽt, & ne rectores in procuratoribus gravarent: ne victum longi temporis brevis hora conſumat. ſicut habetur ex Concilio Lateranenſi extra de cenſi. cum apoſtolus. 10. quæſt. 3. quia cognovimus, cum quatuor cap. ſequentibus. 18. diſtin. quoniam quidem. de cenſibus. ea. quæ. de privilegiis. cum ad quorumdam. de immuni. eccle. quia plerique. manus nanque ſuas deberent ſervare innoxias: nullumque lucrum contingere. in autent. de manda. princi. §. 1. colla. 3. de collatoribus. §.

Digitized by Google

quoque. colla. 9. C. de ſuperindicto. l. 1. libr. 10. ff. de dam. infect. ex damni. Cavere etiam ſibi deberent ne excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti ſententias injuſte & juris ordine non ſervato, & ſine cauſa legitima vel ex odij fomite proferant. de exceſſibus præla. cap. 1. de appellatio. reprehenſibilis. de accuſati. qualiter. 11. §. 1. ad finem. 11. quæſt. 1. nemo. 11. quæſt. 3. §. ſi ergo. & §. cum ergo. & cap. nemo quorum. & ſequenti. ubi inter cætera continetur, quod ex levi cauſa non deberent hujuſmodi ſententias fulminare: nec etiam ex injuſta, cum hoc parum referat utrum juſta cauſa ſit vel injuſta. ff. de authorita. tuto. nulla differentia. quæ tamen male ſervantur in eccleſia Dei, cum pro ſex denariis in multis partibus dictæ ſententiæ proferantur.

Cenſura non feſantur injuſte.

Inſuper provideri debet cum dicta ſententia ſit mucro epiſcopalis, qui ſæpius hebetatur vel frangitur, cum de eo paſſim & indiſtincte percutitur. xv. qu. ii. viſis, & ſit talis pœna dicta excommunicatio, qua nulla major eſt in eccleſia, ſicut ait Auguſtinus. 24. quæſt. 3. corripiantur. Unde cum pœna debeat proportionari delicto. 24. q. 3. non afferamus, in fin. nec ſit excommunicandus quis, niſi pro mortali peccato: cum anathema ſit æternæ mortis damnatio, nec ſit infligenda niſi illis qui aliter corrigi non poſſunt, ſicut habetur in Concilio Meldenſi, & in dicto c. nemo epiſcoporum, nullus ſacerdotum quenquam hominem rectæ fidei pro parvis & levibus cauſis excommunicare habeat, ſicut dicitur in Concilio Agathenenſi cap. 3. & in Concilio Alvernenſi. 11. quæſt. 3. epiſcopi, & cap. nullus

Mucro epiſcopalis dicitur ſententia excommunicationis.

Digitized by Google

ſacerdotum, quod minime obſervatur in Romana eccleſia: in qua & à cujus delegatis contra prælatos & alios pro minimo ſententiæ fulminantur, contra decretalem illam Alexandri 4. de officio delegiat. quia pontificali, & hoc non injuſte Dei judicio: ut in quo ipſi prælati & eorum curiæ delinquunt & in hoc etiam puniantur 13. q. 1. §. his. 1. quæſt. 1. §. ex his, ut qui ſtulti ſunt in culpa, ſapientes efficiantur in pœna, ſecundum dictum Grego. in moral. 38. diſtin. qui ea. Item debent ſibi cavere dicti prælati ne nimium rigidi vel nimium remiſſi exiſtant. 40. diſt. diſciplina, nec ſine compaſſione puniant. 46. diſt. habet hoc, & ne propter prædicationem ſuperbiant, ut ibidem, nec indignos promoveant. 23. diſtin. tales. 49. diſtin. per totum. 61. diſt. 61. diſt. per totum: item ne exquirant nimis delicata cibaria. 12. quæſt. 21. Gloria epiſcopi. 35. diſt. eccleſiæ, nam venter cui coquorum multitudo deſervit, ædificia virtutum ad ſolum redigit, & venter mero æſtuans, cito deſpumat in libidinem, ſicut Hierony. ait. 35. diſtin. venter. 44. diſt. §. 1. Unde videretur quod circa ſuperfluitatem cibariorum, & etiam circa ſuperfluitatem ornamentorum, & veſtium ac familiarum, provideri haberet, ita ut nec ſordidis, nec nimiis ac fulgidis veſtibus ſe ornarent, ut enim ait Hieronymus, nec affectatæ ſordes, nec exquiſitæ delitiæ laudem pariunt: quod tam de veſtimentis quam de cibis intelligendum eſt, ſicut plenè probatur. 41. diſt. §. 1. cum cap. ſequentibus. & 21. quæſt. 4. per totum. nam qui mollibus veſtiuntur in domibus regum ſunt: ut ea. quæſt. cap. 1. unde dicti epiſcopi & prælati non deberent incedere ſine rochetis,

Mala ex ventre impugnato procedentia.

chetis, nec ipſi & preſbyteri ſine veſtibus eorum ordinibus congruentibus. ea. quæſt. nullus. cum tribus c. ſeq. Item debent ſibi cavere dicti prælati, ne redditus diminuant ſubditorum, nec decurtent privilegia eorundem. de privile. cap. 1. & cap. ad hæc. ne ſede vacante. cap. 1. de exceſſi. prælato. dilecti. &c. ſanè. Ad hanc rubricam de epiſcopis, faciunt & adduci poſſunt illa quæ poſita ſunt ſuprà in 1. titu. & in 3 & in 4. primæ partis. & in multis tit. hujus ſecundæ partis, ſcilicet in 1. 2. 3. 7. 8. 11. 13. 15. 16. 17. 18. 20. 22. 23. 24. 27. 28. 29. 30. 33. 35. & 37. Quæ poſſunt ad ea quæ tangunt prælatos & epiſcopos & quæ in eis correctione & reformatioue indigent, adaptari. Ad prædictorum etiam epiſcoporum officium pertinet, & pauperibus ut infirmis qui debilitate faciente, non poſſunt ſuis manibus laborare, victum & veſtitum in quantum poſſibilitas habuerit, largiantur. ſicut habetur in 12. cap. Conci Aurelianenſ. & quod de his quæ oblatione fidelium in altario conferuntur, medietatem ſibi vendicent, & medietatem clero diſpenſent. Et quod de his quæ parochiis & aliis offeruntur ſervent antiquos canones, & quod in eorum remaneant poteſtate, ſicut in 10. & 11. cap. dict. Conci. Aurelianenſis continetur. Et quod diebus dominicis niſi infirmitate impediti eccleſiis quibus proximi fuerint, deeſſe non debeant: ſicut in ulti. cap. dict. Concilij continetur. & de conſe. diſt. 3. epiſcopus ſi infirmitate. Et cum prædictis concordant etiam alia Concilia & jura. 10. quæſt. 1. & 1. quæſt. 2. & 3. & 12. quæſt. 1. & in multis cap. quæ hodie non ſervantur. ſicut eſt 4. cap. 18. cap. & 7. Concilij Toletani

Inceſſus prælatorum cũ rochetis ſit.

Prælati circa pauperes attendant.

Digitized by Google

poſitis 10. quæſt. 3. inter cætera, ubi excommunicationes epiſcopis Galliæ, de quibus ſpecialiter conquerebantur ſubditi, propter rapacitatem eorum prohibentur. Contra omnes autem ſe ingurgitantes invehitur diſputatio ſeptimi Concilij Tole. In Concilio autem Aurelianenſi ſtatuitur: epiſcopus, ſi infirmitate non fuerit impeditus, eccleſiæ cui proximus fuerit die dominico deeſſe non debet. & ponitur dictum cap. de conſecra. diſt. 3. epiſcopus. Secundum etiam 4. Conci. Carthaginenſe epiſcopus vilem ſupellectilem & menſam & victum pauperem, & hoſpitiolum non longè ab eccleſia habere debet: & dignitatis ſuæ authoritatem fidei & vitæ meritis quærere. 41. diſt. epiſcopus. Verum cum in regno Siciliæ & in multis aliis mundi partibus ſint epiſcopi adeò pauperes, quod vix unum equum & unum ſervitorem ſecum tenere poſſint, & ex hoc vileſcat apud vulgus conditio eorumdem, videretur ſuper hoc providendum. Cum etiam in multis diœceſibus ſint aliquæ eccleſiæ & aliqui prioratus temporalem juriſdictionem habentes, quam per ſeipſos regere & defenſare non poſſunt, & ſic in eccleſiaſticum præjudicium deperit & ad poteſtatem devenit laicorum eccleſiæ oppido infeſtorum. Videtur ſuper hoc providendum, quod prælati & aliæ perſonæ ſicut jura præcipiunt, de juribus & rebus eccleſiaſticis ſpiritualibus nihil diſponere in judicio laicorum, nec propter eorum prohibitionem eccleſiaſticam dimitterent juſtitiam exercere ſecundum ſyno. Eugen. Pa. de jud. decernimus.

Circa epiſcopos pauperes attendatur.

Digitized by Google

TITULUS XXXIX.

De oblationibus diſcordantium & opprimentium pauperes, & aliquorum aliorum non recipiendis in eccleſia.

ITem in 93. & 94. cap. 3. Concilii Carthaginenſis poſitis 90. diſtinct. continetur, quod oblationes defendentium fratrum neque in ſacrario, neque in gazophilacio recipiantur. Et quod conſimiliter dona eorum qui pauperes opprimunt à ſacerdotibus refutentur. Et idem ſtatuit Nicolaus Papa de repudiandis oblationibus ſacrilegorum, & invaſoribus, & deprædatoribus rerum eccleſiaſticarum. 12. quæſtione 2. de viro. Et idem ſcribat Auguſt. in 1. epiſtola ad Bonifacium cap. 1. de illo qui per violentiam extraxit de eccleſia ſervum ſuum, qui confugerat ad eandem 17. quæſtio. 4. minori. Et idem ſcribat dictus Auguſt. ad Macedonium de officialibus qui contra jus ſocietatis humanæ furtis, rapinis, calumniis, invaſionibus & oppreſſionibus aliqua abſtulerint, quæ Zachæi publicani exemplo reddenda ſunt potius quam donanda. 14. quæſt. 5. non ſane. in fine. Et idem dicatur per prædictum Auguſtinum de electionibus non faciendis ex favore vel uſuris, nec ex quolibet male acquiſito: ut de alea, ludo, & hiſtrionatu, de ſymonia, de meretricio, raptu & conſimilibus: ut 14. quæſt. 5. cap. 1. cum ſequentibus. & 1. quæſt. 1. non putanda. extra de raptoribus ſuper eod. de uſuris. quia in omnibus. de conſecra. diſtin. 4. eos. & dicta jura & alia in gloſſis in dictis locis poſitis

Digitized by Google

ſignata non ſeruentur, & hoc avaritiæ & turpi lucro aſcribatur. Et exinde honeſtas eccleſiæ deformetur, videretur eſſe ſuper hoc prouidendum veriſſimè, potiſſimè cum à religioſis de Ordine paupertatis frequenter uſurariorum funera præ cæteris honorentur.

TITULUS XL.

De defenſoribus eccleſiarum à principibus poſtulandis.

ETiam in 10. cap. 4. Concilij Carthaginenſis fuit conſtitutum ut ab Imperatoribus poſtulentur defenſores eccleſiis, per quos eccleſia defenſetur, cum proviſione epiſcoporum adverſus potentias divitum, à quibus quidem divitibus ipſa eccleſia & pauperes, quorum defenſio ad eccleſiam pertinet, affliguntur. Et iſtud ſit ſatis conſonum aliis juribus: ut 10. diſt. ſi in adjutorium. cum beatus apoſtolus (ut ibidem habetur) & Actuum 22. adverſus injurioſos auxilium imperiale invocaverit. Et Imperatores, reges, & principes à Deo fuerint conſtituti, ut ipſam eccleſiam ejuſque miniſtros debeant defenſare. 23. quæſt. v. principes. & cap. regum. & cap. adminiſtratores. & quæſt. 4. c. nimium ſunt inquieti. uſque in finem quæſtionis. & dicti defenſores eſſent modernis temporibus eccleſiis & perſonis eccleſiaſticis perquam neceſſarij, quia indebitè ab eis, & ab aliis pluribus affliguntur. Videretur providendum ſi eſſet utile hujuſmodi defenſores ab univerſis principibus per eccleſiã poſtulari: Cùm perſonæ eccleſiaſticæ ex quadam ne-

Principes conſtituti ſunt ad eccleſ. & eius miniſtrorum defenſionem.

ceſſitate habeant hodie plus cæteris in curiis principum litigare. Idem etiam fuit ſtatutum in 16. cap. Conc. Millevitani, ut ſcilicet pro cauſis eccleſiarum advocati à principe poſtulentur.

TITULUS XLI.

De conſecratione & congregatione concilij generalis.

EQuidem in 8. cap. Concilij Millevitani ſub Imperatoribus Arcadio & Honorio celebrati, fuit conſtitutum, quod cauſæ eccleſiaſticæ quæ communes non ſunt toti eccleſiæ Affricanæ, in ſuis provinciis judicentur, & quod illis qui communes ſunt, generalis ſynodus convocetur. Videtur utile, quòd prædictum Concilium per Romanam eccleſiam ſervaretur quandocumque jura condenda ſunt, cum dicta jura pro tangentibus communem utilitatem ſint edenda. 4. diſt. §. 1. & cap. factæ. &c. erit. Et quod idem ſervaretur quandocunque aliquid eſſet ordinandum de tangentibus communem ſtatum eccleſiæ, vel jus novum condendum. Cùm illud quod omnes tangit, ab omnibus approbari debeat. 65. diſt. cap. 1. 2. & 3. 66. diſt. cap. 1. Sanè in 2. Conc. Arelatenſi, cap. 17. continetur quod ad Arelatenſis epiſcopi arbitrium ſynodus eſt congreganda. Ad quam urbem ex omnibus mundi partibus prælatis venientibus ſub S. Martini tempore legimus Concilium celebratum fuiſſe. Veruntamen 17. di. §. 1. cum capit. ſequenti. Marcellus, Julius, Damaſus, Gregorius, Pelagius & Symachus Papæ ſcribunt hæc ad Romanam eccleſiam pertinere.

Ius novum non condetur, niſi ij quos tangit vocentur.

TITULUS XLII.

De præſidibus reipub. ut ſine licentia epiſcoporum non communicent.

ITem in 7. cap. Conci. Arelatenſis fuit conſtitutum de præſidibus qui fideles ad præſidatum proſiliunt, ut cum promoti fuerint literas accipiant eccleſiaſticas communicatorias : ita tamẽ ut in quibuſcũque locis geſſerint, ab epiſcopis ejuſdem loci, cura de illis agatur : ut cum cœperint cum diſciplina publica agere, ſcilicet contra eccleſiam, tunc demum à communione excludantur. Et quod ſimiliter fiat de his qui rempub. agere volunt. Videretur penſandum propter moleſtiam quam officiales reipubl. ingerunt hodie eccleſiæ, ſi dictum Concilium poſſet vel expediret revocari. In vi. verò cap. Concilij Elibertani ſtatuitur, quod illo anno quo magiſtratus gerunt, non communicent.

TITULUS XLIII.

De exequiis epiſcoporum & prælatorum à convicino prælato peragendis, & cura ejus eccleſiæ ſuſcipienda.

COnſequenter, in 4. & v. cap. Concilij Regien. fuit conſtitutum, quod cùm eccleſia epiſcopo caruerit, quod immediatè vicinæ eccleſiæ epiſcopus ad exequias pro eo celebrandas accedat, & quod ſtatum prædictæ eccleſiæ vocantis diſtrictiſſimè gerat, ne ante ordinationem al-

Digitized by Google

terius propter diſcordiam eligentium aliqua novitas vel ſubverſio eveniat. Et quod per dictum epiſcopum inſpectio & deſcriptio omnium rerum epiſcopalium fiat: cæteri vero epiſcopi ſine metropolitani licentia non accedant vacationis tempore: nec etiam alij, ne ſe electioni de ſe celebrandæ ingerere videantur. Conſiderandum eſt, an expedit ſtatuta hujuſmodi renovari: cùm honeſtatem eccleſiarum & utilitatem concernere videantur. In 12. etiam c. Concilij Terraconen. ſtatutum eſt, quod ubicunque epiſcopus inteſtatus decedat, de omnibus utenſilibus & ſupellectilibus & aliis à preſbyteris & diaconibus inventarium fiat: & ſi quid de eis ſubrepſerint, quod furti teneantur. & concordat de electio. quia ſæpe. de offic. ordi. præſenti. lib. 6. & in ulti. cap. Conci. Hilerden. & in 2. 3. & 4. cap. Concil. Valentini, & in 3. & 7. cap. Conci. Tolet. In 9. autem cap. 11. Concilij Toletani habetur, quod ſi epiſcopus ſacerdotem tumulaverit, cum etiam locuples fuerit, quod non recipiat ultra unam libram auri: & ſi non ſit locuples, quod non recipiat ultra dimidiam, niſi aliqua ornamenta offerantur eidem.

TITULUS XLIV.

De miniſtris, ne ſine chriſmate proficiſcantur.

IN primo c. Concilij Auraſicani, fuit conſtitutum quod nullus miniſtrorum qui baptizandi ſumit officium, ſine chriſmate unquam debeat progredi: quia baptizandi habent criſmari. Conſiderandum eſt an expediat dictum Concilium

Digitized by Google

obſervari, propter periculum quod imminere poteſt baptizandis in parochiis diffuſis, & in montanis in quibus gentes habitant longe ab eccleſiis: & in regionibus, in quibus Judæi & Pagani una cum catholicis converſantur. Ne ſecundum Grego. dum adhuc ad præbendum miniſterium redemptionis tempus quæritur, interveniente paululum mora inveniri non valeat qui redimatur. v. diſtin. baptizari.

TITULUS XLV.

De immunitate eccleſiarum ſubtrahenda his qui ad eas confugiunt ſi homicidæ voluntarij fuerint, vel pro debitis fugerint, vel in tali caſu in quo degradati tradi curiæ ſeculari deberent: & quod perſonæ eccleſiaſticæ per iudicum induſtriam & inſidias homicidium committentes degradentur.

LEgimus in 5. & 6. cap. Conci. Arauſi. contineri eos qui ad eccleſiam fugerunt tradi non debere, ſed ob loci ſancti reverentiam defendi. & ex hoc & aliis Conci. & c. conſimilibus poſitis 17. quæſt. 4. miror. & c. reum cum ſubſequen. & extra de immu. eccle. quaſi per totum, eccleſia defendat non ſolùm reos ſanguinis de quibus defendendis loquitur Greg. 23. quæſtione. v. reos. & dicto capi. reum. Et pro majori parte jura de hoc agentia, verumetiam alios. Et proviſio Gelaſij Papæ, ut ſervi ad eccleſiam fugientes, ad defraudandum dominos ſuos, poſt præſtitam ſecuritatem à domino de impunitate eorundem, de eccleſia extrahantur inviti. Et

Digitized by Google

quod idem fiat de fugitivis à quibus rationes petuntur decima-ſeptima quæſt. quarta. §. verum. & capi. metuentes &c. uxor felicis. hodie communiter non ſerventur, nec lex illa. C. de his qui ad eccleſiam confugiunt. præſenti. §. ſi ſervus. & de immunitate eccleſiarum. inter alia. §. ult. Quinimo eccleſia defendat paſſim quoſcunque ad ipſam pro debitis fugientes, ne infra eccleſiam tales intra fines immunitatis repræſententur judicibus, nec eccleſia reddat bona talium quæ aliquando habet, ſicut tenetur facere ſecundum dictam legem præſenti. & §. ſequentibus. & propter præmiſſa aliquando domini temporales excedentes limites ſuos, infringunt dictam immunitatem eccleſiaſticam, quo ad illos qui fuerunt per eccleſiam defendendi, videretur ſuper hoc providendum. Et inſuper de homicidis perpetrantibus homicidia prope cemiteria, vel eccleſias, vel longè ab ipſis, & ad ipſam eccleſiam confugientibus, quod nullo modo per eccleſiam defendantur; quamquam prætendant quod non intendebant per eccleſiam liberari, & quod erant aliàs commiſſuri: Eſto quod in eccleſiam non confugiſſent. Nam cùm dictum crimen homicidii ſit enorme, nec poſſit eſſe enormius, conſiderata pretioſitate animæ, quæ ex morte ſubitò illata corpori, niſi gratia divina proſpexerit, morte perire poteſt. extra de homici. pro humani. 24. quæſti. 3. ſi habes. prope finem. videretur enim quod expediret omne homicidium cum deliberatione perpetratum cum enormibus criminibus computari. Cùm ſcriptum ſit in Exo. 21. b. ſi quis per induſtriam occidit proximum ſuum & per inſidias, ab altari meo evelles eum

Homicidium cum deliberatione perpetratum.

poſitis 10. quæſt. 3. inter cætera, ubi excommunicationes epiſcopis Galliæ, de quibus ſpecialiter conquerebantur ſubditi, propter rapacitatem eorum prohibentur. Contra omnes autem ſe ingurgitantes invehitur diſputatio ſeptimi Concilij Tole. In Concilio autem Aurelianenſi ſtatuitur: epiſcopus, ſi infirmitate non fuerit impeditus, eccleſiæ cui proximus fuerit die dominico deeſſe non debet. & ponitur dictum cap. de conſecra. diſt. 3. epiſcopus. Secundum etiam 4. Conci. Carthaginenſe epiſcopus vilem ſupellectilem & menſam & victum pauperem, & hoſpitiolum non longè ab eccleſia habere debet: & dignitatis ſuæ authoritatem fidei & vitæ meritis quærere. 41. diſt. epiſcopus. Verum cum in regno Siciliæ & in multis aliis mundi partibus ſint epiſcopi adeò pauperes, quod vix unum equum & unum ſervitorem ſecum tenere poſſint, & ex hoc vileſcat apud vulgus conditio eorumdem, videretur ſuper hoc providendum. Cum etiam in multis diœceſibus ſint aliquæ eccleſiæ & aliqui prioratus temporalem juriſdictionem habentes, quam per ſeipſos regere & defenſare non poſſunt, & ſic in eccleſiaſticum præjudicium deperit & ad poteſtatem devenit laicorum eccleſiæ oppido infeſtorum. Videtur ſuper hoc providendum, quod prælati & aliæ perſonæ ſicut jura præcipiunt, de juribus & rebus eccleſiaſticis ſpiritualibus nihil diſponere in judicio laicorum, nec propter eorum prohibitionem eccleſiaſticam dimitterent juſtitiam exercere ſecundum ſyno. Eugen. Pa. de jud. decernimus.

Circa epiſcopos pauperes attendatur.

TITULUS XXXIX.

De oblationibus diſcordantium & opprimentium pauperes, & aliquorum aliorum non recipiendis in eccleſia.

ITem in 93. & 94. cap. 3. Concilii Carthaginenſis poſitis 90. diſtinct. continetur, quod oblationes defendentium fratrum neque in ſacrario, neque in gazophilacio recipiantur. Et quod conſimiliter dona eorum qui pauperes opprimunt a ſacerdotibus refutentur. Et idem ſtatuit Nicolaus Papa de repudiandis oblationibus ſacrilegorum, & invaſoribus, & deprædatoribus rerum eccleſiaſticarum. 12. quæſtione 2. de viro. Et idem ſcribat Auguſt. in 1. epiſtola ad Bonifacium cap. 1. de illo qui per violentiam extraxit de eccleſia ſervum ſuum, qui confugerat ad eandem 17. quæſtio. 4. minori. Et idem ſcribat dictus Auguſt. ad Macedonium de officialibus qui contra jus ſocietatis humanæ furtis, rapinis, calumniis, invaſionibus & oppreſſionibus aliqua abſtulerint, quæ Zachæi publicani exemplo reddenda ſunt potius quam donanda. 14. quæſt. 5. non ſane. in fine. Et idem dicatur per prædictum Auguſtinum de electionibus non faciendis ex favore vel uſuris, nec ex quolibet male acquiſito: ut de alea, ludo, & hiſtrionatu, de ſymonia, de meretricio, raptu & conſimilibus: ut 14. quæſt. 5. cap. 1. cum ſequentibus. & 1. quæſt. 1. non putanda. extra de raptoribus ſuper eod. de uſuris. quia in omnibus. de conſecra. diſtin. 4. eos. & dicta jura & alia in gloſſis in dictis locis poſitis

Digitized by Google

ſignata non ſeruentur, & hoc avaritiæ & turpi lucro aſcribatur. Et exinde honeſtas eccleſiæ deformetur, videretur eſſe ſuper hoc prouidendum veriſſimè, potiſſimè cum à religioſis de Ordine paupertatis frequenter uſurariorum funera præ cæteris honorentur.

TITULUS XL.

De defenſoribus eccleſiarum à principibus poſtulandis.

ETiam in 10. cap. 4. Concilij Carthaginenſis fuit conſtitutum ut ab Imperatoribus poſtulentur defenſores eccleſiis, per quos eccleſia defenſetur, cum proviſione epiſcoporum adverſus potentias divitum, à quibus quidem divitibus ipſa eccleſia & pauperes, quorum defenſio ad eccleſiam pertinet, affliguntur. Et iſtud ſit ſatis conſonum aliis juribus: ut 10. diſt. ſi in adjutorium. cum beatus apoſtolus (ut ibidem habetur) & Actuum 22. adverſus injurioſos auxilium imperiale invocaverit. Et Imperatores, reges, & principes à Deo fuerint conſtituti, ut ipſam eccleſiam ejuſque miniſtros debeant defenſare. 23. quæſt. v. principes. & cap. regum. & cap. adminiſtratores. & quæſt. 4. c. nimium ſunt inquieti. uſque in finem quæſtionis. & dicti defenſores eſſent modernis temporibus eccleſiis & perſonis eccleſiaſticis perquam neceſſarij, quia indebitè ab eis, & ab aliis pluribus affliguntur. Videretur providendum ſi eſſet utile hujuſmodi defenſores ab univerſis principibus per eccleſiã poſtulari: Cùm perſonæ eccleſiaſticæ ex quadam ne-

Principes conſtituti ſunt ad eccleſ. & eius miniſtrorum defenſionem.

Digitized by Google

ceſſitate habeant hodie plus cæteris in curiis principum litigare. Idem etiam fuit ſtatutum in 16. cap. Conc. Millevitani, ut ſcilicet pro cauſis eccleſiarum advocati à principe poſtulentur.

TITULUS XLI.

De conſecratione & congregatione concilij generalis.

EQuidem in 8. cap. Concilij Millevitani ſub Imperatoribus Arcadio & Honorio celebrati, fuit conſtitutum, quod cauſæ eccleſiaſticæ quæ communes non ſunt toti eccleſiæ Affricanæ, in ſuis provinciis judicentur, & quod illis qui communes ſunt, generalis ſynodus convocetur. Videtur utile, quòd prædictum Concilium per Romanam eccleſiam ſervaretur quandocumque jura condenda ſunt, cum dicta jura pro tangentibus communem utilitatem ſint edenda. 4. diſt. §. 1. & cap. factæ. &c. erit. Et quod idem ſervaretur quandocunque aliquid eſſet ordinandum de tangentibus communem ſtatum eccleſiæ, vel jus novum condendum. Cùm illud quod omnes tangit, ab omnibus approbari debeat. 65. diſt. cap. 1. 2. & 3. 66. diſt. cap. 1. Sanè in 2. Conc. Arelatenſi, cap. 17. continetur quod ad Arelatenſis epiſcopi arbitrium ſynodus eſt congreganda. Ad quam urbem ex omnibus mundi partibus prælatis venientibus ſub S. Martini tempore legimus Concilium celebratum fuiſſe. Veruntamen 17. di. §. 1. cum capit. ſequenti. Marcellus, Julius, Damaſus, Gregorius, Pelagius & Symachus Papæ ſcribunt hæc ad Romanam eccleſiam pertinere.

Ius novum ncn condetur, niſi ij quos tangit vocentur.

Digitized by Google

TITULUS XLII.

De præſidibus reipub. ut ſine licentia epiſcoporum non communicent.

ITem in 7. cap. Conci. Arelatenſis fuit conſtitutum de præſidibus qui fideles ad præſidatum proſiliunt, ut cum promoti fuerint literas accipiant eccleſiaſticas communicatorias: ita tamẽ ut in quibuſcũque locis geſſerint, ab epiſcopis ejuſdem loci, cura de illis agatur: ut cum cœperint cum diſciplina publica agere, ſcilicet contra eccleſiam, tunc demum à communione excludantur. Et quod ſimiliter fiat de his qui rempub. agere volunt. Videretur penſandum propter moleſtiam quam officiales reipubl. ingerunt hodie eccleſiæ, ſi dictum Concilium poſſet vel expediret revocari. In vi. verò cap. Concilij Elibertani ſtatuitur, quod illo anno quo magiſtratus gerunt, non communicent.

TITULUS XLIII.

De exequiis epiſcoporum & prælatorum à convicino prælato peragendis, & cura ejus eccleſiæ ſuſcipienda.

COnſequenter, in 4. & v. cap. Concilij Regien. fuit conſtitutum, quod cùm eccleſia epiſcopo caruerit, quod immediatè vicinæ eccleſiæ epiſcopus ad exequias pro eo celebrandas accedat, & quod ſtatum prædictæ eccleſiæ vocantis diſtrictiſſimè gerat, ne ante ordinationem al-

Digitized by Google

terius propter diſcordiam eligentium aliqua novitas vel ſubverſio eveniat. Et quod per dictum epiſcopum inſpectio & deſcriptio omnium rerum epiſcopalium fiat: cæteri vero epiſcopi ſine metropolitani licentia non accedant vacationis tempore: nec etiam alij, ne ſe electioni de ſe celebrandæ ingerere videantur. Conſiderandum eſt, an expedit ſtatuta hujuſmodi renovari: cùm honeſtatem eccleſiarum & utilitatem concernere videantur. In 12. etiam c. Concilij Terraconen. ſtatutum eſt, quod ubicunque epiſcopus inteſtatus decedat, de omnibus utenſilibus & ſupellectilibus & aliis à preſbyteris & diaconibus inventarium fiat: & ſi quid de eis ſubrepſerint, quod furti teneantur. & concordat de electio. quia ſæpe. de offic. ordi. præſenti. lib. 6. & in ulti. cap. Conci. Hilerden. & in 2. 3. & 4. cap. Concil. Valentini, & in 3. & 7. cap. Conci. Tolet. In 9. autem cap. 11. Concilij Toletani habetur, quod ſi epiſcopus ſacerdotem tumulaverit, cum etiam locuples fuerit, quod non recipiat ultra unam libram auri: & ſi non ſit locuples, quod non recipiat ultra dimidiam, niſi aliqua ornamenta offerantur eidem.

TITULUS XLIV.

De miniſtris, ne ſine chriſmate proficiſcantur.

IN primo c. Concilij Auraſicani, fuit conſtitutum quod nullus miniſtrorum qui baptizandi ſumit officium, ſine chriſmate unquam debeat progredi: quia baptizandi habent criſmari. Conſiderandum eſt. an expediat dictum Concilium

Digitized by Google

obſervari, propter periculum quod imminere poteſt baptizandis in parochiis diffuſis, & in montanis in quibus gentes habitant longe ab eccleſiis: & in regionibus, in quibus Judæi & Pagani una cum catholicis converſantur. Ne ſecundum Grego. dum adhuc ad præbendum miniſterium redemptionis tempus quæritur, interveniente paululum mora inveniri non valeat qui redimatur. v. diſtin. baptizari.

TITULUS XLV.

De immunitate eccleſiarum ſubtrahenda his qui ad eas confugiunt ſi homicidæ voluntarij fuerint, vel pro debitis fugerint, vel in tali caſu in quo degradati tradi curiæ ſeculari deberent: & quod perſonæ eccleſiaſticæ per iudicum induſtriam & inſidias homicidium committentes degradentur.

LEgimus in 5. & 6. cap. Conci. Arauſi. contineri eos qui ad eccleſiam fugerunt tradi non debere, ſed ob loci ſancti reverentiam defendi. & ex hoc & aliis Conci. & c. conſimilibus poſitis 17. quæſt. 4. miror. & c. reum cum ſubſequen. & extra de immu. eccle. quaſi per totum, eccleſia defendat non ſolùm reos ſanguinis de quibus defendendis loquitur Greg. 23. quæſtione. v. reos. & dicto capi. reum. Et pro majori parte jura de hoc agentia, verumetiam alios. Et proviſio Gelaſij Papæ, ut ſervi ad eccleſiam fugientes, ad defraudandum dominos ſuos, poſt præſtitam ſecuritatem à domino de impunitate eorundem, de eccleſia extrahantur inviti. Et

quod idem fiat de fugitivis à quibus rationes petuntur decima-ſeptima quæſt. quarta. §. verum. & capi. metuentes &c. uxor felicis. hodie communiter non ſerventur, nec lex illa. C. de his qui ad eccleſiam confugiunt. præſenti. §. ſi ſervus. & de immunitate eccleſiarum. inter alia. §. ult. Quinimo eccleſia defendat paſſim quoſcunque ad ipſam pro debitis fugientes, ne infra eccleſiam tales intra fines immunitatis repræſententur judicibus, nec eccleſia reddat bona talium quæ aliquando habet, ſicut tenetur facere ſecundum dictam legem præſenti. & §. ſequentibus. & propter præmiſſa aliquando domini temporales excedentes limites ſuos, infringunt dictam immunitatem eccleſiaſticam, quo ad illos qui fuerunt per eccleſiam defendendi, videretur ſuper hoc providendum. Et inſuper de homicidis perpetrantibus homicidia prope cemiteria, vel eccleſias, vel longè ab ipſis, & ad ipſam eccleſiam confugientibus, quod nullo modo per eccleſiam defendantur; quamquam prætendant quod non intendebant per eccleſiam liberari, & quod erant aliàs commiſſuri: Eſto quod in eccleſiam non confugiſſent. Nam cùm dictum crimen homicidii ſit enorme, nec poſſit eſſe enormius, conſiderata pretioſitate animæ, quæ ex morte ſubitò illata corpori, niſi gratia divina proſpexerit, morte perire poteſt. extra de homici. pro humani. 24. quæſti. 3. ſi habes. prope finem. videretur enim quod expediret omne homicidium cum deliberatione perpetratum cum enormibus criminibus computari. Cùm ſcriptum ſit in Exo. 21. b. ſi quis per induſtriam occidit proximum ſuum & per inſidias, ab altari meo evelles eum

Homicidium cum deliberatione perpetratum.

ut moriatur. extra de homici. cap. 1. Denique quemadmodum depopulator agrorum notorius, & publicus latro de eccleſia extrahitur impunè, ut in decre. inter alia. & 17. quæſt. 4. ſicut antiquitus. quamquam longè ab eccleſia delinquant propter enormitatem criminis, ita videretur etiam de omni homicida voluntario clerico & laico, qui per induſtriam & per inſidias occidit proximum ſuum declarandum. In quo ad hoc amplexaretur lex, quæ dictos homicidas ab immunitate eccleſiaſtica excipit. in auten. de manda. princi. §. ſed neque colla. 4. Videretur inſuper quòd idem eſſet ſtatuendum, ſcilicet ut non gauderet immunitate eccleſiaſtica aliqua perſona eccleſiaſtica confugiens ad eccleſiam propter crimen, propter quod eſt degradanda, ſicut eſt in clerico inſidias epiſcopo ſuo parante, & contumelias inferente. 1. quæſt. 1. ſi quis ſacerdotum. In incorrigibili qui venit ad profundum malorum. de jud. cum non ab homine. 17. diſti. nec licuit. 11. quæſt. 1. petimus. 26. quæſt. v. de liguribus. In falſariis literarum apoſtolicæ ſedis. de falſis, ad falſariorum. In crimine hæreſis. cap. excommunicavimus. & de hæreti. cap. ad abolendam. eo. tit. In aſſaſſinis. & in his qui per dictos aſſaſſinos aliquem Chriſtianum interfici fecerunt, vel mandaverunt, aut eos receptaverunt vel defenderunt ſeu occultaverunt: ut in dicta decret. pro humani. de homici. lib. 6. Et in epiſcopo, preſbytero & diacono qui juramentum fidelitatis quo regi ſuo tenetur, violans, in mortem ejus machinatur: & ejus regnum doloſè pertractat. 22. quæſt. v. ſi quis laicus. quod alias

Degradandus ad eccleſiam cõfugiens.

ſignatur pro palea, poſt cap. de forma. Videretur etiam quod omnes perſonæ eccleſiaſticæ homicidium induſtriosè & per inſidias committentes, haberent propter enormitatem illati criminis, degradari. Nam in 6. cap. Concilij Elibertani in Hiſpania celebrati, continetur, quod ſi quis necdum clericus verum laicus aliquo maleficio interficiat alterum, in fine non recipiat communionem, per eo quod tale ſcelus ſine idololatria perfici non potuit.

TITULUS XLVI.

De incontinentia clericorum: & an expediret quod in occidentali eccleſia ſervaretur quod ſervatur in orientali, quæ votum caſtitatis in altaris miniſtris non ſuſcepit. Potiſſimè cum tempore apoſtolorum dicta conſuetudo orientalis eccl. ſervaretur.

ITem cum in 23. & 24. cap. ſupradicti Concilij Arauſic. & in Concilio Neocæſarien. Hylerden. Martini Papæ & pene in omnibus Conciliis, & pleriſque Romanis pontificibus ſuper cohibenda & punienda clericorum incontinentia & eorum honeſtate ſervanda, multa hactenus emanaverint conſtituta. 28. 20. 11. 32. & l. diſ. 15. quæſt. 8. ext. de vita & hon. cler. & in multis aliis locis &c. & nullatenus ipſorum reformari quiverit correctio morum. uſque adeo ſententiam judicantium protraxerunt commiſſa culparum, ut non tantum inferretur ultio in actores ſcelerum, verum etiam in progeniem damnatorum ſicut dicitur in 9. Concilio Toletan. 15. qu.

8. cum multæ. & in flenda carnis ſubtilitate ſubito corruatur, ſicut dicitur in Concilio Hilerden. lib. diſt. hi qui. 15. quæſt. ulti. cap. 11. Et ſicut dicitur in 7. Concilio Toleta. proclivus ſit curſus ad voluptatem & natura imitatrix ſit vitiorum. 20. quæſt. 3. proclivus. Et ſicut in eodem Concilio Toletano dicitur, omnis ætas ab adoleſcentia in malum prona ſit. 12. quæſt. 1. omnis ætas. Et caro ſtimulus ſit peccati ſecundũ Augu. remiſſo peccato primi hominis, & mors & aliæ pœnalitates pro originali peccato ad agonem & exercitium in eo & in nobis infixæ remanſerunt. de pœniten. diſtinct. 1. ſicut primi hominis. & cap. præcedenti: paucique ſine carnis delicto reperiantur, ſicut ait Gregor. lib. diſtinc. quia ſanctitas tua. ad finem. pro eo quia ſicut dicitur in Concilio Toleta. arctiſſima via eſt continentiæ. 28. diſt. de his. 23. quæſt. v. ferè per totum. Et pauci reperiantur qui in igne poſiti non ardeant. 33. quæſt. 4. vir cum propria. ad finem. & ſicut in tripartita hiſtoria continetur quod Pannutius confeſſor licet nuptiarum inexpertus gravem eſſe cauſam expoſuerit quæ occaſio fornicationis exiſteret. 30. di. Nicena. Et ſicut præterita mala penſanda ſunt ut futura cautè caveantur. 31. diſ. ante triennium. circa medium. & futuris ſit periculis proinde occurrendum & eccleſiaſtico ſtatui providendum, ne recidiva (quod abſit) mala prævaleant. 23. diſtin. cap. 1. prope prin. & 28. diſt. de Siracuſanæ. Sitque prædictus ignis concupiſcentiæ exardeſcens. Eccl. 9. cap. uſque ad perditionem devorans. Prover. 6. Videretur penſandum, an expediret & poſſet provideri, quòd in eccleſia occidentali

Caro peccati ſtimulus dicitur.

Pannutius hic commemoratur, cujus votum ſequi videtur dicendum, aliàs infinita in eccleſia Dei ſubſequentur inconvenientia.

Digitized by Google

quantum ad votum continentiæ ſervaretur conſuetudo eccleſiæ orientalis quantum ad promovendos, ſecundum dictum cap. Nicena. 31. diſti. cum cap. ſequentibus. Potiſſimè cùm tempore apoſtolorum conſuetudo eccleſiæ orientalis ſervaretur ſicut ſupra in 1. ti. hujus ſecundæ partis eſt prolatum.

Titulus XLVII.

De obligationibus defunctorum non retinendis; & de his quæ impediunt ne oblationes fiant in eccleſia puniendis: & ut dictæ oblationes in Miſſarum ſolenniis fiant iuxta canonicas ſanctiones.

IN 3. cap. Concilij Varen. fuit conſtitutum, quod qui oblationes defunctorum retinent, & eccleſiis tradere demorantur, ut infideles ſunt ab eccleſia reſpuendi: quia uſque ad exinanitionem fidei pervenire certum eſt hanc divinæ pietatis exacerbationem, pro eo quia & fideles de corpore recedentes votorum plenitudine, & pauperes conſolatu alimoniæ, & neceſſaria ſuſtentatione fraudantur. Unde tales quaſi egentium necatores & quaſi non credentes judicium Dei habendi ſunt. & prædictum Concilium poſitum eſt 13. quæſt. 2. qui oblationes. 2. & Concilium Carthaginen. & Agathen. cap. qui oblationes. cùm in pleriſque mundi partibus non ſerventur, & oblationes pro vivis & defunctis à nonnullis dominis temporalibus ſolvi prohibeantur eccleſiis, nec in hoc conſtituta proſint remedia per Greg. 9. de deci. diſcretioni. lib. 6. & de immu. eccle.

eos. eo. lib. qui, & in multis aliis c. & juribus, 10. quæſt. 1. quia ſacerdotes. & c. ſanctorum &. & c. hanc conſuetudinem. 16. quæſtio. 1. doctos. videretur conſiderandum an expediret dicta concilia renovari, vel de alio competenti remedio provideri. De hoc autem ſtatutum fuit in 4. c. Conci. Agathen poſito in dicta 13. quæſti. 2. clerici vel ſeculares qui oblationes parentum, aut donatas, aut teſtamento relictas retinere perſtiterint, aut id quod ipſi donaverint eccleſiis vel monaſteriis crediderint auferendum, ſicut ſynodus ſancta conſtituit, velut necatores pauperum, quouſque reddant, ab eccleſiis excludantur: videretur etiam populo eſſe expediendum, cap. Greg. de Conſe. di. 1. omnis. cum ſimilibus. in quo continetur quod omnis Chriſtianus procuret ad miſſarum ſolennia aliquid Deo offerre & reducere ad memoriam quæ Dominus per Moyſen ait: Non apparebis in conſpectu meo vacuus, & in collectis ſanctorum patrum liquidè apparet quod Chriſtiani omnes offerre aliquid Deo ex juſſu ſanctorum patrum deberent. Ad ipſum enim potius eſt confugiendum, qui noſtræ poſſit curare animæ paſſiones: verùm homines præpoſtero ordine ante opem ſibi ab hominibus acceſſunt: ubi autem humana ſubſidia defecerint, tunc opinantur divini poſtulandam favoris gratiam eſſe.

Necatores pauperum qui dicuntur

Vacuus coram Domino non appareas.

Homines quando Dei gratiam poſtulent.

TITULUS XLVIII.

De communione corporis Chriſti, ter à laicis aſſumenda in anno.

ITem in Concilio Agathenſi, cap. 18. poſito de conſec. diſtinct. 2. ſeculares. fuerit conſtitutum, quod ſeculares qui in natali Domini, Paſcha, & Pentecoſte non communicaverint, catholici non credantur, nec inter catholicos habeantur. & Fabianus Papa eadem diſtinct. & ſi non frequentius, ſcribat ter eſſe ſaltem à laicis communicandum in anno. & Auguſti. hortetur ſingulis diebus dominicis, ſi mens in affectu peccandi non ſit, communicandum. eadem di. quotidie. penſandum videretur, an prædicta ſervari mandarentur. In 12. etiam cap. 1. Concil. Tole. continetur, quod hi qui eccleſiam intrant, & non communicant, excommunicentur.

TITULUS XLIX.

De ſtipendiis clericorum iuxta eorum meritum cuſtodiendis.

IN Concilio Agathenſi. 33. c. fuit conſtitutum quod clerici omnes qui eccleſiæ fideliter vigilanterque deſerviunt, ſtipendia ſanctis laboribus debita ſecundum ſervitij ſui meritum & ordinationem à ſacerdotibus conſequantur. Et hoc jus ſit conforme aliis Conciliis & juribus. 12. qu. 2. eccleſiaſticis. cum cap. præceden. 59. diſtinctio. per totum. 1. quæſt. 1. fertur. & hoc in Dei

eccleſia non ſervetur, ſicut ſuprà probatum eſt in titulo 18. hujus partis, de neophitis indignis, inſufficientibus non promovendis. videretur ſuper hoc providendum, ut doctores literati, ſufficientes & idonei, cæteris illiteratis, juvenibus & inſufficientibus præferrentur, affectione contraria non obſtante.

Literati præferãtur, & aliàs idonei.

TITULUS L.

Vt ante Miſſam expletam, egredi clerus & populus de eccleſia non præſumat, & quod nulla prabenda eſſet libera, nec tantum reciperent qui non interſunt officio, quantum illi qui interſunt: & quod ex cauſa ſtudij, vel alia juſta abſentes, reciperent tertiam vel quartam partem huius quod recipiunt præſentes.

Ante finitam miſſam non exeant ſæculares fideles.

ITem cùm in 17. cap. dicti Concilij Agathen. fuerit conſtitutum & præceptum ſecularibus, ut in diebus dominicis Miſſas per ordinem & ex integro audiant, ita ut ante benedictionem ſacerdotis egredi non præſumant: & ſi contrarium fecerint, quod ab epiſcopo publicè confundantur, quod cap. ponitur de conſe. diſtincti. 1. miſſas. Et in canonibus apoſtolorum fuerit conſtitutum, quod omnes fideles qui conveniunt in ſolennitatibus ſacris ad eccleſiam, & ſcripturas apoſtolorum & evangelium audiant. Qui autem non perſeverant uſque dum miſſa peragatur, nec ſanctam communionem percipiunt, velut inquietudines eccleſiæ commoventes, convenit communione privari. Et in Concil. 4. Carthaginen. conſtitutum fuerit, quod ſacerdote verbum

Dei

Dei in Eccleſia faciente, qui egreſſus de auditorio fuerit, excommunicetur. & ex Concilio Aurelianen. 22. capitul. habeatur, quòd populus non antè diſcedat, quàm miſſa ex integro celebretur. Et cùm ad Miſſas celebrandas in Dei nomine convenerit populus, non antè diſcedat quam miſſæ ſolemnitas compleatur: & ſi ibi epiſcopus non fuerit, benedictionem ſuſcipiat à ſacerdote. & ex 4. Concil. Carthaginen. habeatur in 88. cap. quod in die ſolenni prætermiſſo eccleſiæ conventu, euntes ad ſpectacula excommunicentur. quæ capit. ponuntur de conſe. diſt. 1. omnes fideles, cum cap. ſequentibus. Et ſupradicta jura & conſimilia non ſerventur à laïcis, nec etiam in pleriſque eccleſiis & locis, à clericis & eccleſiaſticis perſonis: quæ dum miſſarum ſolemnia peraguntur in eccleſia, evagantur: & extra confabulando cum mulieribus & cum viris, vel abſque cauſa ad domos proprias redeundo, videtur ſuper hoc providendum. Cùm ex talibus frequenter ſubſequantur pericula animarum, & deferveſcat devotio & officium eccleſiæ contemnatur. Et interdum quaſi ſoli etiam in cathedralibus eccleſiis in altari remaneant epiſcopi & alij celebrantes. Nec videtur ſufficere proviſio domini Bonifacij poſita de cleri. non reſiden. conſuetudinem. lib. vi. cum diſtributiones dicti clerici & canonici aſſequantur ſecundum multarum eccleſiarum conſuetudinem, quamquam non interſint divinis officiis, dum tamen fores eccleſiæ intrent, quod eſt contrarium juri, & etiam rationi, cùm beneficium eccleſiaſticum non propter ingreſſum eccleſiæ, ſed propter officium conferatur: ut eo. lib. de reſcrip. quia per

Vagantes dum Miſſa celebratur.

Diſtributiones non debere dari ſolum eccleſiæ aut choriſo-

Digitized by Google

res intrantibus, contrarium cum in pleriſq; Gallia eccleſiis ſit, etiam hîc Pariſius, ubi debet decus & ſpeculũ eſſe eccleſiæ gallicanæ, propter loci & ſtudii generalis excellẽtiam.

ambitioſam. unde in 24. cap. Aurelian. Concilij cautum eſt, quòd tales clerici qui adeſſe officio contemnunt, epiſcopi arbitrio recipiant eccleſiaſticam diſciplinam. quod caput ponitur 91. diſ. clerici. Et idem ſtatuit Pelagius Pap. ea. diſt. Eleuterius. In 21. autem c. Concil. Elibertani continetur, quòd ſi quis in civitate poſitus, tres dominicas ad eccleſiam non acceſſerit, quòd pauco tempore non cenſeatur nec correctus eſſe. conſimile habetur in canonibus apoſtolorum. Videretur eſſe ordinandum, quod nulla præbenda eſſet libera, nec tantum reciperent abſentes, quantum præſentes: nec illi qui ſtant in domibus ſuis, vel intra eccleſiam, & non interſunt officio divino: & quod dociles abſque fraude ex cauſa ſtudiorum de licentia ſuperiorum ſuorum, vel proſecutione jurium eccleſiæ ſe abſentantes, aut in ſervitio do. Papæ vel epiſcoporum ſuorum exiſtentes reciperent tertiam & quartam partem eorum quæ reſidentes fuerant recepturi.

TITULUS LI.

Ne clerici, preſbyteri, & epiſcopi venaticos canes vel accipitres teneant, & ne reges & principes venationibus intendant.

Venationi incumbẽtes puniuntur.

SEcutivè in Concilio Agathen. lv. cap. fuit conſtitutum, quod epiſcopis, preſbyteris, aut diaconis canes aut accipitres ad venandum habere non liceat. Et quòd ſi quis talium perſonarũ in hac voluptate ſæpius detentus fuerit, ſi epiſcopus eſt, tribus diebus à communione: ſi preſbyter, duobus: ſi diaconus, ab omni officio ſuſpendatur.

Digitized by Google

Et idem conſtitutum fuit in Concil. Aurelianen. poſito extrà de clerico venato. cap. 1. & pro palea 34. diſt. epiſcopum. Et non ſolùm dictis perſonis prædictæ venationes interdicantur, 34. diſ. quorundam. verumetiam omnibus ſervis Dei, ſicut in dicto Concil. Aurel. continetur, ut de Clem. venan. cap. 2. quod ponitur pro palea. 34. di. omnibus, & per beatum Ambroſ. in homilia de quadrageſima, tales de ſua perditione & aliorum putandi ſunt rei. 86. diſt. quid prodeſt. & cap. an putatis. & ſecundum Hieron. in Pſal. 85. ſanctum aliquem non legimus venatorem fuiſſe. ead. diſt. & in prædicto cap. quorundam. & Aug. ſcribat in Pſal. 63. quod qui vident venatorem & delectantur, videbunt Salvatorem & triſtabuntur. 86. diſti. vident. Videretur de obſervatione dictorum jurium providendum non ſolum quo ad perſonas eccleſiaſt. Verumetiam quo ad reges & principes, quorum aliqui expendunt tempus ſuum in venationibus, quod deberent expendere in regimine regni, & in officio regio explendo: faciendo judicium & juſtitiam: & liberando de manu calumniantium vi oppreſſos. 23. q. v. regum. &c. adminiſtratores.

Reges non ſint venatores.

Titulus LII.

De clericis, ne ſine epiſcoporum literis evagentur.

Item in 25. cap. prædicti Concil. Agathen. fuit conſtitutum, quod clericis ſine commendatitiis epiſcoporum ſuorum literis licen. non pateat evagandi. & hoc idem ſit conforme aliis

Concil. & jurib. 71. & 2.3. diſ. & ext. de cleri. peregrinis. Et dicta jura & conſimilia non ſervantur, ex quo multæ inſolentiæ committuntur, plurima ſcandala in clero & populo eveniunt, & pericula animarum. Videretur ſuper hoc providendum, cum videantur omnes perſonæ eccleſiaſticæ evagari ſicut oves non habentes paſtorem.

Titulus LIII.

De monachis & eorum conditione & officio, & ne abſque abbatum ſuorum & abſque epiſcoporum licentia evagentur, & ne extra congregationes in cellis vel prioratibus commorentur: & ne de prioratibus non conventualibus fiant conventuales, vel certa de eis portio monaſteriis aſſignetur. Et de reliqua deſerviatur in eiſdem per clericos ſeculares, & quod prioratus non conferrentur niſi 25. annum attigiſſent. Et ad ſacerdotium promoveri teneantur infra annum cum interſtitio temporum à canonibus conſtitutorum. Et quòd in eiſdem provincijs debeant habere correctores & viſitatores.

ITem cùm in prædicto 38. cap. dicti Concilij Agathenſis fuerit conſtitutum, quod prædictis monachis ſine commendatitiis epiſcoporum literis, licentia non pateat evagandi: & ſi contrarium fecerint, & poſt verborum increpationem ſe non emendaverint, quòd verberibus caſtigentur. Et hoc principaliter non ſervatur, quia contra regularem eorum ordinis diſciplinam præ cæ-

teris evagentur: & multi eorum ubique ponant diſſenſionem, brigam & ſcandalum contra conditionis eorum ſtatum & officium, cùm deberent habere ſimplicitatem columbæ, ne cuiquam machinentur dolos, & ſerpentis aſtutiam ne aliorum ſupplantentur inſidiis: ut ſcribit Hieronym. ad Paulinum. Et ſecundum eundem ad Ripa- rium & Deſiderium: Monachus plangentis habeat officium; ut ſe & mundum lugeat, & Domini pavidus præſtoletur adventum: & ſecundum eundem ad Heliodorum epiſcopum, Monacho quaſi ad radicem infructuoſæ arboris ſecuris poſita ſit, & alia ſit cauſa dicti monachi, & alia clerici: quia clerici oves paſcunt, monachi verò ab eis paſcuntur. Et quia clericus ſeu monachus ſi peccaverint, traduntur Satanæ in interitum carnis, ut ſpiritus ſalvus fiat. Et quia ante presbyterum eis ſedere non licet. Nam ſecundum eundem Hieron. ad Ruſticum, ſine conſilio presbyt. nihil monachis agere licet 16. quæſt. 1. monachus. cum 3. cap. ſequentibus. Videretur ſuper hoc providendum, & ſuper aliis diſſolutionibus eorumdem. Nam ſicut ait Auguſtinus. ad Vincentium Donatiſtam: Ex quo Deo ſervire cœpit, quomodo difficile expertus eſt meliores quàm qui in monaſteriis profecerunt: Ita non eſt deteriores expertus, quàm qui in monaſteriis defecerunt. 47. diſtin. quantumlibet. Nónne eorum vita & converſatio deberet eſſe melior cæteris, & moribus ſingularis, cùm monachus græcè ſingularis interpretetur latinè? ut omnia virtutum opera, non ſeculariter, ſed ſingulariter præ cæteris agat, ſecundum traditionem Nicenæ ſynodi: & Hieron. 16. quæſt. placuit, &c. ſi tur-

Monachi officium hic ponitur.

Deteriores qui in monaſteriis defecerunt.

Digitized by Google

Ad monachum non ſpectat ut hic ponitur.

pis. Secundum autem Eugenium Papam, abſque nefandiſſimo auſu pro aliquo lucro terreno de monaſterio eis exire non licet, neque pœnitentias dare, neque filium de baptiſmate ſuſcipere, neque baptizare, neque infirmum viſitare, neque mortuum ſepelire, neque ad ſecularem eccleſiam tranſire, neque aliis quibuſcunque officiis ſe implicare, cum clauſtro ſuo debeat eſſe contentus: qui ſicut piſcis ſine aqua caret vita, ita ſine monaſterio monachus. Sedeat itaque ſolitarius & taceat: quia mundo mortuus eſt, Deo autem vivere debet. Agnoſcat nomen ſuum. Monos enim Græcè, Latinè dicitur unus. Achos Græcè, Latinè triſtis: unde monachus, id eſt, unus & triſtis interpretatur: ut triſtis ſedeat & officio ſuo vacet. 16. quæſt. 1. Paſchalis etiam Papa ſcribit Victori epiſcopo ad ſe (de quo valde miratur) perveniſſe, quòd quidam monachi & abbates in diœce. Bonon. contra ſanctorum patrum decreta, epiſcopalia jura & officia ſibi arroganter vendicabant, videlicet pœnitentiam dare, & remiſſionem peccatorum, reconciliationem pœnitentium, decimas & eccleſias: cum tamen abſque proprij epiſcopi licentia, vel apoſtolicæ ſedis authoritate hoc nullatenus præſumere deberent, ſicut in Concil. Chalcedonen. ſub anathemate fuerat prohibitum. Quare mandavit dictus Paſchalis Papa prædicto Bononien. epiſcopo quòd prohiberet dictis monachis & abbatibus, ne deinceps talia attentarent ead. quæſt. pervenit. Calixtus etiam Pap. conſimilia eis interdixit, & ne miſſas publicas cantarent, & præcepit quòd chriſma & oleum infirmorum & catechumenorum & conſecrationis altarium, & ordines clericorum ab illis

Monachus dicitur unus triſtis.

Digitized by Google

epiſcopis acciperent, in quorum parochiis morabantur ead. quæſt. interdicimus. Alexander etiam Pap. præcepit & conſtituit juxta tenorem Calcedonen. Concilij, quòd monachi quamvis religioſi ſecundum normam beati Benedicti intra clauſtrum morarentur: & prohibuit ne per vicos, caſtella & civitates peragrarent, & ne prædicarent populis. ead. quæſt. juxta. In Concilio etiam Calcedonen. cap. 4. fuit conſtitutum, quòd dicti monachi qui per ſingulas civitates ſeu poſſeſſiones in monaſteriis erant, eſſent epiſcopis eorum ſubjecti: & quòd quieti operam darent, jejunia & orationes obſervarent. Et quòd in locis in quibus ſemel ſe Deo devoverent, remanerent. Et quod nullas eccleſiaſticas vel ſeculares actiones tractarent. Et quòd propria monaſteria non relinquerent, niſi fortè propter urgentes neceſſitates ad hoc ab ipſius civitatis epiſcopo juberentur. Et fuit decretum in dicto Concilio quòd prætereuntes prædicta, extra communionem eſſent: ne nomen Domini blaſphemaretur: & quod epiſcopi civitatis curam & ſolicitudinē neceſſariam monaſteriis exhiberent. ead. quæſt. qui vere. In Calcedonen. etiam continetur, quòd quidam monachi nihil habentes ſibi injunctum à proprio epiſcopo, propter quod haberent proficiſci ad urbem. Et etiam interdum aliqui ex ipſis monachis qui ab ipſo epiſcopo fuerant excommunicati, veniebant ad civitatem Conſtantinopolitanam, & in ea perturbationes tranquillitati eccleſiaſticæ inferebant: & diverſorum domos corrumpebant. Quare fuit conſtitutum in dicto Concilio tales primùm commoneri ut exirent de regia civitate: demum eos deijci ac

Digitized by Google

per defenſorem compelli, ut ad loca ſua redirent. ea. quæſt. quidam monachi. Pelagius etiam Pap. præcepit Joanni defenſori quòd quoſdam pſeudo monachos detineret, & quòd ſi volebant corrigi, in Reatinam inſulam reportaret. ead. qu. Probinum. Leo etiam Pap. propter improbitatem quorundam monachorum prohibuit ne prædicarent, & ne cujuſlibet nomine ſcientiæ gloriarentur. ea. quæſt. adjicimus. Pelagius etiam Pap. prohibet ne dicti monachi defenſores efficiantur, id eſt, judices vel advocati vel procuratores negotiorum ſecularium: cùm multùm diſcrepent iſta ab eorum vita, in qua quies, oratio & labor manuum eſſe debent ead. quæſt. de præſentium. Hieronym. etiam ad Ruſticum monachum ſcribit, quòd ei placet, quòd in monaſteriis cum aliis ſanctorum contubernio perfruatur. ead. quæſt. ſi clericus mereatur. eadem quæſtione, ſic vive. Non enim quilibet monachi debent in clericos promoveri, ſed illi quos morum gravitas, vitæ venerabilis meritum ac ſanctæ fidei inſtitutio ad hoc commendabiles reddunt: & tales ſi intra 30. annum ætatis ſuæ in minoribus profecerint, poſſunt ex tunc ad diaconatus & preſbyteratus inſignia pervenire: ſicut Gelaſius & Siricius Papæ teſtantur. Et tales ſecundum Auguſtinum ſi ab eccleſia requirantur & eligantur, non debent elatione avida ſuſcipere, nec blandiente deſidia reſpuere. Et ſecundum Pelagium cùm ad eccleſias parochiales eliguntur, & cùm epiſcopi eos ordinant ſecundum Greg. & dignos reputant ad eaſdem. eadem quæſtione. in parochia tua. cum quatuor capitul. ſequentibus. In dicto etiam Concil. Agathen. fuit conſtitutum quòd

Monachi non ſunt procuratores nec advocati.

Monachi qui in clericos debeant promoveri.

Digitized by Google

monachi vagantes ad officium clericatus, niſi eis teſtimonium daret abbas eorum, nec in parochiis nec in civitatibus ordinarentur. Sed ſi neceſſe eſſet clericum de monachis ordinare, faceret hoc epiſcopus de conſenſu & voluntate abbatis: cùm ſub ejus imperio militet Regi noſtro. Et idem fuit conſtitutum in Concilio Hilerden. eadem quæſtione. monachi vagantes. & capi. cum pro utilitate. & cap. ſi quis monachus. Secundum etiam concilium Tarraconen. cap. ix. monachi à monaſterio foris egredientes nullum miniſterium eccleſiaſticum debent peragere, niſi cum imperio abbatis: nec debent eſſe ſuſceptores vel executores alicujus forenſis negotij, niſi monaſterij utilitas id expoſcat, abbate nihilominus imperante. eadem quæſtione. monachi à monaſterio. Secundum etiam Auguſtinum ad Aurelianen. indigniſſima fit ordini clericorum injuria, ſi deſertores monaſteriorum ad militiam clericatus eligantur: cùm ex ipſis monachis qui in monaſterio permanent, non niſi meliores & probatiores ſint in clericos eligendi, unde malus monachus non poteſt eſſe bonus clericus: quinimo aliquando etiam bonus monachus vix bonum clericum facit. Si enim ſit ei ſufficiens continentia, fortè deeſt ei inſtructio neceſſaria, aut perſonæ regularis integritas, eadem quæſtione, legi. Dicti etiam monachi ſecundum legem civilem tutelas teſtamentarias, legitimas, vel dativas vel curas pupillorum vel adultorum, furioſorum, mutorum, ſurdorum & aliarum perſonarum miſerabilium recipere non debent. eadem quæſt. generaliter. Secundum autem Innocentium omnes monachi & moniales debent vivere ſecun-

Monachus militat ſub abbatis imperio Regi noſtro.

Malus monachus non poteſt eſſe bonus clericus.

dum regulam beati Benedicti, vel beati Baſilij, aut beati Auguſtini, unde ſi nullius eorum tenent regulam, nec cum aliquo eorum recipient gloriam. decimaoctava quæſt.ſecunda.pernicioſam. Veſtes autem profeſſionis ſuæ nunquam debent deſerere. vigeſima tertia diſtinctione, ſanctimonialis.vigeſima,quæſtione prima.vidua. & ſi contrarium faciunt, excommunicationem incurrunt. ne clerici vel monachi, ut periculoſa. libro ſexto. Secundum autem Gregorium carnem cuique monacho nec guſtandi nec ſumendi licentia eſt conceſſa. & ſecundum Hieronymum nunquam de manu aut oculis ejus liber pſalterij diſcedere debet: ſed debet concurrere cum verbis pſalterrij oratio ſine intermiſſione, vigilare ſenſus, nec vagis cogitationibus patens corpus ejus pariter & animus tendere debent ad Deum: iram debet vincere patientia, & amare ſcripturarum ſcientiam, & carnis vitia non amare, mens ſua variis non debet vacare perturbationibus, quæ deducunt (ſi peccatori inſederint) ad delictum maximum, facere debet aliquid operis, ut eum ſemper diabolus inveniat occupatum. Nam & apoſtoli habentes poteſtatem de evangelio vivere, ſuis propriis manibus laborare, fiſcellā junco texere, vel caniſtrum lentis viminibus plectere, humum ſerere, areolas æquo limite dividere: in quibus cum olerum jactata fuerint ſemina vel plantę per ordinem poſitæ, aquæ ducantur irriguæ, & fructuoſæ arbores inſerantur: apum fabricare debet alvearia: texere lino etia pro piſcibus capiendis, libros ſcribere, ut manus operetur cibos, & lectione anima ſaturetur. Vnde Ægyptiorum monaſteria hunc morem ſervaſſe leguntur, ut nul-

Veſtes profeſſionis nō deſerantur.

Monachi quid facere habeāt.

Monachus habet operari ut hic ponitur.

Digitized by Google

lum monachum abſque opere & labore ſuſcipe-rent: non tam propter victus neceſſaria, quam propter animæ ſalutem: ne pernicioſis cogitationibus vagarentur, & ne ad inſtar fornicantis Iſraël omni tranſeunti divaricarent pedes ſuos. de conſecrat. diſtin. v. carnem, & cap. nunquam. Sanè prædicta omnia per epiſcopos monachis manibus propriis vel aliter acquiſita, ad abbates pervenire debent, cum dicti monachi ipſis abbatibus omni devotione & obedientia debeant ſubjici, & qui per contumaciam indevoti extiterint, vel per loca aliqua evagari, aut peculiare aliquid habere præſumpſerint, debent per eos puniri, & ubi inventi fuerint cum auxilio epiſcopi ſub cuſtodia recludi, ſicut in Aurelianen. Concilio continetur. 18. quæſtione. 2. abbates. Pro eorum ingreſſu ad monaſterium nihil ſolvere debent, cum id ſymoniæ vitio aſcribatur. 1. quæſt. 2. quaſi per totum: & eodem modo ſi pro temporalibus ſpiritualibus annexis aliquid tribuant. 1. quæſt. 3. §. 1. cum cap. ſequentibus. Non debent fieri monachi, ut ſpem vel promiſſionem habeant abbatiam vel beneficium conſequendi. Sicut dicit Innocent. 4. de electione. cum ad noſtram. ne videantur quærere quæ ſua ſunt, & non quæ Jeſu-Chriſti. Quid enim eſt ſecundum Auguſtinum ſua quærere & non quæ Chriſti ſunt, niſi cum tales non gratis Deum diligunt: non Deum propter Deum quærunt, ingrediendo religionem temporalia commoda ſequentes, lucris inhærentes, & honores ab hominibus appetentes? quiſquis ergo talis eſt, non Dei filius, nec monachus, ſed mercenarius eſt. 8. quæſt. 1. ſunt in eccleſia. Per Alexandrum ſecundum, etiam

Pro monaſterii ingreſſu nil ſolvatur.

Quid ſit ſua quærere & non ea quæ Chriſti ſunt.

Digitized by Google

Monachus non fiat ut abbas fieri ſperet.

ſtatutum fuit quòd nullus monachorum habitum ſuſciperet, ſpem aut promiſſionem habens ut abbas fieret. 16. quæſt. 7. per laicos. Provideant itaque dicti monachi ſi propter Deum ingrediuntur monaſterium. Nam verendum eſt, quod ſi non habent principaliter illam intentionem, quod ab eis quæratur (quando invitabuntur ad nuptias) illud Matth. 22. Amice quomodo huc intraſti non habens veſtem nuptialem? & ſi obmuteſcant, quòd Rex miniſtris præcipiat, quod ligatis manibus & pedibus eos mittant in tenebras exteriores, ubi erit fletus & ſtridor dentium: A quo Dominus nos & eos defendat. De pecunia autem loqui non debent, aliter potius dicerentur inſtitores quam monachi, ſecundum Hierony. 16. quæſt. 1. ſi cupis. Ab omni familiaritate monialium & aliarum fœminarum debent eſſe extranei: nec commatres ſibi facere debent, nec cum monialibus habitare. 18. quæſt. 2. perveni. & c. diffinimus. cum cap. ſeq. Zonas, ſudariola & oraria à mulieribus recipere non debent, ſicut dicitur in Conci. Aurelianen. 27. qu. 1. monacho. Epiſcopis debent eſſe ſubjecti. 16. quæſt. 1. pervenit. & c. qui vere. cum c. præcedentibus. 18. quæſt. 2. abbas. & c. monaſteria. & c. abbatibus. & c. cognovimus. Et ab ipſis epiſcopis ſunt viſitandi & etiam corrigendi, ſicut dicit Gregorius, & ſicut habetur in Concilio Aurelianen. 18. quæſtio. 2. viſitandi. & c. non ſemel. Jura epiſcopalia eis perſolvere debent. ead. qu. Eleuterius. & c. ſeq. abſque epiſcoporum conſenſu decimas vel eccleſias à laicis recipere non debent. 16. quæſt. 7. decimas. & c. eccleſias. Sine abbatum licentia epiſcopatum recipere non

Digitized by Google

debent. 16. q. 1. ſi quis monachus. 18. q. 2. quoniam ſic. Et licet facti epiſcopi à jugo profeſſionis ſint abſoluti. 18. q. 2. c. 1. non tamen debent mutare habitum, nec quantum ad ſubſtantialia ſui ordinis ritum. 16. quæſt. 1. de monachis. lineis ad carnem uti non debent. de ſta. mona. cum ad monaſterium. neque proprium quomodolibet poſſidere. Alioquin ſunt in ſterquilinio ſubtrahendi, ut ibidem. Si philoſophiam vel leges audiant, excommunicati exiſtunt. extra, ne cleri. vel monac. non magnopere. & c. ſuper ſpecula. Ad ſolitarias cellas abſque cauſa legitima & epiſcopi & abbatis licentia tranſire non debent: nec monaſteriorum congregationem relinquere, ſicut habetur in 18. cap. Concilij Aurelian. poſito 18. quæſt. 2. nullus. & c. cellulas. 16. quæſt. 1. qui vere. & in Concilio Agathen. in prædicto Concilio 38. in 15. c. & Concilio Aurelia. & in 51. & 52. capp. 4. Conc. Tole. continetur, quod monachi qui fuerint pervagati ubi inventi fuerint, cum auxilio epiſcopi, tanquam fugaces ſub cuſtodia revocentur. Et quòd abbates pro humilitate religionis in epiſcoporum poteſtate conſiſtant: & quod ſi quid extra regulam fecerint, ab epiſcopis corrigantur & viſitentur: quod cap. ponitur 18. quæſt. 2. abbates. In 26. cap. Concilij Aurelia. poſito 26. quæſt. v. ſi quis clericus. continetur, quod ſi quis monachus divinationes vel auguria crediderit obſervanda, vel ſortes quas mentiuntur eſſe ſanctorum, quibuſcunque intimaverit, quòd à communione pellatur. Et in Concilio Calcedon. cap. 18. poſito 11. quæſt. 1. conjurationum. & c. ſi qui clerici. dicitur,

Monachi epiſcopi facti habitum non mutent.

Digitized by Google

quòd monachi qui conjurationes & conſpirationes contra epiſcopos vel alios fecerint, dejiciantur à ſuo gradu. In prioratibus ſoli ſtare prohibentur. extra de capellis mona. ex parte. nam hoc eſt contra ſtatutum Lateranen. Concilij de ſtatu mona. cap. 11. Et ſi contrarium faciant, debet epiſcopus ipſorum abbates ſeu priores monitione præmiſſa, per cenſuram eccleſiaſticam compellere, ut dictos ſolitarios ad clauſtrum revocent, & quod faciant ipſas eccleſias per ſeculares clericos deſerviri: vel alios monachos eiſdem aſſocient. de capel. mona. cap. ultimo.

Porrò cùm à multis ex prædictis ad eorum & aliorum religioſorum ſtatum & officium pertinentibus, de quibus plura alia ponuntur in jure (ſicut dolentes referimus) ſit receſſum, ut de ſtat. mona. ca. recolentes. & ſicut in illo hymno Jeſu ſalvator ſeculi dicitur, monaſticus ordo jam pene lapſus ſit: Videretur quantum ad prædicta, & quantum ad alia ad eorum officium pertinentia, quæ principaliter non ſervantur, reformatio facienda. Et quod nuſquam incederent per mundum niſi bini, nec juvenis cum juvene, ſed cum ſene, & cum licentia ſuperioris. Et quod nuſquam in domibus ſecularium, nec in prioratibus non conventualibus in ſtudio vel extra ſtudium habitarent: ſed quòd de redditibus dictorum prioratuum vel conventualium certa portio aſſignaretur monaſteriis ad tenendum dictos priores non conventuales, & monachos in prioratibus non conventualibus reſidentes, in generalibus ſtudiis vel in monaſteriis aut prioratibus conventualibus eorundem: & quòd de reliqua parte per presbyteros & clericos ſeculares deſerviretur

Monachi circa ſtudium.

prioratibus & beneficiis non conventualibus: & hoſpitalia debita & omnia onera epiſcopalia & alia portarentur. Et inſuper quod per ſingulas diœce. fierent de dictis prioratibus non conventualibus plures admittendo in unum, & illos qui unius religionis in aliam permutando. Aliqui prioratus conventuales ubi & ſufficerent facultates ut in eiſdem civitatibus & diœce. à quibus bona recipiunt, pensũ exſolverent ſervitutis, cũ circa officium charitatis illis amplius teneantur obnoxij, à quibus noſcuntur beneficia recepiſſe. ut extra de teſtamentis. cum in officiis. Videretur inſuper ſtatuendum quod ſicut clerici ſeculares tenentur ratione curarum animarum promoveri infrà annum, & debent attigiſſe 25. annum ſicut habetur in decreta. Greg. decimi de electione. licet canon 51. 6. Ita & omnes religioſi habentes prioratus & eccleſias ac officia quæcunque, parochias, populum & curam habentia, licet cura regatur per alios. Cùm curata interpretetur ut in 3. decretali Bonifaciana. cum ſingula. de præbendis. e. li. Et quod nihilominus in eorum promotione ſervarentur interſtitia temporum ad eorum probationem à ſacris canonibus conſtituta. 77. diſt. ſi quis de religioſo. & c. monachus. Videretur etiam utile quod omnes religioſi ejuſdem provinciæ haberent intra eandem provinciam aliquem ſuperiorem ordinis ſui, per quem annis ſingulis viſitarentur & corrigerentur. Cum aliqui ſint prioratus, capita, correctores & viſitatores ſuos habentes extra provincias ſuas & etiam extra regna, à quibus non corriguntur nec viſitantur: propter quod impunè delinquunt. Cùm nec per ſedem apoſtolicam ab eorum præ-

Hoc fuit per Concilium Viennẽſe deciſũ ut in cle. ne in agro. parag. caterum de ſta. mo. unde qui quoad conventuales ſunt 25. an. conſtituti & quoad non conventuales 20. an peregerint.

lato in remotis agente, nec per ordinarios contra quos contendunt de privilegiis & exemptionibus, puniantur.

Titulus LIV.

De epiſcopis, ne tempore chriſmatis conficiendi à ſuis eccleſiis ſe abſentent.

IN 3. cap. Concilij Vacen. fuit conſtitutum, quod per ſingula territoria & preſbyteri vel miniſtri à ſuis propriis epiſcopis & non à vicinis nec ab aliis tempore paſchali, annis ſingulis chriſma recipiant. Et hoc ſit etiam aliis Conciliis & juribus conforme, ſicut in Concilio Carthaginen. & 15. diſt. preſbyter. Conſideretur ſi eſſet utile ordinare, quod tempore quo chriſma debet confici, epiſcopi ſe à propriis diœce. nullatenus abſentarent, niſi ſumma neceſſitas immineret: cùm frequenter illis temporibus à regibus & aliis dicti epiſcopi evocentur. Et ſæpe in curia Romana, & in curia aliorum principum: qui tamen deberent in Nativitate Domini, in Epiphania, Paſcha, & Pentecoſte in eccleſiis ſuis eſſe: & ſi contrarium faciant ſingulariter lucri gratia, ſint triennio à communione ſuſpendendi: & eadem pœna puniendi diaconi & presbyteri, ſi per tres hebdomadas defuerint ab eccleſiis ſuis: ſicut habetur in Concilio Agathen. cap. 64. & eadem pœna puniantur & laici qui prædictis diebus non convenerint ad miſſas epiſcopales dictis diebus, deſiderio accipiendi communionem, vel benedictionem epiſcopalem, ſicut habetur in Concilio Agathenſi cap. 63.

Titulus

Titulus LV.

Ne laici & inſacrati miniſtri ſacrarium ingrediantur, & ne ſacra vaſa, reliquias, cruces, & ornamenta contingant: neque aliquid ſint habitu condecenti in miſſis & eccleſiis deſerviant.

PRæterea in 65. c. Concilij Agathen. fuit conſtitutum quòd inſacrati miniſtri licentiam non habeant ingredi in ſacrarium, quod Græci diaconium appellant. & quod vaſa dominica non contingant. Et idem conſtitutum fuit in Concilio Laodicen. 4. & in 1. Concilio Bracharen. & in Concilio etiam Martini Papæ fuit conſtitutum, quod laici ſecus altare quando ſacra myſteria celebrantur, ſtare vel ſedere inter clericos non præſumant. 23. diſt. non oportet. 1. & c. non liceat. extra de vita & honeſta. cle. cap. 1. Et Sixtus Papa reddat cauſſam prohibitionis & ſtatuti prædicti. Ne, ſcilicet pro talibus præſumptionibus, iratus Dominus plagam imponat populo ſuo, & hi qui non peccaverunt, pereant: quia perit juſtus ſæpiſſimè pro impio de conſe. diſt. 1. in ſancta. Videretur expediens, quod prædicta ſtatuta & conſimilia ſervarentur: & ne per laicos contrectarentur reliquiæ ſanctorum & veſtimenta eccleſiaſtica: quæ ſacrata debent eſſe & honeſta. Nec ab aliis debent contingi niſi à ſacris hominibus. Ne (ſicut Stephanus Papa ait) ultio quæ Balthaſar regem percuſſit, ſuper tranſgredientes hoc veniat, & corruere eos ad ima faciat. de conſecra. diſtin. 1. veſtimenta.

Iuſtus ſæpe perit pro impio.

Digitized by Google

Nam & Sother Pap. inhibet epiſcopis Italiæ, ne per ſacratas Deo fœminas & monachas ſacra vaſa vel ſacratas pallas contingi permittant. Nec incentum circa altare præferri. 23. diſt. ſacratas. Contra quæ laici frequenter faciunt. Et etiam interdum coram proceſſionibus cruces deferunt, vel clerici ſuperlicium, vel calciamentum non habentes, quod deberet prohiberi noſtris diebus qui ſervi ſumus patris-familias, ne decus eccleſiæ minuatur, ſed potius augmentetur ſicut continetur in Conci. Triburien. cap. 9. de conſe. diſt. 1. cap. vaſa. & etiam modo deberet inhiberi, ne per tales palla & vella eccleſiæ & ornamenta altaris lavarentur. Sicut Clemens Jacobo Hieroſolimitanorum epiſcopo ſcribit. de conſe. diſt. 1. Altaris palla & c. nemo. In Concilio etiam Bracharen. continetur, quod non liceat cuilibet ex lectoribus ſacra altaris vaſa portare, nec alij quam illi qui ab epiſcopo eligentur ſubdiaconi ingrediantur ſacra in 44. & 5. capitul. 3. Concilij Bracharen.

TITULUS LVI.

De jejuniis ſabbati ſextæ & quartæ feriæ diei lunæ & diei martis poſt dominicam quinquageſimæ & adventus Domini à perſonis eccleſiaſticis celebrandis. Et quod in tribus diebus rogationum, & in quatuor temporibus, & in quadrageſima etiam à laicis ieiunetur: & in vigiliis beatæ Mariæ & apoſtolorum.

ITem cum in 26. cap. Concil. Eliberta. fuerit conſtitutum quod omni Die ſabbati celebretur

jejunium propter ſuppoſitionem: & conventum ſit ſicut ſcribit beatus Greg. Auguſt. Anglorum epiſcopo, quod ſacerdotes & diaconi & reliqui quos eccleſiaſtici gradus dignitas exornat, aliquid ad penſum ſanctæ inſtitutionis adijciant. Et eorum qui in laicali ordine conſiſtunt obſervantiam ſicut loco ita religione præcellant. Et ſecundum Theleſphorum Papam ſicut diſcreta debet eſſe vita clericorum à laicorum converſatione, ita & in jejunio debeat eſſe diſcretio 3. di. denique & capit. ſtatuimus. Videretur etiam placitum Deo & decus & honorem expetere eccleſiæ, quòd ad honorem beatæ Mariæ matris gratiæ & miſericordiæ, per quam temperatur indignatio quam Chriſtus habet propter diverſa crimina, quæ à perſonis eccleſiaſticis perpetrantur: quod dictæ perſonnæ eccleſiaſticæ quæ ratione ætatis vel infirmitatis non excuſantur à jejunio, jejunarent ſabbato: licet mos eccleſiarum in hoc permittatur eſſe ſequendus. 12. diſt. illa. Nam Greg. 7. ſcribit de Conſe. di. v. in capitu. quia dies ſabbati apud ſanctos patres noſtros in abſtinentia celebris eſt habitus: Nos eorumdem authoritatem ſequentes ſalubriter admonemus, ut quicunque Chriſtianæ religionis ſe participem eſſe deſiderat, ab eſu carnium eadem die, niſi majori feſtivitate interveniente vel infirmitate impediente, abſtineat.

Quibus diebus ſit jeiunandũ.

Die ſabbati non edantur carnes.

Innoc. etiam Papa ſcribit de conſe. di. 3. capitu. ſabbato verò jejunandum eſſe ratio evidentiſſima demonſtrat. Nam ſi diem dominicam ob venerabilem reſurrectionem Domini noſtri Ieſu Chriſti, non ſolùm in paſcha celebramus, verumetiam per ſingulas hebdomadas ipſius Dei

Digitized by Google

imaginem frequentamus, ac ſicut feria. 6. propter paſſionem Domini jejunamus, ſic ſabbatum prætermittere non debemus: quando intra triſtitiam & lætitiam temporis illius videtur eſſe incluſum. Nam utique conſtat apoſtolos biduo iſto & in mærore,fuiſſe,&propter metũ Iudęorum ſe occultaſſe,quod utique non dubiũ eſſet in tantum eos jejunaſſe biduo memorato,ut traditio eccleſiæ habeat iſto biduo ſacramentum penitus non celebrari. Quæ forma etiam per ſingulas tenenda eſt hebdomadas propter id quod commemoratio diei illius eſt ſemper celebranda; quòd ſi putant ſemel atque uno ſabbato jejunandum, ergo & dominica, & 6. feria ſemel in paſcha erit utique celebranda. Nullo modo expedit quòd contenta in hoc capitulo ſub præcepto ponantur, multa enim, immo infinita peccata mortalia ſequerentur.

Item ex eiſdem rationibus videretur, quòd etiam haberent dictæ perſonnæ eccleſiaſticæ ad honorem Chriſti & ejus paſſionis jejunare 4. & 6. Feria, & hoc eſſet conſonum juri & ſanctis patribus. Nam ex dictis ſancti Apollonij canonizatis de conſe. diſtinctione 3. cap. jejunia. habetur, quòd jejunia ſanè legitima in 4. & 6. feria non ſunt ſolvenda: niſi grandis aliqua neceſſitas fuerit: quia 4. feria Iudas traditionem Domini cogitavit. Et 6. feria crucifixus eſt Salvator. Videbitur ergo qui in his diebus ſineneceſſitate ſolverit ſtatuta jejunia, vel cum tradente tradere Salvatorem,vel cum crucifigentibus crucifigere. Die autem dominica nihil aliud agendum eſt, niſi Deo vacandum. Nulla operatio in illa die ſancta

Digitized by Google

agatur, niſi tantùm hymnis & pſalmis & canticis ſpiritualibus dies illa tranſigatur. & ead diſtinct. de tempore quo ſit ab eſu carnium abſtinendum, ſcribit Leo Papa. 4. de eſu carnium apud nos vetuſtiſſima & non improbanda traditio ſemper tenenda eſt, ut à cœnæ termino quæ fit in principio noctis quartæ feriæ quæ luceſcit in 4. feria uſque in diluculum v. feriæ, & ſimiliter à cœna noctis *6.* quæ luceſſit in *6.* feria non imperite jejunatio uſque ad ſabbati lucem quantum de diei parte aliquid jejunare maluerit vel debuerit, protendatur.

Item ex eiſdem cauſis videretur, quòd haberent ſervari contenta in 2. c. Concilij Gerundenſis, in quo ſtatutum eſt, ut expleta ſolemnitate Pentecoſt. in ſequenti ſeptimana à quinta feria, uſque in ſabbatum abſtinentia celebretur. Et quòd ſecunda litania fiat calendis Novembris, per aliud triduum: & quòd ſupereſt diebus quibus à carnibus abſtinent, abſtineant & à vino: in quo etiam videtur concordare Gregorius Auguſtino Anglorum epiſcopo ſcribens, ſi per vini potationem ebrietas ſubſequatur. Nam vinum ita bibere permittitur, ſi ebrietas fugiatur. 4. diſt. denique ad finem.

Item ex eiſdem cauſis & rationibus videretur utile & decens, quòd dictæ perſonæ eccleſiaſticæ jejunarent die lunæ & die martis poſt dominicam quinquageſimæ, ſicut fuit à prædicto Papa Teleſphoro conſtitutum, & à beato Ambroſio, & Gregor. etſi non aliorum vulgarium communi uſu approbatum. 4. diſtin. ſtatuimus. cum duobus capit. & §. ſequentibus. Et inſuper, quòd jejunaretur tribus diebus rogationum ante aſcen-

Digitized by Google

ſionem Domini, ſicut fuit conſtitutum in Concilio Aurelianen. cap. 24. poſito de conſec. diſtin. iij. rogationes. Et in adventu Domini, & in vigiliis omnium feſtivitatum beatæ Mariæ, & 12. apoſtolorum ſecundum traditionem Innocen. de obſerva. jeju. c. I. II. & III. Et primum cap. v. Concilij Toletan. continet, ut in omni regno letania ſc. cum jejunio celebraretur triduo à die iduum Decembris. Et idem continetur in II. c. v. Concilij Toletan. & etiam in quatuor temporibus, & vigiliarum apoſtolorum, quorum jejunia non ſolùm ab eis, ſed etiam ab omnibus ſervari debent: ut in dictis capitu. 76. diſtin. in 8. primis capit. ſicut & jeiunium cœnæ Domini. Nam ſicut ex Concilio Martini Papæ habetur, poſito de conſe. diſtin. 3. non liceat. Qui in cœna Domini ſolvit jejunium, omnem exhonorat quadrageſimam, in qua debent non ſolùm dictæ perſonæ eccleſiaſticæ jejunare, ſed etiam laïci, ſicut ſtatutum fuit in Concilio Agathen. cap. 3. poſito de conſe. diſt. 3. placuit. Et per Greg. Papam de conſe. diſt. v. in cap. quadrageſima. ſicut ait Euſebius Papa ead. diſt. cap. jejunia. jejunia ſine neceſſitate rationabili non ſunt ſolvenda. Ex hoc enim tentamur à gula, ſicut Greg ait. ead. q. v. modis. Porrò quia in multis partibus non eſt abundantia piſcium, & multorum etiam complexionibus non competit eis uti, poſſet remediũ adhiberi, quòd extra quadrageſimam taliter jejunantes, ovis, lacte, butyro, & caſeo, ac ſagimine uti poſſent, quamquam ſementinam carnis trahant originem, à quibus eſt in jejuniis neceſſariis abſtinendum, ſecundum prædictum cap. Grego. 4. diſti. denique & 72. diſt. preſbyter. Et quòd

illæ perſonæ eccleſiaſticæ quæ per complexionis ſuæ charitatem, vel fragilitatem, vel aliam juſtam cauſam, excepta infirmitate jejunare non poſſent, tantum pauperibus erogarent, quantum ſolvendo jejunium vel carnes comedendo in 4. & 6. feria, & adventu Domini expenderent. Et quòd idem ſervaretur in eis, & etiam in omnibus laïcalibus perſonis, quæ à jejunio ſecundum jura non excuſantur, quando contingeret eis infringere jeiunia quadrageſimalia, quatuor temporum, & vigiliarum apoſtolorum ab eccleſia conſtituta. Cùm propter transgreſſionem ſtatutorum & præceptorum eccleſiæ inobedientiam & peccatum incurrant. 12. diſtinctio. præceptis. 41. diſtinct. quiſquis. §. ult.

Transgreſſor canonis peccat.

TITULUS LVII.

De picturis & imaginibus quæ, in eccleſia fiunt, ut nullius deformitas vel falſitas & deviatio à re geſta celebraretur in eis.

CONſequenter in 36. cap. Concilij Elibertani fuit conſtitutum, picturas eſſe in eccleſia non debere, nec quod colitur aut adoratur, in parietibus depingatur. Et quòd per multas nationes dictæ picturæ & imagines ridiculoſę putentur, & ſpecialiter propter multas diverſitates figurarum, & mendaciorum quæ reperiuntur in eis: à Greg. autem & in 7 ſynodo, & etiam ab Adriano Papa approbentur: quia quod legentibus ſcriptura, hoc idiotis cernentibus præſtat pictura. de conſecrat. diſt. 3. perlatium. & c. venerabiles. & c. ſextam. Videretur utile, quod per ordinarios &

Pictura idiotis præſtat.

Digitized by Google

quod legentibus ſcripturæ. rectores locorum, omnes imagines deformes, & in quibus à veritate rei geſtæ deviant, delerentur. Nam quemadmodum ſi ad ſcripturas ſacras admiſſa fuerint inofficioſa mendacia, nihil in eis remanet authoritatis & ponderis, ſicut Auguſt. in 1. epiſtola ad Hieron. 9. diſt. ſi ad ſacras. & ſicut teſtis (ſecundum Ambroſ. in lib. de paradiſo) dum ad ſeriem geſtorum quam purè & ſimpliciter referre debet, aliquid ex ſuo adjicit, totam teſtimonij fidem partis mendacio decolorat: quare prohibetur, quòd nihil quamvis bonum videatur, ultra ſeriem rei geſtæ adijciatur 3. quæſt. 9. pura. Et ſecundum Auguſt. in lib. de mendacio. ad ſempiternam ſalutem nullus deducendus ſit opitulante mendacio. 22. quæſt. 2. primum. 20. quæſt. 3. conſtituit. 14. quæſt. 5. denique 11. quæſt. 3. ſi quis vero. Sic cùm dictæ picturæ & imagines loco ſcripturæ & teſtimonij habeantur, ut per eas ad devotionem, & cognitionem geſtorum cernentes excitentur: videretur quod nullus error deberet in eis ab eccleſia tolerari, cum error cui non reſiſtitur, pro veritate reputetur: ſicut Innoc. Papa ait, 83. di. error. nec aliquid aliud quod propter deformitatem vel aliàs riſui & deriſioni & indevotioni materiam præſtare videretur.

Imagines loco ſcripturæ habentur.

TITULUS LVIII.

Ne fœminæ in cemiteriis vel eccleſiis pervigilent, & ne in ſanctorum ſolennitatibus intra eccleſias & cemiteria ſaltationibus & cantilenis populi vacent.

ITem cum in 35. cap. Concilij Elibertani fuerit prohibitum, ne fœminæ in cemiterio pervigilent, eo quod ſæpe ſub obtentu orationis, ſcelera latenter committunt. Et in 4. concilij Tolet. cap. poſito de conſec. diſ. 3. cap. 1. reprobetur irreligioſa conſuetudo, quam vulgus per ſanctorum ſolemnitates agere conſuevit: ut populi qui debent divina officia attendere, ſaltationibus turpibus invigilent, cantica non ſolùm mala canentes, ſed & religioſorum officiis perſtrepunt: hoc enim ut ab omnibus provinciis depellatur, ſacerdotum & judicum à concilio ſancto curæ committitur. Et prædicta ſunt conformia aliis conciliis & juribus: ut de immuni. eccleſ. cum eccleſia. & capit. eccleſiæ. &c. decet domum Domini. Lex etiam dictat, quòd non debent gentes ibi immiſceri ſceleribus, ubi de peccatis eſt venia poſtulanda. in autent. ut licet mat. & aviæ. §. quia vero collat. 8. Vnde cùm ſupradicta jura & concilia non ſerventur, & multa peccata carnalia & alia diverſa ſcandala in pleriſque mundi partibus ex dictis vigiliis ſubſequantur. Et ex cantibus turpibus & inhoneſtis, & jocis & confabulationibus inhoneſtis, aures & corda audientium inquinentur, & à devotione retrahantur, & divina per hoc officia perturbentur. Vi-

Irreligioſa cõſuetudo reprobatur.

Gentes ibi immiſceri non debent ſceleribus ubi de peccatis venia eſt poſtulanda.

Digitized by Google

deretur eſſe ſuper hoc de ſalubri remedio providendum, cùm deceat domum Domini ſanctitudo, & locus ejus & cultus ſit cum debita veneratione pacificus: & quòd ſit in eo quieta converſatio, Deo grata, & ſpectantibus placida: quæ conſiderantes inſtruat & reficiat: & quòd ad ſacra ſolennia devotis animis & orationibus intendatur. Et ceſſent confabulationes & alia quæ oculos poſſunt offendere divinæ majeſtatis, ſicut Gregor. in dicto cap. decet domum Domini. atteſtatur. Non enim ſolùm à malo, ſed ab omni ſpe mali præcepit Apoſtolus abſtinere. de vita & honeſt. cleri. cum ab omni. & in prima epiſtola ad Theſſalonicen. 5. cap.

Ab omni ſpe mali eſt abſtinẽdum.

TITULUS LIX.

De adulteris clericis & laicis, cùm manifeſti ſunt vel notorij, evitandis: & de adulteris puniendis.

Adulterium viri gravius quam mulieris eſt.

ITem etiam in 47. cap. dicti Concilij Elibertani fuit conſtitutum, quòd ſi quis fidelis habens uxorem, non ſemel ſed ſæpe fuerit mœchatus, non detur ei communio: & prædictum Concilium & alia conſimilia, & jura tractantia de dictis adulteris laicis, qui gravius puniendi ſunt quàm adulteræ, pro eo quòd magis ad eos pertinet & virtute vincere, & exemplo regere fœminas. ſicut Auguſtinus de adulterinis conjugiis atteſtatur, 22. quæſtio 6. indignantur. & capitulis præcedentibus & ſequentibus. Videretur eſſe utile ordinare, quòd omnes notorij vel manifeſti per evidentiam facti adulteri & adulteræ, tam

Digitized by Google

clerici, quàm laici evitarentur in divinis officiis: ut rubore ſuffuſi, facilius ad gremium matris eccleſiæ reverterentur: maximè, cùm clerici de adulterio convicti, ſint deponendi, & in monaſterio toto vitæ ſuæ tempore detrudendi, ſicut ex quinto Concilio Aurelianenſi habetur, & ſicut per Pelagium Papam conſtitutum fuit: & in canonibus apoſtolorum, & in Concilio Aurelian. 81. diſt. ſi quis clericus. & cap. Romanus. & cap. preſbyter. & c. ſi quis epiſcopus. & c. ſi diaconus. & 89. diſt. preſbyter. Nam etiam conſtitutum fuit à Nicolao Papa, & ab Alexandro 2. & à Leone Papa, quòd nullus Miſſam audiat presbyteri quem ſcit concubinam habere indubitanter, vel ſubintroductam mulierem, 32. diſt. nullus. & c. prętet hoc. de coha. cleric. & mulie. unam 15. quæſt. 8. ferè per totum. De dictarum tutem mulierum adulterarum pœna multa ſunt in Conciliis conſtituta, quæ minimè obſervantur. Et ideo aliquando adulterinos partus interimunt: & nec talibus in vita negatur communio, quibus non eſſet in vita concedenda: ſicut habetur in 43. c. dicti Concilii Elibertani: & in 68. & de dictis adulteris, infrà eod. Concil. 64. v. & 9. 70. 72. De dictis autem presbyteris & diaconibus ſi poſt ſuſceptum ordinem filios genuerint, habetur in primo cap. 1. Concil. Tolet. & in 17. cap. dicti Concil. continetur de eo qui uxorem habet, quòd non communicet ſi concubinam habeat. In 7. autem Concil. Tolet. 4. diſput. ſtatuitur, quod epiſcopi qui cum mullieribus polluuntur, locis ſuis, ordine & dignitate priventur. Et in v. diſput. dicti Concilij de ſacerdotibus & miniſtris ſtatuitur illud idem. Et in

4. autem c. Concilij Valentini continetur, quòd ſi diaconi, preſbyteri vel epiſcopi mortali crimine dixerint ſe pollutos, quod deponantur, vel ex veteri confeſſione, vel ex mendacio falſitatis. Concordant 24.25.cap.in Concilio Bracharen.& 77. & 6. capitulis.

TITULUS LX.

Vt hi qui baptizantur, & qui ad confeſſionem accedunt; nihil ſolvant, & quòd pro ſepulturis nihil recipiatur, nec pro aliis ſpiritualibus.

EQuidem in 48. cap. Conci. Elibertani fuit conſtitutum, quod illi qui baptizantur, nummos in eccleſia Dei non ponant, ſicut hactenus fieri ſolebat, ne ſacerdos quod gratis acceperit, pretio diſtrahere videatur: & dictum Concilium & ferè omnia jura tractantia de ſimonia, ſicut tota prima cauſa, & tituli de ſimonia non ſerventur: Videretur eſſe de competenti remedio ſuper hoc providendum. Nam beneficia in multis partibus per venalitatem obtinentur aut in ſolutum dantur. Et eodem modo monachorum, monialium & aliarum perſonarum regularium, marium & fœminarum, niſi ſint de ordine paupertatis: religioſus ingreſſus, ſummariè etiam ſepulturæ in multis locis venduntur. Et in aliis pro baptiſmo, pœnitentia, euchariſtia & aliis eccleſiaſticis ſacramentis pecunia ex quadam peſtifera conſuetudine recipitur, & levatur: neque proſunt remedia ſuper hoc conſtituta, pro eo quod multi ex majoribus columnis, & prælatis eccleſiæ in his peccant. Et ideo quia ab his malè agi-

Gratis acceptū pretio diſtrahi non debet.

Malè à ſuperioribus actū de facili à ſubditis trahit.r in exemplum.

tur, facilè trahitur à ſubditis in exemplum. extr. de baptiſmo & ejus effectu. majores. Et dum incurvantur hi qui præeunt ad ferenda onera peccatorum, facile inclinantur ſequentes. 37. diſt. §. ut itaque. De talibus nempe poteſt intelligi illud Grego. Laqueus enim juvenum omnes vos. 2. quæſt. 7. Paulus. Ad prædicta facit 20. titulus in hac ſecunda parte poſitus, de ſymonia & exactionibus quæ in Romana curia & alibi à promotis requiruntur. Ad prædicta facit 13. quæſt. 2. queſta eſt nobis Nereida. cum ſequentibus, & 4. & 3. cap. 2. Conc. Bracharen.

TITULUS LXI.

De Iudæorum & aliorum infidelium familiaritate & converſatione evitanda. Et ne publica officia eis committantur: nec ſerviant in curiis principũ: & ut foventes ſarracenos puniantur.

ITem in l. ca. prædicti Concilij Elibertani fuit etiam conſtitutum, quod ſi quis clericus vel alius fidelis cum Judæis cibum ſumpſerit, à communione pellatur, & dictum Concilium & alia non ſerventur: quoniam in multis partibus ſicut in Hiſpania ad dignitates ſeculares aſſumuntur contra l. ult. C. de Judæis. Etiam ad officia & miniſteria in quibus ponunt clericos & perſonas eccleſiaſticas: & eccleſias & Chriſtianos gravare nec in hoc ſicut deceret per provincialia Concilia provideatur, de accuſation. ſicut olim. nec per epiſcopos ſicut fuit ſtatutum in Concil. Toletano, quod habetur 54. diſt. nulla. 17. quæſt. 4. conſtituit. de Judæis cum ſit. & c. ad liberan-

Cum Iudæis cibum ſumere non debemus, nec eos ad dignitates ſeculares aſſumere.

Digitized by Google

dam. ante finem. & in 57. 61. 62. 3. 4. & 5. cap. 4. Conci. Tole. Dictis etiam Judæis multi vendant redditus ſuos, nec ad dictos redditus levandos deputent Chriſtianum: ſicut ſtatutum eſt ab eccleſia de Judæis. in cap. ex ſpeciali. Sed tales blaſphemi Chriſti vim poteſtatis exercent in homines Chriſtianos, contra Concilium generale de Judæis. in cap cum ſit. & c. in fi. Dicti etiam Judæi ab aſſidua communione Chriſtianorum non abſtineant, licet hoc fuerit in 4. Tole. Conci. conſtitutum, ne ſimplices corrumperentur ab eis. 28. quæſt. 1. ſæpe. de Judæis. ad hoc. Dicti etiam Judæi in multis partibus ad teſtimonium contra Chriſtianos & ad actus legitimos admittuntur, à quibus eos jura repellunt. 2. quæſt. 7. alicui. & de Judæis. cap. Judæi. Chriſtiana etiam mancipia habent & ſecum retinent: quanquam canones prohibeant quod nullus Judæus baptizatum vel baptizari volentem, in ſuo ſervitio audeat retinere, ut de Judæis. cap. ult. in principio. In diebus etiam lamentationum & dominicę paſſionis in multis partibus in publicum prodeunt. Et in die paraſceves oſtia & feneſtras clauſas non tenent. Quinimo dictis diebus in contumeliam fidei noſtræ multa illicita agunt contra jura. de Judæis. Judæos. & extra. c. in cap. in nonnullis. §. in diebus. quia dicti etiam Judæi in multis partibus rotam ſive ſigna non deferunt. Et ideo frequenter Judæi Chriſtianorum & Chriſtiani Ju- Judæorum mulieribus carnaliter commiſcentur, & in fide & moribus corrumpuntur: quod eſt contra jura. 28 quæſt. 1. cave Chriſtianæ. de Judæis. in nonnullis. primo reſpon. Unde in dicto Conci. Elibertano 78. cap. ſtatuitur, quod ſi quis

Judæus contra Chriſtianum non perhibet teſtimonium.

Digitized by Google

ſidelis habens uxorem, cum Judæa, vel Gentili mœchatus fuerit, à communione arceatur. Debent igitur habitum à Chriſtianis diſtinctum deferre. Sicut enim habitus noviciorum diſcerni præcipitur ab habitu profeſſorum. de regularib. ſtatuimus: & in qualitate veſtis diſcerni debet meretrix à matrona. ff. de injur. l. 1. §. ſi quis virgines: & miles à privato. ff. de loca. & condu. ſi ignoras. & mulier per longum crinem. 30. diſt. ſi qua mulier. & clericus à laico. 23. diſt. his igitur. & c. non liceat. de vita & honeſta. clericorũ. Sic etiam diſcernere debet ubique Judæos prædictos. Prædicti etiam Judæi medicinas Chriſtianis præbent: & inter ipſos officium medicorum exercent: & ſe frequenter in eiſdem eorum balneis cum eis balneant: & cum eis comedunt contra jura. 28. quæſt. 1. nullus. & cap. omnes. quæ cap. ſunt 8. Syno. & Concilij Agathen. In multis etiam partibus per ipſos Judæos Deus blaſphematur, nec puniuntur per dominos ſeculares, ſicut jura præcipiunt, ut in dicto cap. in nonnullis. §. ulti. & de blaſphemiis. cap. unico. Quinimmo dicti principes, potiſſimè in Hiſpania, eos ducunt in cubicularios, & in picernas, & botellarios: & totius domus eorum adminiſtratores retinent: & cibi & potus eiſdem dominis adminiſtrantur ab eis: à quibus omnibus exceſſibus eſſent tam principes quam ipſi Judæi compeſcendi. Potiſſimè cum per ipſos Judæos religioſi ad dictos principes venientes, & clerici, & alij Chriſtiani, frequenter dicuntur turpiter & inhoneſtè eſſe deluſi. Et idem etiam videtur providendum de Chriſtianis maritimis transfretantibus & in convicinio Sarracenorum & alio-

Chriſtianus cognoſcens carnaliter Judæam punitur.

Diſtinctio habituum hic ponitur.

Digitized by Google

rum infidelium poſitis. Nam eædem inconvenientiæ ſequuntur quæ ſupraſcriptæ ſunt. A Judæis & à multis falſis Chriſtianis foventur: & arma & alia vetita portant eiſdem. Nec ſervatur lex quæ talia facientes decapitari præcipit, bonis omnibus publicatis. C. quæ res expor. non debent. l. 2. Nec ſervatur etiam Conci. Lateranen. ſecundum quod tales etiam ſunt excommunicati ipſo jure: & ſunt ſervi capientium: & bonorum omnium amiſſione mulctantur. de Sarracenis. ita quorundam. Et in talium abſolutione, quando ad gremium matris eccleſiæ revertuntur, non ſervatur forma debita & à jure ſtatuta, ut ſcilicet, quod lucrati ſunt & tantundem de ſuo in ſubſidium terræ ſanctæ conferant priuſquam abſolutionis beneficium mereantur, ſecundum formam Concilij generalis. de Judæis & Sarracenis, ad liberandam terram ſanctam: quia quaſi pro nihilo in Romana curia, & ab aliis quibus per eam conceduntur indulgentiæ, abſolvuntur. quod cedit in perniciem & diſpendium terræ ſanctæ: & in confuſionem & ignominiam fidei orthodoxæ, & Rom. eccle. & ex hoc fit ut propter impunitatis audaciam fiant (qui nequam fuerant) nequiores, & facilitas veniæ incentivum eis tribuat delinquendi. de ſenten. excom. ut fame. 23. quæſt. 4. eſt injuſta. ff. de pœnis. l. 1 §. famoſos.

Facilitas veniæ incentivum tribuit delinquendi.

TITULUS LXII.

De luſoribus alearum & taxillorum: & aliis ludis prohibitis.

IN 79. cap. Concilij Elibertani fuit conſtitutum, quod ſi quis fidelis ad aleas ſive tabulas luſerit, quod ab ejus communione abſtineatur; & ſi abſtinuerit, & ſe emendaverit, quod poſt annũ recipere poſſit communionem. Et cum prędictus alearum ludus & etiam taxillorum, & alij ludi prohibiti à Conciliis & à Romanis pontificibus & juribus, in conſpectu eccleſiæ & principum, & omnium fidelium ita publicè inter Chriſtianos fiant, ac ſi eis uti licitum eſſet. Et idem fiat & ſervetur in ſagittariis & baliſtariis, quorum ars adverſus Chriſtianos & catholicos ſub anathemate exerceri prohibetur ab Innocen. 2. extra de ſagittariis. cap. unico. & etiam in torneatoribus, quorum ars in Concilio Lateranenſi, & ab Innocentio & Eugenio Papa propter animarum pericula prohibetur. Et præcipitur, quod ſi quis in dictis torneamentis mortuus fuerit, eccleſiaſtica careat ſepultura, ut de torneamentis cap. 1. Et idem etiam fiat in duellatoribus, quorum monomachia ex decreto Nicolai Papæ eſt prohibita. 2. quæſt. 5. monomachia. & etiam à leg. ſeculari. C. de gladiatoribus. l. unica. Videretur quod eſſet ſuper his, & ſuper conſimilibus providendum propter animarum periculum: & ne eccleſia videretur talia quæ ad peccandum incitativa ſunt, & peccatorum occaſio, tolerare. De epiſcopis autem, prœſbyteris & diaconibus,

Pœna luſoris ad aleas & tabulas ponitur.

Clericus aleator à promotione repellitur.

aleæ ludo & ebrietati deſervientibus, continetur in canonibus apoſtolorum quod puniantur. 35. diſtin. epiſcopus. & in Concilio generali prohibetur, quod clerici ad aleas & taxillos non ludant: nec hujuſmodi ludis interſint. de vita & honeſt. cleri. cap. clerici 2. ne cleri vel mona. c. 1. Et clericus publicus aleator à promotione repellitur. de exceſſi. prælato. inter dilectos. & facit in autenti. de ſanctiſſi. epiſcopis. §. interdicimus. ubi præcipitur quod triennio tales à ſuo miniſterio arceantur: hujuſmodi enim ludus videtur infamare. Nam ex eo ſequitur eccleſiæ ſpretus, uſuraque ſive rapina, ſcandala vel nugæ, blaſphemia, ſeu faciendi furti doctrina, violentia, crimina falſi, & mortis cauſa, deceptio, perditioque tẽporis, & deſideriorum corruptio: jungentur iſtis prædictis adulatio vitaque turpis. Sicut proſequitur Hoſtien. in ſumma de exceſ. prælato. §. 1. verſ. notantur.

Quæ ex alearũ luſu ſequũtur.

TITULUS LXIII.

Ne fœminæ conjugatæ abſque maritorum nominibus literas mittere vel recipere audeant.

Literæ ſine maritorum votis à mulieribus non mittantur nec recipiãtur.

ITem in ultimo cap. dicti Concilij Elibertani fuit conſtitutum, quod fœminæ conjugatæ fideles abſque maritorum nominibus & ſcientia, literas recipere non audeant nec etiam deſtinare: & hoc propter mala quæ ex talibus hactenus evenerunt, fuerit conſtitutum, & modernis temporibus non ſervetur. Sicut nec de monachis, de quibus etiam ſcribitur quod abſque licentia ab-

batis literas non recipiant. 12. quæſt. 1. non dicatis. Videretur laicis forſitan utile dicta jura renovari, cum propter contrarium uſum ludibrio videantur.

TITULUS LXIV.

Ut in dominicis & aliis feſtivis diebus cauſarum ſtrepitus conquieſcant, ac nundinæ & opera illicita & etiam ruſticana.

SEcutivè in 4. cap. Concilij Tarraconen. fuit conſtitutum quod nullus epiſcoporum aut preſbyterorum, vel clericorum die dominico propoſitum cujuſcunque cauſæ negotium audeat judicare, niſi ut Deo tantum ſtatuta ſolennia peragantur. Et iſtud, ut dominicis & feſtivis diebus ceſſetur à judicialibus, & etiam ab omni illicito opere & à nundinis & mercatis: ſitque aliis Conciliis & juribus conſonum, & propter ſanctorum venerationem & animarum pericula, quæ inde inſurgunt, & ob Dei reverentiam fuerit introductum: & ſolennes feriæ appellentur: ut extra de fer. cap. 1. & ult. & in aliis cap. ejuſdem Conci. C. de fer. l. omnes & l. dies. & prædicta jura & conſimilia non ſerventur, potiſſimè in regno Franciæ & in aliis: in quibus regnis, diebus dominicis & feſtivis placitatur, nundinæ & mercata fiunt: & alia opera ruſticana & illicita: Videretur eſſe ſuper hoc providendum, cùm plura mala in dictis dominicis & feſtivis diebus quam in aliis committantur, & frequenter ſe populi exerceant in ludis turpibus & amatoriis plauſibus, & cantilenis, quod prohibetur in 4.

Nundinæ diebus feſtivis non fiāt nec placita.

Digitized by Google

Conci. Toleta. de conſe. diſt. 4. c. 1. quinetiam dictis diebus & quadrageſimalibus non deberent ipſi fideles ſe ab eccleſiis abſentare: nec in cubiculorum latibulis habitare, ſicut habetur in 2. c. Concilij Cæſarauguſtani.

TITULUS LXV.

De clericis in eodem loco degentibus, ut ſaltem die ſabbati in Veſperis, & die dominica ſubſequenti inſimul conveniant ad divina.

IN 7. cap. prædicti Concilij Tarraconen. fuit conſtitutum, ut totus clerus ejuſdem parochiæ omnibus diebus Matutinas & veſperas ſimul celebret, & quod die ſabbati ſpecialiter conveniant, & in diebus dominicis in omnium præſentia ſolennia celebrentur. Et dictum Concilium eſt aliis conforme & juribus conſonum, ſicut habetur. 91. diſtin. quaſi per totum. Videretur utile prædictum Concilium obſervari. Nam in 5. cap. 1. Concil. Toletani ſtatutum eſt, quod ſi cujuſlibet ordinis clericus tardius ad eccleſiam venerit, deponatur: & in 63. cap. tertij Concilij Bracharen. continetur, quod ad matutinum & veſpertinum officium conveniant. & in 64. quod diebus dominicis ab eccleſiis non ſe abſentent. & in 65. quod ante horam tertiæ non prandeant, & in 66. quod cum habitu decenti incedant.

Digitized by Google

TITULUS LXVI.

De epiſcopis, ut annis ſingulis viſitent diœceſes ſuas, & quod idem faciant illi quibus competit viſitare, & ne in abſentia procurationes quomodolibet recipere poſſint.

ITem in 8. cap. dicti Concilij Tarraconen. poſito 10. quæſt. 1. decrevimus, fuit conſtitutum quod epiſcopi ſingulis annis eccleſias ſuas viſitent diœceſanas. Et idem fuit in aliis Conciliis & juribus conſtitutum, ſicut in 4. Conci. Toleta. ead. quæſt. epiſcopum. quinimo epiſcopi, archidiaconi, præpoſiti, & alij quibus officium viſitandi incumbit, & hoc communiter non ſervetur: ſed prædicti à ſede apoſtolica & aliis viis, procurationes quas viſitando recipere non deberent, ſibi miniſtrari procurent: quæ duplex infamia negligentiæ & avaritiæ ſanctis patribus magno hactenus fuit horrori: ex quo ſtatuerunt ne quis deinceps tale cupiditatis ingenium exerceret: ut ex hoc ſollicitiores fierent de ſuis gregibus viſitandis. Providentes ut quando eſſent languore detenti, aut aliis occupationibus implicati, loco ſui viros aliquos probabiles deſtinarent, ſicut ſtatutum fuit in 4. Concilio Tolet. 10. quæſt. 1. relata. & c. epiſcopum 42. diſt. non oportet. Primo videretur utile & proficuum eccleſiis, quod Romana eccleſia nullatenus indulgeret hujuſmodi procurationes in abſentia recipi, & quod conſtitutiones Greg. 10. & Bonifacij, de cenſibus & procurationibus exigent. & c. felicis. & alia jura ſuper eod. tit. & in aliis edita

ſervarentur. unde in 21. c. Conc. Tol. fuit conſtitutum, ut epiſcopus angarias vel indictiones in diœceſibus non exigat, quod cap. ponitur 10. q. 3. quia cognovimus: ut in præcedenti cap. dicitur, quod eccleſia cum ejus dote in epiſcopi poteſtate conſiſtat. 10. quæſt. 1. cap. 2. & 3. In 36. cap. quarti Concilij Toletani præcipitur, quod epiſcopi per ſingulos annos viſitent diœceſes & parochias ſuas. In ſecundi autem Conci. Bracharen. cap. primo, & tertio, quod ponitur 10. quæſt. 1. placuit. dicitur, quod epiſcopi viſitantes eccleſias gravare non debent, ſed debent inquirere qualiter rectores & miniſtri divina officia peragant: & eos inſtruere in prædictis quod eccleſia eſt immunis & libera à prædictis, niſi probetur eſſe ſerva. Nec videtur quod ad illam ſervitutem poſſit indici per dominum Papam: qui in contrariũm dicitur aliqua privilegia aliquibus regibus conceſſiſſe: quia hæc ſunt privilegia eccleſiæ generalia favorabilia, generaliter conceſſa, & perpetuo confirmata, quæ ſine eccleſiæ deformitate tolli non poſſunt. 25. quæſt. 1. fere per totum. & ead. cau. quæſt. 2. cap. 1. 2. & 3. & c. eccle. & ſeq. & præcedenti. unde uno verbo non videtur, quod ipſe qui jura tuetur, tanta & tam generalia & favorabilia jura & privilegia ſubvertere poſſit: ut C. de inoffi. teſta. ſi quando. & de elec. eccleſia. §. denique. & de hoc fuit tactum aliqualiter ſupra. in 1. & 2. titu. hujus ſecundæ partis.

Eccleſia cũ eius dote in epiſcopi eſt poteſtate.

Eccleſia eſt libera & immunis.

Vnico verbo iura nõ præſumuntur ſubverti.

Item nec illa immunitas prætermittenda eſt, ſecundum quam quilibet poteſt regulariter rem ſuam eccleſiis relinquere, & quod etiam extra manum ſuam ponere non eſt cogendus, contra

quam multi principes & tyranni diverſas machinationes ingerunt. Unde contra eos multa hactenus prodiderunt remedia. & noviſſime per dominum Alexandrum de immunitate eccleſiarum. quia nonnulli. & per dominum Bonifacium in cap. clericis. quæ remedia non proficiunt. Contra tales invehit Concilium generale de rebus eccleſiæ non alienandis. cum laicis, ibi non ſolum de alienatione feudorum & aliarum poſſeſſionum eccleſiaſticarum & uſurpatione juriſdictionũ; ſed etiam de mortuariis, & pro anima relictis de quibus aliqui ſtatuerunt, quod eccleſia infra annum & diem diſtrahat, aliàs authoritate propria relicta occupabunt contra legem. C. de ſacroſan. eccleſiis generali. & l. jubemus. ubi dicit quod cuilibet licet res patrimoniales vel partem ſive cauſa mortis vel jure inſtitutionis, vel quocunque alio modo relinquere eccleſiæ, vel inter vivos donare: nec eſt neceſſe quod talis donatio actis inſinuetur. C. de ſacroſan. eccleſiis. l. illud. Nam in donationibus quæ fiunt eccleſiis optima menſura eſt immenſitas. in autent. de non alienan. aut permutan. reb. eccle. §. ſinimus. collatione ſecunda. Adeo quod ſi quis de curiali fortuna reliquerit tales donationes eccleſiæ, lucrativis inſcriptionibus liberæ ſunt & immunes. Cur enim non facimus diſcrimen inter res divinas & humanas? C. de ſacroſanctis eccleſiis. l. ſancimus. ca. 2. Et hæc etiam futurum tempus reſpiciunt. in autentico de eccleſiaſticis titu. §. ad hæc ſancimus. & §. ſeq. Si quæ vero & ſi qua conſtitutio in contrarium promulgetur, irritanda eſt. C. de ſacroſanctis eccleſiis. decernimus. C. de epiſco. & cleri. omnia privi-

Immẽſitas quãdoſit optima menſura ponitur.

Digitized by Google

Relictū in ultima voluntate eſt favorabile.

legia. hoc enim jus quod eſſet, relinquatur, maximè in ultimis voluntatis. C. de ſacroſan. eccleſ. l. i. Tum favore animæ. 13. qu. 2. animæ defunctorum. C. de ſacroſanctis eccleſ. ſancimus. Tum favore eccleſiæ, quæ, etiam habetur loco filiorum in auten. de ſanct. epiſc. §. ſed & hoc præſenti. extra de probatio. in præſentia. §. pen. in autent. de eccleſ. tit. Si quis in nomine magni Dei. colla. 9. Nulla igitur conſtitutione contrarium ſtatui poteſt, cùm ſine periculo animæ ſervari non poſſit. de conſuet. cap. fin. & de præſcriptio. cap. fin. hîc igitur triplex funiculus rumpitur difficulter. de treug. & pa. c. fin.

Laici circa libertatem & eccleſiaſticam iuriſdictionem.

Item uſurpatur juriſdictio eccleſiaſtica, & violatur immunitas & libertas eccleſiæ à dictis dominis temporalibus, qui intra eccleſias & monaſteria, clauſtra & cimeteria, ſedes & placita ſecularia tenent, & proceſſus ſuos faciunt in eiſdem: nec proſunt contra hoc antiqua remedia, neque nova. de immunita. eccleſ. cap. 1. & 2. cum eccleſia. & cap. decet de electio. quod ſicut. de appellation. qua fronte. 2. quæſt. 2. §. ultimo.

Item quia ab eccleſiis & monaſteriis & perſonis eccleſiaſticis halbergum & hoſpitium violenter petere, & pro ſe & ſuis neceſſaria exigere, quaſi & debito non verentur, quinimmo quantò majores in hoc potius peccare videntur: nec in hoc proſunt jam conſtituta remedia de immu. eccleſ. cap. 1. 42. diſt. quieſcamus. C. de epiſ. & ele. lib. 1. in Concil. generalib. de rebus eccleſiæ non alien. hoc conſultiſſimo.

Extenſio eccleſiarum immunitatis in paſſibus conſiſtēs.

Item violant immunitatem eccleſiaſticam 40. paſſuum majoribus eccleſiis, & minoribus 30. conceſſam. 17. quæſt. 4. ſicut antiquitus. & cap. frater, & cap. miror.

Digitized by Google

Item ſi aliqua perſona eccleſiaſtica poſſidens immobilia, pro homicidio, vel cæteris criminibus ex quibus bonorum ſequitur confiſcatio, puniatur: non permittunt hujuſmodi immobilia diſtringi per eccleſiam, nec etiam confiſcari; quod eſt contra eccleſiaſticam libertatem, & etiam contra jura: cum bona perſonas amplexentur, eámque concomitentur, & non econtra. de clericis conjugat. quod à te. de renuntia. ex tranſmiſſa 17. quæſt. 4. cap. ult. ff. de colleg. illici. l. 1. in fi. 17. quæſt. 6. de lapſis. & cap. cognovimus. & cap. illud. & cap. epiſcopo. *Bona perſonas amplexantur.*

Item privilegia eccleſiarum ac compoſitiones cum eis vel eorum procuratoribus factas, non ſervant, ſed ſemper eccleſiaſticas perſonas & eccleſias ac monaſteria pro prædictis moleſtant; contra illud quod Gelaſius Pap. ſtatuit. 16. quæſt. 3. placuit, dicens: Placuit huic ſanctæ & magnæ ſinodo, ut res vel privilegia, quæ Dei eccleſiis ex longa cõſuetudine pertinent, ſive à divinæ recordationis Imperatoribus, ſive ab aliis Dei cultoribus in ſcriptis donata, & ab eis per annos triginta poſſeſſa ſunt, nequaquam à poteſtate præſulum eorum quæcumque perſona ſæcularis per poteſtatem ſubtrahat aut per argumenta quælibet auferat. Sed ſint omnia in poteſtate & iuſſu præſulis eccleſiæ, quæcumque intra triginta annorum ſpatia ab eccleſiis poſſeſſa fuiſſe noſcuntur. Quiſquis ergo ſecularium vel clericorum contra præſentem definitionem egerit, tanquam ſacrilegus indicetur, & donec ſe correxerit & eccleſiæ privilegia propria ſeu res reſtituerit, anathema ſit. Regi etiam Franciæ videtur imponi neceſſitas quod talia non præſumat, ut habetur ex libro ca-

Digitized by Google

pitulorum Caroli & Ludovici Imperatorum. 16. quæſt. 1. quia iuxta.

Item pro voluntatibus eorundem & abſque cauſis rationabilibus ponunt dicti domini temporales manum ſuam & ſervientes in bonis eccleſiarum & monaſteriorum, & quaruncumque eccleſiaſticarum perſonarum etiam frequenter in caſibus in quibus non apponerent in bonis ſecularium perſonarum: & tam diu dictam manum & ſervientes in dictis bonis tenent, quouſque dictæ perſonæ eccleſiaſticæ ſe erga eos redimant.

TITULUS LXVII.

De muneribus pro judiciis, juriſdictionibus & officiis non recipiendis: & emolumentis juriſditionum non vendendis: & quòd eccleſia nihil recipiat ab uſurariis & Iudæis: nec de bonis eorum, nec aliorum qui cum notorio peccato ea acquirunt. Sed diſtribuat pauperibus, vel reſtituat quibus debet.

IN 10. cap. Concilij Terraconen. fuit conſtitutum, ne qui clericorum pro impenſis patrociniis & judiciis munera recipiant: & idem ſit in aliis Conciliis & juribus conſtitutum, ne judices etiam judicium juſtum vendant, neque per ſortes judicent. 11. quæſt. 3. non licet judici. extra de ſentent. & re judic. cum æternit. lib. 6. & contra prædicta jura & conſimilia hodie quaſi indiſtinctè à miniſtris juſtitiæ, maximis, mediocribus & minimis, munera recipiantur, & exitus & proventus juriſdictionum vendantur contra proviſionem Conciliorum Lateranen. &

Digitized by Google

Turonen. ne prælati vices ſuas ſub annuo cenſu concedant. cap. 1. & 2. ex hoc humanum judicium pervertitur & judicantium oculi muneribus excæcantur. Sicut Greg. ait 11. quæſt 3. quatuor modis. & ſecundum legem canonizatam venales ſententiæ quæ in mercede à corruptis judicibus proferuntur, etiam citra interpoſitæ provocationis auxilium infirmas eſſe decernuntur. ut leg. venales. C. quan. provo. non eſt neceſ. ij. quæſt. vj. ei qui appellat. verſiculo, venales. Videretur in utroque ſtatu eccleſiaſtico & ſeculari eſſe ſuper hoc providendum. Nam ut ait Iſidorus, pauper dum non habet quid offerat, non ſolùm audiri contemnitur, ſed etiam contra veritatem opprimitur. Cito namque violatur auro juſtitia, nullámque reus pertimeſcit culpam quã redimere nummis exiſtimat. 11. quæſt. 3. pauper Videretur inſuper providendum & ordinandum quod eccleſia nihil reciperet ab vſurariis & Judæis: nec de bonis eorum qui cum notorio peccato ea acquirunt, Sed diſtribuat pauperibus & diſtribuat quibus debet.

Venales ſententiæ non ſint.

Redemptio culpæ non fiat nũmis.

TITULUS LXVIII.

De officio eccleſiaſtico uniformiter in una quaque provincia, & etiam in quolibet regno dicendo.

IN primo cap. Concilij Gerunden. fuit conſtitutum, quòd ſicut in metropolitana eccleſia officium agitur, ita in tota provincia tam ipſius miſſæ ordo, quàm pſallendi vel miniſtrandi conſuetudo ſervetur. Et hoc idem conſtitutum fuit in 11. Concilio Toletano. cap. 3. 12. diſtinct.

Aſſumere regulas magiſterii unde honoris conſecrationem ſuſcepiſti.

de his. ne aliqua diverſitate cujuſcunque ordinis, vel officij à metropolitana ſede disjungantur. Nam juſtum ſit ut unuſquiſque inde aſſumat regulas magiſterij unde honoris conſecrationem ſuſcepit: ut juxta decreta majorum, ſedes quæ uniuſcujuſque ſacerdotalis dignitatis mater eſt, ſit eccleſiaſticæ magiſtra rationis. Et hoc idem præcipitur ab abbatibus obſervari, ut juxta voluntatem ſui epiſcopi regulariter viventibus, veſperas, matutinum & miſſam aliter quam ſit in metropolitana eccleſia, celebrare non liceat. Et ſi quis contrarium fecerit, quod ſex menſibus communione privatus apud metropolitanum ſub pecuniæ cenſura maneat corrigendus. Et ſupradicta Concilia rationabiliter conſtituta non ſerventur. Et ex hoc diverſæ locorum conſuetudines diverſimodè varientur: nec inveniri poſsint cauſæ quas in eis conſtituendis ab initio habuerunt. Videretur ſecundum quod Auguſtinus ſcribit ad inquiſitores Ianuarij, quòd haberent omnia prædicta reſecari, 12. diſt. omnia. Nam multæ tragediæ, & moteti, & alia ex quibus auditores non ædificantur, non ad devotionem, ſed potius ad contrarium excitant: quod eſt directè contra illud per quod eſt officium inſtitutum. Sicut Iſidorus in ſeptimo libro Etymologiarum, 12. capitul. atteſtatur. 92. diſtinctione, cantantes. Ex prædicta etiam diverſitate ſequitur magna incommoditas eccleſiaſticis perſonis: quia (cum longiſſimis temporibus laboraverint ad ſciendum officium unius eccleſiæ vel diœceſ. tranſlati ad aliam quaſi officij reperiuntur ignari. Difficile namque eſt inexpertos divinis officiis mancipari. 19. quæſtio. 3. monaſteriis. Unde ex

Digitized by Google

prædicta diverſitate perdunt multi pauperes clerici & preſbyteri victum ſuum: & multi prælati convenientes & idoneos non inveniunt in divino officio ſervitores: & in 2. cauſ. 4. Concilij Toletani continetur, quòd nulla penè peſtis magis diſciplinæ mores ab eccleſia Chriſti depulit, quàm inordinata diverſitas officij: quæ apud carnales ſciſmatis errorem videtur oſtendere, & multis eſt materia ſcandalorum. unde qui in una fide & in uno regno morantur, unum officium dicere præcipiuntur. Idem ſtatuitur in Concilio Bracharen. ubi dicitur, quòd uuus ac idem pſallendi ordo in matutinis & divinis officiis teneatur, & non diverſæ ac privatæ: neque monaſteriorum conſuetudines cum eccleſiaſtica regula ſint permixtæ. & quòd omnes in ſolennitatibus eaſdem lectiones legant. & quòd miſſæ eodem ordine celebrentur, quod cap. ponitur, 12. diſtinct. placuit.

Inordinata officii diverſitas quid operetur.

TITULUS LXIX.

Ut mulieres à virorum cœtibus, & à Ludis, & inhoneſtis tactibus retrahantur: & ut coma, & habitu diſcernantur à viris.

PRæterea in 1. c. concilij Cæſaraug. fuit conſtitutum, quod omnes mulieres fideles à virorum alienorum lectione, & cœtibus ſeparentur, ne ad ipſas prætextu docendi vel diſcendi quicquam accedant: & dictum Concilium, & multa ſimilia non ſerventur, & multæ familiaritates & confabulationes illicitæ contrahantur: quia tam in eccleſiis, quam extra eccleſias, viri & mu-

Digitized by Google

lieres extraneæ ab eorum parentela, in diverſis ludis ſe exercitant: & tactibus, appetitibus, & applauſibus mutuò ad concupiſcentiam inflammantur. Etenim ait Auguſt. de fid. Chriſtian. Nec ſolo tactu & affectu, ſed aſpectu quoque appetitur & appetit concupiſcentia fœminarum. Ne dicatis vos habere animos pudicos, ſi habeatis oculos impudicos: quia impudicus oculus impudici cordis eſt nuntius. Et cum ſe ſibi invicem etiam & tacente lingua conſpectu mutuo corda nuntiant impudica: & ſecundum concupiſcentiam carnis, alterutro delectantur ardore: unde etiam intactis ab immunda violatione corporibus fugit caſtitas ipſa de moribus. 32. quæſt. v. nec ſolo. & c. qui viderit. Videretur fructuoſum animabus, quòd eo ingenio quo decentius fieri poſſet, retraherentur dictæ mulieres à conſortio virorum extraneorum: & à ludis etiam ſupradictis. Et inſuper ſecundum doctrinam Apoſtoli ad Cor. coma & habitu diſcernerentur à viris: unde in Gangren. Concil. ſtatuitur, quod quæcumque mulier religioni dijudicans convenire, comam ſibi amputaverit, quam Deus ad velamen ejus, & ad memoriam ſubjectionis illi dedit, tanquam revolvens jus ſubjectionis, anathema ſit 30. diſt. quæcumque 33. quæſt. v. mulier debet. de conſec. diſtinct. v. fucare quod eſt mulierum provincialium.

Impudicus oculus eſt impudici cordis nuntius.

Coma mulieris ſignificat ſubjectionem.

TITULUS LXX.

De regibus & principibus iuriſdictionem diverſimodè eccleſiaſticam perturbantibus, & uſurpantibus: de aliis potentibus alios expoliantibus: perſonas eccleſiaſticas, pauperes & peregrinos opprimentibus: & illis qui ad limina Apoſtolorum Petri & Pauli, vel ad alia oratoria accedunt, ſua auferentibus excommunicandis, & per eccleſiam compeſcendis.

IN II. cap. I. Concilij Toletani fuit conſtitutum, quòd ſi quis de potentibus, clericum aut quemlibet pauperem, aut religioſum expoliaverit: & mandaverit eum ad ſe venire epiſcopus ut audiatur, & contempſerit: invicem mox ſcripta percurrant per omnes provinciæ epiſcopos, & quoſcunque adire potuerint, ut excommunicatus habeatur ipſe donec obediat & reddat aliena. Et dictum ca. poſitum eſt in decretis. 24. quæſt. 3. ſi quis de potentibus.

Auxilium ab eccleſia oppreſſis impartiatur.

Verumetiam quibuſlibet oppreſſis eccleſia teneatur contra improborum violentias, protectionis & defenſionis auxilium impartiri. ut 88. d. quaſi per totum. & in 32. c. 4. Conc. Toletan. & 38. capit. ejuſdem Concilij. & dicta jura non ſerventur, nec etiam conſimilia ad eccleſiaſticam iuriſdictionem & communem utilitatem pertinentia. ſicut eſt illud cap. Calixti Papæ, 24. quæſt. tertia.

Si quis Romipetas, & peregrinos, & apoſtolorum limina, & aliorum ſanctorum oratoria viſi-

tantes, capere, ſeu rebus quas ferunt, ſpoliare: & mercatores novis teloneorum & pedagogiorum exactionibus moleſtare tentaverit, donec ſatisfecerit communione careat Chriſtiana.

Et illud cap. Nicolai Papæ, eadem quæſt. Illi qui peregrinos, vel oratores cujuſcunque ſancti, ſive clericos ſive monachos, vel fœminas aut inermes pauperes deprædati fuerint, vel bona eorum rapuerint, vel in malum eis obviaverint, anathematis vinculo feriantur, niſi dignè emendaverint. Pax verò illa, quam treugam Dei dicimus, fideliter obſervetur, ſicut ab archiepiſcopis & epiſcopis uniuſcuiuſque provinciæ conſtituta eſt. Qui autem eam infregerit, excommunicationi ſubdatur. & illud ex dictis Gregor. 2. ead. quæſt, quiſquis per dolum manum ſuam mittit in Chriſtum, id eſt epiſcopum vel preſbyterum: quia ſacrilegium grave committit.

Incendiarius eccleſiæ punitur.

Et ſi quis eccleſiam Dei vaſtat aut impugnat, aut incēdit: quia & hoc graviſſimum ſacrilegium eſt, placuit ſanctæ ſinodo, ut in primis omnia bona ejus proſcriptione publicentur: deinde in uno loco 1. monaſterio incluſus pœniteat omnibus diebus vitæ ſuæ.

In tuto ſint bona eccleſiæ & miniſtri eius

Et illud Vrbani Papæ, eadem quæſt. Paternarum traditionum exemplis commoti, paſtoralis officij debitum perſolventes, eccleſias cum bonis ſuis, tam perſonis quàm poſſeſſionibus, clericos videlicet ac monachos, eorumque converſos, vel commiſſos: oratores quoque cum ſuis nihilominus rebus quas ferunt, tutos & ſine moleſtia eſſe ſtatuimus. Si quis autem contra hoc facere præſumpſerit, & poſtquam facinus ſuum

Digitized by Google

ſuum recognoverit, infra triginta dierum ſpatium competenter non emendaverit, à liminibus eccleſiæ arceatur, & anathematis gladio feriatur.

Et illud Alexand. Papæ 17. quæſt. 4. Si quis deinceps priorum, aut cujuſcumque ordinis laïcorum epiſcopum comprehenderit vel percuſſerit, aut aliqua vi à propria ſede expulerit, niſi fortè judicatum canonicè, auctores vel cooperatores tanti ſceleris anathematizentur, & bona eorum eccleſiæ ipſius juri perpetuo tradantur. Si verò in preſbyterum vel in quemcumque inferiorum graduum clericum hæc eadem præſumpſerit, canonicæ pœnitentiæ ac depoſitioni ſubjacebit. Si contumax fuerit, excommunicetur.

Qui epiſcopum comprehenderit, punitur ut hic ponitur.

Videretur ſuper obſervantia prædictorum & aliorum ad eccleſiaſticam juriſdictionem pertinentium fore de competenti remedio eccleſiæ providendum. Nam quaſi per quandam alluvionem fruſtatim domini temporales ad ſe omnia trahunt. Et ſicut fruſtatim lupus agnum comedit, ita & per ipſos juriſdictio eccleſiaſtica fruſtatim quodammodo devoratur, quidquid ad eccleſiaſticam juriſdictionem, potiſſimè quod ad temporalia pertinet, ſibi competere putantes. Et pauci ſunt caſus ad eccleſiam pertinentes, in quibus directè vel indirectè per eos eccleſiaſtica juriſdictio non turbetur in diverſis mundi partibus, nec jam conſtituta remedia proficere poſſunt ſicut experientia docet.

Fruſtatim domini temporales ad ſe omnia trahunt qui ſunt eccleſiæ maximè Gallicanæ.

Turbatur enim per eoſdem eccleſiaſtica juriſdictio in cauſis ſervorum, & ruſticorum eccleſiaſticorum, quos talliant & juſtitiant tanquam ſuos contra illa jura. 89. diſtin. judicatum. duo-

Caſus aliqui in quibus eccleſiaſti-

Digitized by Google

ci in ſua iuriſdi- tione per ſecu- lares pertur- bantur.

decima quæſtio. 2. eccleſiarum ſervos. de for. competen. nullus.

Item in cauſis pœnitentium., qui in cauſis ſuis quas negligere fortè non debent, melius eccleſiaſticum, quàm foren. expetunt iudicium, etiam ſi ſint rei, ſecundum glo. 11 quæſt. 1. aliud de pœnitentia. diſtinct. 1. aliud.

Item in mulctis libertorum & pupillorum, viduarum, & debilium perſonarum quæ pertinent ad eccleſiam quantũ ad poſſeſſorium indiffinitè. de fo. compet. ex parte. Et quantum ad defenſionem & tuitionem ne à potentibus opprimantur. de cenſibus licet. & in præallega. c. ſi quis de potentioribus. 24 quæſt. 3. & cc. ſequentib. & etiam quantum ad petitorium in defectum dominorum temporalium de fo. compet. ex tenore.

Item in cauſis peregrinorum & mercatorum: agricultorum, & in mari navigantium, qui pace & ſecuritate gaudere debent: ut de treuga & pace. innovamus. de peregrin. cap. unico. & de raptori. excommunicatione. & in præalle. cap. ſi quis Romipetas. & cap. paternarum 24. quæſtio. 3.

Item cùm agitur de feudis eccleſiæ, uſurpant ſibi jurisdictionem contra illud de foro compe. verùm.

Item impediunt ne in curia Romana clerici contra laïcos impetrent ſicut conſueverunt hactenus facere indiſtinctè. de jud. c. ultimo. Et etiam quando laicus contra laicum impetrat contra decretalem illam gravem, de ſentẽtia excom. & de arbitr. innotuit. etiam ſi id ſuper quo laicus contra clericum impetrat ſit tale, quòd

pertineat ad forum eccleſiaſticum ratione rerum vel perſonarum. de verbo. ſignific. novimus. §. fin. Et hoc frequenter accidit cùm impetrant contra laicos vel eos conveniunt in crimine ſacrilegij, vel uſurarum, vel hæreſis, vel excommunicationis, vel perjurij, vel adulterij vel fornicationis, vel in cauſa nativitatis, vel iuriſpatronatus, vel decimarum vel rapinarum, de quibus nullum eſt dubium quin pertineant ad eccleſiaſticum forum. ſicut patet de crimine ſacrilegij vel quaſi de fo. compet. cum ſit. & cap. conqueſtus. de crimine uſurarum. de uſuris, quoniam de crimine hæreſis, de hæretic. ad abolendam. & cap. excommunicamus de crimine ſimoniæ, de ſimonia per totum, de crimine excommunicutionis, ſecunda quæſtione prima. mihi. 24. quæſtione tertia. corripiantur. de crimine perjurij. de judi. novit. §. ultimo. de foro competenti. cum ſi laïcus. libro 6. de crimine adulterij, de officio ordina. capi. 1. de procurato. tuæ. de crimine fornicationis, de vita & honeſtate cler. ut clericorum, de cauſa nativitatis, qui filij ſunt legitim. cauſa, & capite. lator. de ordine cognitio. tuam. de cauſa iuris patronatus, de jud. quanto. de cauſa decimarum de decimis. tua. & capite. ſequenti. De cauſa rapinæ, de rapiori. capit. *Quæ ſint de foro eccleſiæ hîc ponuntur.*

Item impediunt quando eccleſia vult cogere aliquem ad ſatisfaciendum de peccato in quo eſt, licet cognitio pertineat ad eccleſiam. de judi. novit. primo reſponſo.

Item impediunt ne adeatur eccleſia in eorum defectum, vel quando vacat imperium, vel regnum ne cognoſcat eccleſia de feudo: ut de fo.

Digitized by Google

compe, licet. de elect. cum inter univerſas. in fine. non permittentes quod ſuppleat defectum eorum contra de offi. ordina. paſtoralis. §. ulti. nec negligentiam eorum contra illud de fo. compe. ex tranſmiſſa & c. verum. & c. licet. & c. ex tenore. de offi. dele. ſignificantibus & c. providentiam. §. penul. & ulti. de offi. ordi. ſignificavit.

Item impediunt ne vidua ſpoliata ad reſtitutionem agens trahat ſpoliatorem coram eccleſia, quanquam perſonæ & cauſæ in hoc ſimul concurrant, contra illud. de fo. compe. ex parte.

Item impediunt ſi quid ambiguum inter judices ſeculares oriatur, ne ad eccleſiaſticos judices recurratur, contra illud qui fi. ſunt legi. per venerabilem. §. licet.

Quando eccleſia cognoſcat de perſonalibus & realibus ac criminalibus.

Item impediunt ne eccleſiæ & curia officialium epiſcoporum cognoſcant ubi conſuetudo antiqua hoc habet, ipſos indiſtincte, de perſonalibus & de realibus & criminalibus, licet conſuetudo in talibus det juriſdictionem etiam in delictis domino ſuper familiam ſuam. de offi. ordi. irrefragabili. de fo. compe. cum contingat. in fi. 9. quæſt. 3. conqueſtus. de arbitris. dilecti. C. de emancipa. l. 1. & ult. Nec prodeſt conſtitutio Bonifaciana. de immu. eccle. quoniam. in qua talia & conſimilia contennentes excommunicationi ſubjiciuntur ipſo facto: nec advertunt dicti domini temporales, quod olim omnes cauſæ tam clericorum quam laicorum deferebantur ad ſacerdotes. ut in prædicto cap. per venerabilem. §. tria quippe. ſive eſſent criminales, ſive civiles, ſive quæcunque aliæ. ut ibidem. & 11. quæſt. 7. ſi quis preſbyter. quod cap. eſt Conci. Tribu-

Digitized by Google

rien. & 11. quæſt. 1. relatum. & c. quicunque. & c. ſacerdotibus. ead. cauſa. & quæſt. 3. cum apud. unde non fit eis injuria nec eorum temporali juriſdictioni ſi laicus (ubi conſuetudo hoc dat) redeat ad ſuum primarium forum, ſcilicet eccleſiaſticum, nec ex hoc ſua vel domini temporalis conditio videtur fieri deterior. arg. ff. de pactis. l. ſi unus. §. pactum. verſicul. quod ſi non vult tollere. ſecundum Goffre. & ex iſto caſu quaſi deperit tota eccleſiaſtica juriſdictio, & ejus generale & univerſale privilegium quod in hoc etiam dat juriſdictionem. de foro competen. cum contingat. cui non videtur quod poſſit renuntiari, ſicut in 3. & in 4. titulo hujus ſecundæ partis ſuperius eſt probatum.

Item impediunt juriſdictionem eccleſiaſticam dicti domini temporales contra effractores pacis & treugarum, dicentes jus regalium eſſe, contra illud de treu. & pa. per totum. & 24. quæſtio. 2. ſi quis. & cap. ſequent. de tranſac. cap. fi. in principio. 90. diſtinctio. præcipimus. 4. quæſt. 1. nulli. & in conſtitutione feudorum, de prohibita feudi alienatione per Fredericum. l. Imperialem.

Item impediunt juriſdictionem eccleſiaſticam in his quæ ratione connexitatis pertinent ad eccleſiam, ſcilicet, in dote, ut de donatione inter virum & uxorem. de prudentia. & c. nuper. & in pœna poſita in matrimonio. de ſponſa. gemma.

Item quando judices temporales ordinariis recuſatis ut ſuſpectis, non patiuntur quod ad epiſcopum civitatis & ad eccleſiaſticum forum habeatur recurſus, licet hoc expreſſe caveatur in

Digitized by Google

autenti. ut diffe. judi. §. ſi vero judex. colla. 9.

Item impediunt juriſdictionem eccleſiæ: quia cum in eos vel in eorum miniſtros aut officiales vel ſubditos excommunicationis, ſuſpenſionis, interdicti ſententiæ proferuntur, gravant ex hoc proferentes, vel res, aut ſubditos eorumdem quouſque abſolutionis beneficium deferunt ad eoſdem, nec ſufficit remedium excommunicationis ſicut ait Greg. de ſenten. excommu. quicunque.

Item impediunt dictam juriſdictionem eccleſiaſticam, perſonas eccleſiaſticas eis diſplicentes pro leviſſimis criminibus carceribus mancipando: in caſibus etiam in quibus laici deprehenſi in maleficiis eiſdem vel gravioribus nullatenus caperentur.

Et quia dictas perſonas eccleſiaſticas incontinenti & libere & abſque redemptionibus, exactionibus & eorum infamia reddere nolunt eccleſiaſticis judicibus eorumdem. Nec contentantur niſi coram eis de clericatu & ejus poſſeſſione cognitio habeatur: nec prodeſt ad contrarium cap. ſi quis ſuadente. 17. quæſt. 4. nec decre. Bonifaciana. ſi judex. de ſenten. excommu. lib. 6. nec decre. eos. de immunita. eccle. eodem lib.

Item impediunt juriſdictionem eccleſiaſticam dicti judices ſeculares & eam ſibi uſurpant, compellendo perſonas ipſas eccleſiaſticas ad ſolvendum debita ſuper quibus coram eis judicibus contra perſonas ipſas eccleſiaſticas earum patentes literæ habere exhibentur: nec ſufficit quod dictus dominus Bonifacius eos mandaverit per cenſuram eccleſiaſticam ab ordinariis compeſcendos. de fo. competen. ſeculares lib. 6.

Digitized by Google

Item impediunt & perturbant juriſdictionem eccleſiaſticam: quia contra alienationes dotales cum juramento factas audiunt mulieres & filias contra patres, quibus cum juramento fecerunt pactum de hæreditate dum nuptui tradebantur. Et quia exceptionem rei judicatæ coram eccleſiaſtico judice in caſu ad eum de jure vel de conſuetudine pertinente non recipiunt: nec proficit quod in dictis tribus caſibus ſicut & in præcedenti dictus dominus Bonifacius eos per ordinarios decreverit compeſcendos. de fo. compe. ſeculares. de pact. quamvis. de jurejur. licet. & de exceptio cum quidam. lib. 6.

Item impediunt dictam juriſdictionem eccleſiaſticam reſtringendo immunitatem eccleſiarum & eccleſiaſticarum perſonarum & eccleſiaſticorum bonorum variis & diverſis modis. Paſſim etiam actus judicum eccleſiaſticorum dicunt eſſe abuſus in qua poteſtate hæc faciant, prout & in qua imponunt eis munera, tallias, & collectas extraordinarias in caſibus prohibitis à jure in auten. de eccl. tit. §. ad hæc ſanximus ut nulli jud. §. nulli vero liceat. col. 9. & expreſſius in l. Frederici, quæ incipit hac edictali. §. illicitas. cujus verba ſunt hæc, dicant: illicitas etiam exactiones maxime ab eccleſiis quarum abuſus jam per longa tempora inolevit per civitates & caſtella, omnimodo condemnamus & prohibemus: & ſi factæ fuerint, in duplum reddantur.

Item alius Fredericus in alia lege, quæ incipit ad decus & decorem, dicit in §. item: nulla communitas vel perſona publica vel privata collectas ſive exactiones, angarias, perangarias eccleſiis piiſque locis aut eccleſiaſticis perſonis imponant

Digitized by Google

aut invadere eccleſiaſtica bona præſumant. Quod ſi contrarium fecerint & requiſiti ab eccleſia vel imperio emendare contempſerint, triplum refundant. Et nihilominus banno Imperiali ſubjaceant quod abſque ſatisfactione debita nullatenus remittantur. Quod etiam nihil ſit exigendum extraordinarium ſeu ſuperindictum, nec ſportulas cogi debent ſolvere; alias tales dominij duplum reddere & cingulo nudari jubent. in autentic. de ſanctiſſimis epiſcop. §. ſportularum. colla. 9.

Deterioris conditionis eſt ſacerdotium quam tempore Pharaonis.

Verum ſi dicatur jura antiqua hoc ſuadere, reſponderi poteſt quod talia jura corrigantur per jura canonica de immuni. eccle. quia nonnulli. & ca. clericis. lib. 6. & per Concilium Lateranen. & c. non minus. ubi dicitur quod in diverſis mundi partibus conſules civitatum & rectores necnon & alij qui poteſtatem habere videntur, tot onera frequenter imponunt eccleſiis ut deterioris conditionis factum ſub eis ſacerdotium videatur quam ſub Pharaone fuerit, qui legis divinæ notitiam non habebat. Ille quidem (omnibus aliis ſervituti ſubactis) ſacerdotes & poſſeſſiones eorum in priſtina libertate donavit, & de publico eis alimoniam adminiſtravit. Iſti vero onera ſua fere univerſa imponunt eccleſiis & tot angariis eas affligunt, ut eis quod Hieremias deplorat competere videatur: princeps provinciarum facta eſt ſub tributo: ſive quidem foſſa, ſeu expeditiones, ſeu alia quælibet ſibi arbitrentur agenda, de bonis eccleſiarum & clericorum & pauperum Chriſti uſibus deputatis volunt fere cuncta compleri. Juriſdictionem etiam & authoritatem prælatorum ita evacuant, ut nihil poteſtatis eis in ſuis videatur hominibus reman-

Digitized by Google

ſiſſe. Quo circa ſub anathematis diſtrictione fieri de cætero talia prohibemus: niſi epiſcopus & clericus tantam neceſſitatem vel utilitatem aſpexerint, ut abſque ulla exactione ad relevandas communes utilitates vel neceſſitates, ubi laicorum non ſuppetunt facultates, ſubſidia per eccleſias exiſtiment conferenda. Si autem conſules aut alij de cætero iſta commiſerint, & commoniti deſiſtere noluerint, tam ipſi quam fautores eorum excommunicationi ſe noverint ſubjacere: nec communioni reddantur, donec ſatisfactionem fecerint competentem. Et 23. quæſt. ulti. convenior. & §. quamvis. cum ſequentibus c. de ſacroſan. eccl. ad inſtructiones. & l. placet. quæ canonizata eſt. 16. quæſt. 1. paragr. placet. 11. quæſt. 1. ſi tributum. 16. quæſt. 1. paragr. novarum. & ca. generaliter. 11. quæſtio. 1. ſacerdotibus. & in 22. cap. tertij Concilij Toleta. quod ponitur. 12. quæſtio. 2. eccleſiarum ſervos cum multis ſimilibus. Cum enim iſta recipiant eccleſiaſticam libertatem & alia contraria in ſervitutem redigant, ut de privilegiis. cum olim. paragr. 1. & c. ex ore. paragr. fin. Nec facit in contrarium. C. de præſcriptio. quæ pro libertate & non adverſus libertatem ſunt. l. fi. Prætores enim favent libertatibus. ff. de aliena. judi. mu. cauſa fac. l. 3. paragr. 1. unde & favores amplientur & odia reſtringuntur. ff. de liber. & poſthu. l. cum quidam. & de jure naturali mero, omnis res libera naſcitur, & de facili redit ad illud quid jus & natura ſibi ab initio conceſſit. ff. de pactis. ſi unus. parag. pactus. verſi. quod ſi non ut totum contractum tolleret. & extra de cenſi. cum venerabilis. ex quibus omnibus habetur

Prætores favent libertatibus.

Digitized by Google

quod in bonis eccleſiarum, & monaſteriorum & quarumcunque eccleſiaſticarum perſonarum, etiam frequenter in caſibus in quibus non apponerent in bonis ſecularium perſonarum, manum apponunt, & eam tandiu ſævientes tenent in bonis prædictis quouſque dictæ perſonæ eccleſiaſticæ ſe redimant erga eos, vel eorum voluntatem adimpleant, vel quouſque viſum fuerit dictis dominis temporalibus quod ſatis perſonas eccleſiaſticas afflixerint ſupradictas.

Item propter delicta perſonarum eccleſiaſticarum & etiam ſecularium perſonarum in ſervitio vel officio perſonarum eccleſiaſticarum exiſtentium capiunt & explectant, eccleſiaſtica bona tenentes de facto, quod delictum talium debet in damnum eccleſiæ redundare, contra Greg. 16. quæſt. 6. Si epiſcopum. dicentes quod in facultatibus licite punire poſſunt perſonas ſupradictas.

Quo ad proſcriptiones contra eccleſiam.

Item cum contra eccleſiam non currat nec juvet dictos laicos niſi 40. præſcriptio. 16. quæſt. 3. paragr. cæterum. cum legibus canonizatis ſubſequentibus, contra dictum eccleſiam, ſicut contra privatam perſonam præſcriptione decennali & trecennali utuntur: & quod deterius eſt, cum per annum & diem aliquam rem eccleſiaſticam detinuerint, vel juriſdictione aliqua in temporalibus eccleſiarum uſi fuerint, nolunt audire perſonas eccleſiaſticas ex tunc ſuper poſſeſſorio niſi de proprietate etiam experiantur.

Quo ad decimas per laicos obtinendas.

Item privatus qui primitias poſſidet nulla temporis præſcriptione juvetur, cum illa quæ ab initio temporis de jure non ſortiuntur effectum, tractu temporis non convaleſcant. 16. quæſtione

3. paragr. quod ſi privatus. & extra de præſcrip. cauſam quæ. contra prędicta volunt domini temporales & nobiles dictas decimas & primitias poſſidere tanquam propriam hæreditatem. contra illud Gregor. 16. quæſtio. 7. decimas. extra de decimis. quoniam. 1. quæſtio. 3. pervenit.

Item aliqui ex regibus & dominis temporalibus authoritate volunt conferre beneficia eccleſiaſtica, quanquam in eos jus collationis cadere non poſſit, quaſi diviſionem facientes inter temporalitatem conſecutivam ex jure ſpirituali, & ipſa jura ſpiritualia, contra illud. 1. quæſtio. 3. Si quis objecerit. 96 diſtinctione. bene quidem. 63. diſtinctione. capit. 1. cum multis ſequentibus. de reb. eccle. non alienan. cum laicis. de conſtitutio. eccleſia. & capitu. quæ in eccleſiarum. 1. quæſt. 7. quicunque. & capitulo, cavendum. 8. quæſt. 1. apoſtolica. 10. quæſt. 1. cap. 1. cum ſequentibus. de jure patrona. præterea. & cap. cum laici. & cap. ſequenti. *Quo ad beneficiorum collationes.*

Item cum conſtitutiones & ſtatuta regum, principum & dominorum temporalium oneroſa eccleſiis & eccleſiaſticis perſonis non debeant obſervari: ut 10. diſt. quaſi per totum. & in dicto capit. quæ in eccleſiarum. dicti reges & principes ac domini temporales conſtitutiones, ſtatuta & conſuetudines eorundem in cauſidicando & in aliis ſervare faciunt in cauſis eccleſiaſticis quæ actitantur coram eis, & ſtatuta ſua, & conſuetudines ſervari faciunt, quæcunque jura ſcripta divina & humana, contra illa quæ habentur. 8. 9. 10. & 11. diſtinctione. & 25. quæſtione prima generali. *Seculares in cauſis eccleſiaſticis ſuas faciunt obſervare leges.*

Item vacantibus eccleſiis cathedralibus, &

aliis, quodammodo ſe ingerunt, & potentia, precibus & violentiis volunt habere perſonas gratas eiſdem contra jura communia. 63. diſtinct. cap. 1. 2. & ſequentibus. 16. quæſtio. 7. ſi quis deinceps.

Quo ad appellationes. Item ab epiſcopis temporalia obtinentibus non permittunt ad archiepiſcopos appellari ſecundum Concilium Lugdunen. de appellat. Romana. parag. debet. non attendentes quòd antequam regna pervenerint ad eos, & ante Chriſti adventum erant urbes & loca, in quibus primates Gentilium habitabant, ad quos poterat ab aliis appellari: in quibus quidem vrbibus & locis poſt adventum Chriſti, Apoſtoli & eorum ſucceſſores patriarchas & primates poſuerunt, ad quos ab epiſcopis poterat appellari, ſicut habetur 80. diſt. cap. 1. cum ſequentibus. & xcix. diſt. cap. 1.

Quo ad mulctas. Item in aliquibus partibus dicti domini temporales faciunt incaſtellari & mulctari eccleſias, & ex hoc in ſervitutem redigunt eas, & ſibi tanquam caſtra dicunt eſſe ſubjectas, contra illud Calixti Papæ, x. quæſt. 1. ſanctorum.

Quo ad vocationem in ius. Item epiſcopos & archiepiſcopos multi reges & principe pro civilibus & criminalibus cauſis eos vel eorum familiares aut officiales tangentibus, ita vocant & retrahunt coram ſe in cauſa ſicut & alias perſonas, non ſervantes ſtatutum Papæ Bonifacii ad epiſcop. Galliæ. 11. quæſt. 1. nullus epiſcopus neque pro civili, neque pro criminali cauſa apud quemvis judicem ſive civilem, ſive criminalem producatur vel exhibeatur: & quòd magiſtratus qui hoc jubere auſus fuerit, amiſſione rerum & cinguli condemnatione plectatur.

Digitized by Google

Item in multis partibus dicti epiſcopi & aliæ perſonæ à principibus & aliis dominis temporalibus à teſtimonio revocantur, contra leg. illam C. de Epiſc. & cler. canonizatam 11. quæſt. 1. teſtimonium cum ſeq. ubi dicitur quod teſtimonium clerici adverſus laïcum recipi non debet, ſc. in foro ſeculari & criminali. Et quod epiſcopi nec honorum, id eſt iure prætorio, nec legibus ad teſtimonium flagitatur, de teſtibus, de cætero.

Item in multis partibus dicti principes & domini temporales, res epiſcoporum & cæterarum perſonarum eccleſiaſticarum morientium uſurpant & impediunt, ne per epiſcopos vel capitula vel per alios ad quos pertinent, diſtribuantur, ſecundum ordinationem defuncti: vel reſerventur ſucceſſori. Nec prodeſt quod Vrbanus in Concilio Alverniæ habito in tales anathema protulerit. & quod in Calcedonen. Concilio & ab Innocen. ſecundo excommunicationis ſententia in tales lata fuerit. 12. quæſt. 2. de laicis. & cap. epiſcoporum. & cap. illud. & quod Greg. idem fecerit in Concil. Lugdunen. de elec. generali. & de re. eccl. non alien. hoc conſultiſſimo.

Quo ad bona prælatorum defunctorum.

Item in aliquibus partibus reges & principes & domini temporales infra civitates, caſtra, villas & territoria eccleſiis & perſonis eccleſiaſticis ſubjecta acquirunt aliquas poſſeſſiones vel res, in quibus, vel inter quas explectant aliqua, propter quæ epiſcopi & eccleſiæ perdunt juriſdictionem eorum, quod eſt juri contrarium. 16. quæſt. 5. poſſeſſio. cum cap. præcedentibus & ſubſequentibus, & ead. cau. & quæſt. 3. ſicut.

Quo ad manſiones in monaſteriis monialium.

Item dicti principes, reges & domini tempora-

Digitized by Google

les frequenter non ſolum in monaſteriis monachorum, & in domibus epiſcoporum, verumetiam, quod eſt deteſtabilius, in monaſteriis monialium ſibi eligunt manſiones contra illud Grego. 18. quæſt. 2. pervenit. & contra ſeptimam ſynodum. 19. quæſtione 3. quoniam. & c. quæ ſemel.

Item cum dicti reges & principes & domini temporales neminem debeant concutere, ſed eſſe contenti ſtipendiis ſuis, ſicut beatus Joannes baptiſta conſuluit eis, Lucæ 3. & Actuum 2. 23. quæſt. 1. militare. & contra hoc per potentiam, terrores, & minas frequenter multa à perſonis eccleſiaſticis extorqueant, & aliquando juramentum fidelitatis à dictis perſonis eccleſiaſticis, quæ nihil ab eis tenent, exigant, contra Concilium generale. de jurejurando. nimis. videretur ſuper hoc providendum.

Quo ad iura. fidelitatis.

Quo ad clericos criminoſos.

Item excedunt dicti principes, reges & domini temporales & miniſtri eorum contra eccleſiaſticam libertatem: quia cum aliquæ perſonæ quæ reddendæ eſſent foro eccleſiaſtico, capiuntur per eos, faciunt eas coram ſe omnia confiteri, & poſtmodum tanquam confeſſas & convictas de criminibus, eas reddunt foro eccleſiaſtico: dicentes quod confeſſionem coram ſe factam revocare non poſſunt, & quod niſi ſecundum dictam confeſſionem judicentur per eccleſiam & pro criminoſis habeantur, per ipſos ſic ſi rehaberi potuerint punientur: moti quodammodo ex quadam gloſſula Innoc. poſita de electio. per inquiſitionem. & de judi. at ſi clerici.

Quo ad prælatorum ſe-

Item multi ex dictis regibus & principibus imitantur errorem Imperatoris Conſtantinopolita-

Digitized by Google

ni: quia archiepiſcopis & epiſcopis regni eorum & aliorum regnorum ad eos venientibus (ſicut deberent) reverenter non aſſurgunt, nec eis juxta eos venerabilem ſedem aſſignant, imo quod eſt deterius, vix interdum ingreſſum poſſunt habere ad eos & ad cancellarios & conſiliarios eorundem: & cum difficultate audientia præſtatur eiſdem: & dictis regibus & principibus in ſolio eorum vel lectis ſedentibus, prædicti archiepiſcopi, epiſcopi, abbates & alij prælati cum laicis & communibus perſonis in terra vel communibus ſedibus ſedere coguntur, contra honorem & reverentiam totius cleri & eccleſiaſticæ dignitatis: & contra jura, de majorita. & obed. ſolitæ. 63. diſt. Valentinianus. 96. diſt. duo. 11. quęſt. 1. ſacerdotibus. *dem in domibus principum.*

TITULUS LXXI.

De fidelitate regibus & principibus obſervanda: & de puniendis his perſonis eccleſiaſticis quæ contra eos aliquid machinantur.

SCribit Auguſt. 22. quæſt. 5. quis laicus. quod c. aliqui habent pro palea & aliqui pro §. c. de forma. quod ſi quis laicus juramentum violando prophanat, quod regi & domino ſuo jurat: & poſtea perverſe ejus regnum & doloſe tractaverit, & in mortem ipſius aliquo machinamento inſidiatur: quia ſacrilegium peragit, in Chriſtum Dei manum mittens, anathema ſit, niſi per dignæ pœnitentiæ ſatisfactionem emendaverit: ſicut enim conſtitutum eſt à ſancta ſynodo ſeculum relinquat, arma deponat, in monaſterium *Prælatus fidelitatis iuramẽtũ principi factum violans punitur.*

eat, & pœniteat omnibus diebus vitæ ſuæ, verumetiam communionem in exitu vitæ ſuæ cum euchariſtia accipiat. Epiſcopus autem preſbyter & diaconus ſi hoc crimen commiſerint, degradentur. Item Hierony. 23. quæſt. 5. ſi apud. dicit quod ſi apud carnales dominos in minimis fideles fuerint, incipient eis apud Deum præmia majora committi: ornat autem doctrinam Domini, qui ea quæ conditioni ſuæ ſunt apta, facit: & ex diverſo confundit eam qui non eſt ſubjectus in omnibus, & cui conditio ſua diſplicet, qui condictor atque fraudator in nullo fidem bonam oſtendit. Quomodo enim poteſt eſſe fidelis in ſubſtantia Dei, qui carnali fidem domino exhibere non potuit? quaſi dicat, nullo modo: quia non poteſt hominibus eſſe fidelis, qui erga Deum extiterit infidelis, ſicut habetur in 4. Concil. Tolet. cap. 63. poſito. 2. quæſt. 7. non poteſt. Item ſuper prædictis proviſum fuit in ulti. cap. dicti 4. Concilij Tolet. in hunc modum.

Fidelis quis non poſſit dici Deo.

Poſt inſtituta quædam eccleſiaſtici ordinis vel decreta quæ ad quorundam pertinẽt diſciplinam, Poſtrema nobis cunctis ſacerdotibus ſententia eſt, pro robore noſtrorum regum & ſtabilitate gentis Gothorum pontificale ultimum ſub Deo judice ferre decretum. Multarum quippe gentium (ut fama eſt) tanta exiſtit profidia animorum, ut fidem ſacramento promiſſam regibus ſuis obſervare contemnant, & ore ſimulent juramenti profeſſionem, dum retineant mente perfidiæ impietatem. Jurant enim regibus ſuis, & fidem quam pollicentur prævaricantur, nec metuunt volumen iſtud judicij, per quod inducitur maledictio multaque pænarum comminatio, ſuper

per eos qui jurant in nomine Dei mendaciter. Quæ ergo ſpes talibus populis contra hoſtes laborantibus erit? Quæ fides ultra cum aliis gentibus in pace credenda poſt fœdus non violandum? Quæ in hoſtibus jura ſtabili permanebunt ſponſione, quando nec ipſis regibus propriis juratam fidem conſervant? Quis enim adeo furioſus eſt, qui caput ſuum manu ſua propria deſecet? Illi ut notum eſt immemores ſalutis ſuæ propria manu ſeipſos interimunt: in ſemetipſoſque ſuoſque reges, proprias convertendo vires. Et cum Dominus dicat: Nolite tangere Chriſtos meos. & David, quis, inquit, extendit manum ſuam in Chriſtum Domini, & innocens erit? illis nec vitare metus eſt perjurium, nec regibus inferre exitium, hoſtibus quippe fides pacti datur, nec violatur. Quod ſi bello fides vigeat, quantomagis in ſuis ſervanda eſt? Sacrilegium quippe eſt ſi violetur à gentibus regum ſuorum promiſſa fides: quia non ſolum in eis fit pacti tranſgreſſio, ſed & in Deum in cujus nomine pollicetur ipſa promiſſio: inde eſt quod multa regna terrarum cæleſtis iracundia ita permutavit, ut pro impietate fidei & morum alterum ab altero ſolverentur. Unde & nos cavere oportet cauſam hujuſmodi gentium, ne ſimiliter plaga feriamur præcipiti & plaga puniamur crudeli. Si enim Deus angelis in ſe prævaricantibus non pepercit, qui per inobedientiam cæleſte habitaculum perdiderunt. unde per Eſaiam dicit, Inebriatus eſt gladius meus in cœlo: quanto magis nos noſtræ ſalutis interitum timere debemus, ne per infidelitatem eodem ſæviente gladio pereamus? Quod ſi divinam iracundiam vitare volumus, &

Pro argu. à multomagis ponuntur hic exempla ſcitu digna.

Digitized by Google

ſeveritatem eius ad clementiam provocare cupimus, ſervemus erga Deum religionis cultum, atque timore cuſtodiamus erga principes noſtros pollicitam fidem atque ſponſionem. Non ſit in nobis ſicut in quibuſdam gentibus infidelitatis ſubtilitas impia, non ſubdolæ mentis perſidia, non perjurij nefas, & conjurationum nefanda molimina. Nullus apud nos præſumptione regnum accipiat, nullus excitet mutuas ſeditiones civium, nemo meditetur interitum regum. Sed defuncto in pace principe, primates gentis cum ſacerdotibus ſucceſſorem regni Conſilio communi conſtituant: ut dum unitatis concordia à nobis retinetur, nullum patriæ gentiſque diſcidium per vim ambitionis moveatur. Quod ſi hæc admonitio mentes noſtras non corrigit, & ad ſalutem communem cor noſtrum nequaquam perducit, audi ſententiam noſtram. Quicunque igitur ex nobis vel totius Hiſpaniæ populis, qualibet conjuratione vel ſtudio, ſacramentum fidei ſuæ quod pro patriæ gentiſque Gothorum ſtatu vel conſervatione regiæ ſalutis pollicitus eſt temeraverit, aut regem nece attrectaverit, aut poteſtate regni exuerit, aut præſumptione tyrannica regni faſtigium uſurpaverit, anathema ſit in conſpectu Dei Patris & angelorum, atque ab eccleſia catholica, quam perjurio prophanaverit efficiatur extraneus, & ab omni cœtu Chriſtianorum alienus, cum omnibus impietatis ſuæ ſociis: quia oportet ut una pœna teneat obnoxios quos ſimilis error invenerit implicatos, quod iterum ſecundo replicamus dicentes. Quicunque amodo ex nobis vel cunctis Hiſpaniæ populis quolibet tractatu vel ſtudio ſacramentum fi-

Audi ſententiam hic deſcriptam.

dei ſuæ quod pro partriæ gentiſque Gothorum ſtatu vel conſervatione regiæ ſalutis pollicitus eſt, violaverit, aut regem nece attrectaverit, aut poteſtate regni exuerit, aut præſumptione tirannica regni faſtigium uſurpaverit, Anathema in conſpectu Chriſti & apoſtolorum ejus ſit, atque ab eccleſia catholica quam perjurio prophanaverit, efficiatur extraneus, & ab omni conſortio Chriſtianorum alienus, & damnatus in futuro Dei judicio habeatur cum participibus ſuis: quia dignum eſt, ut qui talibus ſociantur, ipſi etiam damnationis eorum participatione obnoxij teneantur. Hoc etiam tertio acclamamus, dicentes: Quicunque amodo ex nobis, vel cunctis Hiſpaniæ populis, qualibet meditatione vel ſtudio ſacramentum fidei ſuæ, quod pro patriæ ſalutis, gentiſque Gothorum ſtatu vel incolumitate regiæ poteſtatis pollicitus eſt, violaverit, aut regem nece attrectaverit, aut poteſtate regni exuerit, aut præſumptione tirannica regni faſtigium uſurpaverit, anathema ſit in conſpectu Spiritus ſancti & martyrum Chriſti, atque ab eccleſia catholica, quam perjurio prophanaverit, efficiatur extraneus: & ab omni Chriſtianorum communione alienus, nec partem habeat juſtorum. Sed cum diabolo & angelis ejus æternis ſuppliciis condemnetur una cum eis qui eandem conjurationem nituntur, ut par pœna perditionis conſtringat quos in perniciem prava ſocietas copulat. Et ideo ſi placet omnibus qui adeſtis, hoc tertio reiterata ſententia veſtræ vocis conſenſu firmate. Ab univerſo clero vel populo dictum eſt: qui hanc noſtram diffinitionem præſumpſerint, anathema maranatha, hoc eſt perditio in adven-

Secunda ſententia.

Tertia ſententia.

Digitized by Google

lieres extraneæ ab eorum parentela, in diverſis ludis ſe exercitant: & tactibus, appetitibus, & applauſibus mutuò ad concupiſcentiam inflammantur. Etenim ait Auguſt. de fid. Chriſtian. Nec ſolo tactu & affectu, ſed aſpectu quoque appetitur & appetit concupiſcentia fœminarum. Ne dicatis vos habere animos pudicos, ſi habeatis oculos impudicos: quia impudicus oculus impudici cordis eſt nuntius. Et cum ſe ſibi invicem etiam & tacente lingua conſpectu mutuo corda nuntiant impudica: & ſecundum concupiſcentiam carnis, alterutro delectantur ardore: unde etiam intactis ab immunda violatione corporibus fugit caſtitas ipſa de moribus. 32. quæſt. v. nec ſolo. & c. qui viderit. Videretur fructuoſum animabus, quòd eo ingenio quo decentius fieri poſſet, retraherentur dictæ mulieres à conſortio virorum extraneorum: & à ludis etiam ſupradictis. Et inſuper ſecundum doctrinam Apoſtoli ad Cor. coma & habitu diſcernerentur à viris: unde in Gangren. Concil. ſtatuitur, quod quæcumque mulier religioni dijudicans convenire, comam ſibi amputaverit, quam Deus ad velamen ejus, & ad memoriam ſubjectionis illi dedit, tanquam revolvens jus ſubjectionis, anathema ſit 30. diſt. quæcumque 33. quæſt. v. mulier debet. de conſec. diſtinct. v. fucare quod eſt mulierum provincialium.

Impudicus oculus eſt impudici cordis nuntius.

Coma mulieris ſignificat ſubjectionem.

Titulus LXX.

De regibus & principibus iuriſdictionem diverſimodè eccleſiaſticam perturbantibus, & uſurpantibus: de aliis potentibus alios expoliantibus: perſonas eccleſiaſticas, pauperes & peregrinos opprimentibus: & illis qui ad limina Apoſtolorum Petri & Pauli, vel ad alia oratoria accedunt, ſua auferentibus excommunicandis, & per eccleſiam compeſcendis.

IN 11. cap. 1. Concilij Toletani fuit conſtitutum, quòd ſi quis de potentibus, clericum aut quemlibet pauperem, aut religioſum expoliaverit: & mandaverit eum ad ſe venire epiſcopus ut audiatur, & contempſerit: invicem mox ſcripta percurrant per omnes provinciæ epiſcopos, & quoſcunque adire potuerint, ut excommunicatus habeatur ipſe donec obediat & reddat aliena. Et dictum ca. poſitum eſt in decretis. 24. quæſt. 3. ſi quis de potentibus.

Verumetiam quibuſlibet oppreſſis eccleſia teneatur contra improborum violentias, protectionis & defenſionis auxilium impartiri. ut 88. d. quaſi per totum. & in 32. c. 4. Conc. Toletan. & 38. capit. ejuſdem Concilij. & dicta jura non ſerventur, nec etiam conſimilia ad eccleſiaſticam iuriſdictionem & communem utilitatem pertinentia. ſicut eſt illud cap. Calixti Papæ, 24. quæſt. tertia. *Auxilium ab eccleſia oppreſſis impartiatur.*

Si quis Romipetas, & peregrinos, & apoſtolorum limina, & aliorum ſanctorum oratoria viſi-

tantes, capere, ſeu rebus quas ferunt, ſpoliare: & mercatores novis teloneorum & pedagogiorum exactionibus moleſtare tentaverit, donec ſatisfecerit communione careat Chriſtiana.

Et illud cap. Nicolai Papæ, eadem quæſt. Illi qui peregrinos, vel oratores cujuſcunque ſancti, ſive clericos ſive monachos, vel fœminas aut inermes pauperes deprædati fuerint, vel bona eorum rapuerint, vel in malum eis obviaverint, anathematis vinculo feriantur, niſi dignè emendaverint. Pax verò illa, quam treugam Dei dicimus, fideliter obſervetur, ſicut ab archiepiſcopis & epiſcopis uniuſcuiuſque provinciæ conſtituta eſt. Qui autem eam infregerit, excommunicationi ſubdatur. & illud ex dictis Gregor. 2. ead. quæſt, quiſquis per dolum manum ſuam mittit in Chriſtum, id eſt epiſcopum vel presbyterum: quia ſacrilegium grave committit.

Incendiarius eccleſiæ punitur.

Et ſi quis eccleſiam Dei vaſtat aut impugnat, aut incēdit: quia & hoc graviſſimum ſacrilegium eſt, placuit ſanctæ ſinodo, ut in primis omnia bona ejus proſcriptione publicentur: deinde in uno loco i. monaſterio incluſus pœniteat omnibus diebus vitæ ſuæ.

In tuto ſint bona eccleſiæ & miniſtri eius

Et illud Vrbani Papæ, eadem quæſt. Paternarum traditionum exemplis commoti, paſtoralis officij debitum perſolventes, eccleſias cum bonis ſuis, tam perſonis quàm poſſeſſionibus, clericos videlicet ac monachos, eorumque converſos, vel commiſſos: oratores quoque cum ſuis nihilominus rebus quas ferunt, tutos & ſine moleſtia eſſe ſtatuimus. Si quis autem contra hoc facere præſumpſerit, & poſtquam facinus

ſuum

Digitized by Google

ſuum recognoverit, infra triginta dierum ſpatium competenter non emendaverit, à liminibus eccleſiæ arceatur, & anathematis gladio feriatur.

Et illud Alexand. Papæ 17. quæſt. 4. Si quis deinceps priorum, aut cujuſcumque ordinis laïcorum epiſcopum comprehenderit vel percuſſerit, aut aliqua vi à propria ſede expulerit, niſi fortè judicatum canonicè, auctores vel cooperatores tanti ſceleris anathematizentur, & bona eorum eccleſiæ ipſius juri perpetuo tradantur. Si verò in preſbyterum vel in quemcumque inferiorum graduum clericum hæc eadem præſumpſerit, canonicæ pœnitentiæ ac depoſitioni ſubjacebit. Si contumax fuerit, excommunicetur.

Qui epiſcopum comprehenderit, punitur ut hîc ponitur.

Videretur ſuper obſervantia prædictorum & aliorum ad eccleſiaſticam juriſdictionem pertinentium fore de competenti remedio eccleſiæ providendum. Nam quaſi per quandam alluvionem fruſtatim domini temporales ad ſe omnia trahunt. Et ſicut fruſtatim lupus agnum comedit, ita & per ipſos juriſdictio eccleſiaſtica fruſtatim quodammòdo devoratur, quidquid ad eccleſiaſticam juriſdictionem, potiſſimè quod ad temporalia pertinet, ſibi competere putantes. Et pauci ſunt caſus ad eccleſiam pertinentes, in quibus directè vel indirectè per eos eccleſiaſtica juriſdictio non turbetur in diverſis mundi partibus, nec jam conſtituta remedia proficere poſſunt ſicut experientia docet.

Fruſtatim domini temporales ad ſe omnia trahunt qui ſunt eccleſia maximè Gallicana.

Turbatur enim per eoſdem eccleſiaſtica juriſdictio in cauſis ſervorum, & ruſticorum eccleſiaſticorum, quos talliant & juſtitiant tanquam ſuos contra illa jura. 89. diſtin. judicatum. duo-

Caſus aliqui in quibus eccleſiaſti-

ci in ſua iuriſditione per ſeculares perturbantur.

decima quæſtio. 2. eccleſiarum ſervos. de for. competen. nullus.

Item in cauſis pœnitentium, qui in cauſis ſuis quas negligere fortè non debent, melius eccleſiaſticum, quàm foren. expetunt iudicium, etiam ſi ſint rei, ſecundum glo. 11 quæſt. 1. aliud de pœnitentia. diſtinct. 1. aliud.

Item in mulctis libertorum & pupillorum, viduarum, & debilium perſonarum quæ pertinent ad eccleſiam quantũ ad poſſeſſorium indiffinitè. de fo. compet. ex parte. Et quantum ad defenſionem & tuitionem ne à potentibus opprimantur. de cenſibus licet. & in præallega. c. ſi quis de potentioribus. 24 quæſt. 3. & cc. ſequentib. & etiam quantum ad petitorium in defectum dominorum temporalium de fo. compet. ex tenore.

Item in cauſis peregrinorum & mercatorum: agricultorum, & in mari navigantium, qui pace & ſecuritate gaudere debent: ut de treuga & pace. innovamus. de peregrin. cap. unico. & de raptori. excommunicatione. & in præalle. cap. ſi quis Romipetas. & cap. paternarum 24. quæſtio. 3.

Item cùm agitur de feudis eccleſiæ, uſurpant ſibi juriſdictionem contra illud de foro compe. verùm.

Item impediunt ne in curia Romana clerici contra laïcos impetrent ſicut conſueverunt hactenus facere indiſtinctè. de jud. c. ultimo. Et etiam quando laicus contra laicum impetrat contra decretalem illam gravem, de ſentẽtia excom. & de arbitr. innotuit. etiam ſi id ſuper quo laicus contra clericum impetrat ſit tale, quòd

pertineat ad forum eccleſiaſticum ratione rerum vel perſonarum. de verbo. ſignific. novimus. §. fin. Et hoc frequenter accidit cùm impetrant contra laicos vel eos conveniunt in crimine ſacrilegij, vel uſurarum, vel hæreſis, vel excommunicationis, vel perjurij, vel adulterij vel fornicationis, vel in cauſa nativitatis, vel iurıſpatronatus, vel decimarum vel rapinarum, de quibus nullum eſt dubium quin pertineant ad eccleſiaſticum forum. ſicut patet de crimine ſacrilegij vel quaſi de fo. compet. cum ſit. & cap. conqueſtus. de crimine uſurarum. de uſuris, quoniam de crimine hæreſis, de hæretic. ad abolendam. & cap. excommunicamus de crimine ſimoniæ, de ſimonia per totum, de crimine excommunicationis, ſecunda quæſtione prima. mihi. 24. quæſtione tertia. corripiantur. de crimine perjurij. de judi. novit. §. ultimo. de foro competenti. cum ſi laïcus. libro 6. de crimine adulterij, de officio ordina. capı. 1. de procurato. tuæ. de crimine fornicationis, de vita & honeſtate cler. ut clericorum, de cauſa nativitatis, qui filij ſunt legitim. cauſa, & capite. lator. de ordine cognitio. tuam. de cauſa iuris patronatus, de jud. quanto. de cauſa decimarum de decimis. tua. & capite. ſequenti. De cauſa rapinæ, de rapiori. capit.

Quæ ſint de foro eccleſiæ hîc ponuntur.

Item impediunt quando eccleſia vult cogere aliquem ad ſatisfaciendum de peccato in quo eſt, licet cognitio pertineat ad eccleſiam. de judi. novit. primo reſponſo.

Item impediunt ne adeatur eccleſia in eorum defectum, vel quando vacat imperium, vel regnum ne cognoſcat eccleſia de feudo: ut de fo.

Digitized by Google

compe. licet. de elect. cum inter univerſas. in fine. non permittentes quod ſuppleat defectum eorum. contra de offi. ordina. paſtoralis. §. ulti. nec negligentiam eorum contra illud de fo. compe. ex tranſmiſſa & c. verum. & c. licet. & c. ex tenore. de offi. dele. ſignificantibus & c. providentiam. §. penul. & ulti. de offi. ordi. ſignificavit.

Item impediunt ne vidua ſpoliata ad reſtitutionem agens trahat ſpoliatorem coram eccleſia, quanquam perſonæ & cauſæ in hoc ſimul concurrant, contra illud. de fo. compe. ex parte.

Item impediunt ſi quid ambiguum inter judices ſeculares oriatur, ne ad eccleſiaſticos judices recurratur, contra illud qui fi. ſunt legi. per venerabilem. §. licet.

Quando eccleſia cognoſcat de perſonalibus & realibus ac criminalibus.

Item impediunt ne eccleſiæ & curia officialium epiſcoporum cognoſcant ubi conſuetudo antiqua hoc habet, ipſos indiſtincte, de perſonalibus & de realibus & criminalibus, licet conſuetudo in talibus det juriſdictionem etiam in delictis domino ſuper familiam ſuam. de offi. ordi. irrefragabili. de fo. compe. cum contingat. in fi. 9. quæſt. 3. conqueſtus. de arbitris. dilecti. C. de emancipa. l. 1. & ult. Nec prodeſt conſtitutio Bonifaciana. de immu. eccle. quoniam. in qua talia & conſimilia contemnentes excommunicationi ſubjiciuntur ipſo facto: nec advertunt dicti domini temporales, quod olim omnes cauſæ tam clericorum quam laicorum deferebantur ad ſacerdotes. ut in prædicto cap. per venerabilem. §. tria quippe. ſive eſſent criminales, ſive civiles, ſive quæcunque aliæ. ut ibidem. & 11. quæſt. 7. ſi quis preſbyter. quod cap. eſt Conci. Tribu-

rien. & 11. quæſt. 1. relatum. & c. quicunque. & c. ſacerdotibus. ead. cauſa. & quæſt. 3. cum apud. unde non fit eis injuria nec eorum temporali juriſdictioni ſi laicus (ubi conſuetudo hoc dat) redeat ad ſuum primarium forum, ſcilicet eccleſiaſticum, nec ex hoc ſua vel domini temporalis conditio videtur fieri deterior. arg. ff. de pactis. l. ſi unus. §. pactum. verſicul. quod ſi non vult tollere. ſecundum Goffre. & ex iſto caſu quaſi deperit tota eccleſiaſtica juriſdictio, & ejus generale & univerſale privilegium quod in hoc etiam dat juriſdictionem. de foro competen. cum contingat. cui non videtur quod poſſit renuntiari, ſicut in 3. & in 4. titulo hujus ſecundæ partis ſuperius eſt probatum.

Item impediunt juriſdictionem eccleſiaſticam dicti domini temporales contra effractores pacis & treugarum, dicentes jus regalium eſſe, contra illud de treu. & pa. per totum. & 24. quæſtio. 2. ſi quis. & cap. ſequent. de tranſac. cap. fi. in principio. 90. diſtinctio. præcipimus. 4. quæſt. 1. nulli. & in conſtitutione feudorum, de prohibita feudi alienatione per Fredericum. l. Imperialem.

Item impediunt juriſdictionem eccleſiaſticam in his quæ ratione connexitatis pertinent ad eccleſiam, ſcilicet, in dote, ut de donatione inter virum & uxorem. de prudentia. & c. nuper. & in pœna poſita in matrimonio. de ſponſa. gemma.

Item quando judices temporales ordinariis recuſatis ut ſuſpectis, non patiuntur quod ad epiſcopum civitatis & ad eccleſiaſticum forum habeatur recurſus, licet hoc expreſſe caveatur in

Digitized by Google

autenti. ut diffe. judi. §. ſi vero judex. colla. 9.

Item impediunt jurisdictionem eccleſiæ : quia cum in eos vel in eorum miniſtros aut officiales vel ſubditos excommunicationis, ſuſpenſionis, interdicti ſententiæ proferuntur, gravant ex hoc proferentes, vel res, aut ſubditos eorumdem quouſque abſolutionis beneficium deferunt ad eoſdem, nec ſufficit remedium excommunicationis ſicut ait Greg. de ſenten. excommu. quicunque.

Item impediunt dictam juriſdictionem eccleſiaſticam, perſonas eccleſiaſticas eis diſplicentes pro leviſſimis criminibus carceribus mancipando: in caſibus etiam in quibus laici deprehenſi in maleficiis eiſdem vel gravioribus nullatenus caperentur.

Et quia dictas perſonas eccleſiaſticas incontinenti & libere & abſque redemptionibus, exactionibus & eorum infamia reddere nolunt eccleſiaſticis judicibus eorumdem. Nec contentantur niſi coram eis de clericatu & ejus poſſeſſione cognitio habeatur: nec prodeſt ad contrarium cap. ſi quis ſuadente. 17. quæſt. 4. nec decre. Bonifaciana. ſi judex. de ſenten. excommu. lib. 6. nec decre. eos. de immunita. eccle. eodem lib.

Item impediunt juriſdictionem eccleſiaſticam dicti judices ſeculares & eam ſibi uſurpant, compellendo perſonas ipſas eccleſiaſticas ad ſolvendum debita ſuper quibus coram eis judicibus contra perſonas ipſas eccleſiaſticas earum patentes literæ habere exhibentur: nec ſufficit quod dictus dominus Bonifacius eos mandaverit per cenſuram eccleſiaſticam ab ordinariis compeſcendos. de fo. competen. ſeculares lib. 6.

Item impediunt & perturbant juriſdictionem eccleſiaſticam: quia contra alienationes dotales cum juramento factas audiunt mulieres & filias contra patres, quibus cum juramento fecerunt pactum de hæreditate dum nuptui tradebantur. Et quia exceptionem rei judicatæ coram eccleſiaſtico judice in caſu ad eum de jure vel de conſuetudine pertinente non recipiunt: nec proficit quod in dictis tribus caſibus ſicut & in præcedenti dictus dominus Bonifacius eos per ordinarios decreverit compeſcendos. de fo. compe. ſeculares. de pact. quamvis. de jurejur. licet. & de exceptio cum quidam. lib. 6.

Item impediunt dictam juriſdictionem eccleſiaſticam reſtringendo immunitatem eccleſiarum & eccleſiaſticarum perſonarum & eccleſiaſticorum bonorum variis & diverſis modis. Paſſim etiam actus judicum eccleſiaſticorum dicunt eſſe abuſus in qua poteſtate hæc faciant, prout & in qua imponunt eis munera, tallias, & collectas extraordinarias in caſibus prohibitis à jure in auten. de eccl. tit. §. ad hæc ſanximus ut nulli jud. §. nulli vero liceat. col. 9. & expreſſius in l. Frederici, quæ incipit hac edictali. §. illicitas. cujus verba ſunt hæc, dicant: illicitas etiam exactiones maxime ab eccleſiis quarum abuſus jam per longa tempora inolevit per civitates & caſtella, omnimodo condemnamus & prohibemus: & ſi factæ fuerint, in duplum reddantur.

Item alius Fredericus in alia lege, quæ incipit ad decus & decorem, dicit in §. item: nulla communitas vel perſona publica vel privata collectas ſive exactiones, angarias, perangarias eccleſiis piiſque locis aut eccleſiaſticis perſonis imponant

Digitized by Google

aut invadere eccleſiaſtica bona præſumant. Quod ſi contrarium fecerint & requiſiti ab eccleſia vel imperio emendare contempſerint, triplum refundant. Et nihilominus banno Imperiali ſubjaceant quod abſque ſatisfactione debita nullatenus remittantur. Quod etiam nihil ſit exigendum extraordinarium ſeu ſuperindictum, nec ſportulas cogi debent ſolvere; alias tales dominij duplum reddere & cingulo nudari jubent. in autentic. de ſanctiſſimis epiſcop. §. ſportularum. colla. 9.

Verum ſi dicatur jura antiqua hoc ſuadere, reſponderi poteſt quod talia jura corrigantur per jura canonica de immuni. eccle. quia nonnulli. & ca. clericis. lib. 6. & per Concilium Lateranen. & c. non minus. ubi dicitur quod in diverſis mundi partibus conſules civitatum & rectores necnon & alij qui poteſtatem habere videntur, tot onera frequenter imponunt eccleſiis ut deterioris conditionis factum ſub eis ſacerdotium videatur quam ſub Pharaone fuerit, qui legis divinæ notitiam non habebat. Ille quidem (omnibus aliis ſervituti ſubactis) ſacerdotes & poſſeſſiones eorum in priſtina libertate donavit, & de publico eis alimoniam adminiſtravit. Iſti vero onera ſua fere univerſa imponunt eccleſiis & tot angariis eas affligunt, ut eis quod Hieremias deplorat competere videatur: princeps provinciarum facta eſt ſub tributo: ſive quidem foſſa, ſeu expeditiones, ſeu alia quælibet ſibi arbitrentur agenda, de bonis eccleſiarum & clericorum & pauperum Chriſti uſibus deputatis volunt fere cuncta compleri. Juriſdictionem etiam & authoritatem prælatorum ita evacuant, ut nihil poteſtatis eis in ſuis videatur hominibus reman-

Deterioris conditionis eſt ſacerdotium quam tempore Pharaonis.

Digitized by Google

ſiſſe. Quo circa ſub anathematis diſtrictione fieri de cætero talia prohibemus: niſi epiſcopus & clericus tantam neceſſitatem vel utilitatem aſpexerint, ut abſque ulla exactione ad relevandas communes utilitates vel neceſſitates, ubi laicorum non ſuppetunt facultates, ſubſidia per eccleſias exiſtiment conferenda. Si autem conſules aut alij de cætero iſta commiſerint, & commoniti deſiſtere noluerint, tam ipſi quam fautores eorum excommunicationi ſe noverint ſubjacere: nec communioni reddantur, donec ſatisfactionem fecerint competentem. Et 23. quæſt. ulti. convenior. & §. quamvis. cum ſequentibus c. de ſacroſan. eccl. ad inſtructiones. & l. placet. quæ canonizata eſt. 16. quæſt. 1. paragr. placet. 11. quæſt. 1. ſi tributum. 16. quæſt. 1. paragr. novarum. & ca. generaliter. 11. quæſtio. 1. ſacerdotibus. & in 22. cap. tertij Concilij Toleta. quod ponitur. 12. quæſtio. 2. eccleſiarum ſervos cum multis ſimilibus. Cum enim iſta recipiant eccleſiaſticam libertatem & alia contraria in ſervitutem redigant, ut de privilegiis. cum olim. paragr. 1. & c. ex ore. paragr. fin. Nec facit in contrarium. C. de præſcriptio. quæ pro libertate & non adverſus libertatem ſunt. l. fi. Prætores enim favent libertatibus. ff. de aliena. judi. mu. cauſa fac. l. 3. paragr. 1. unde & favores ampliantur & odia reſtringuntur. ff. de liber. & poſthu. l. cum quidam. & de jure naturali mero, omnis res libera naſcitur, & de facili redit ad illud quid jus & natura ſibi ab initio conceſſit. ff. de pactis. ſi unus. parag. pactus. verſi. quod ſi non ut totum contractum tolleret. & extra de cenſi. cum venerabilis. ex quibus omnibus habetur

Prætores favent libertatibus.

quod in bonis eccleſiarum, & monaſteriorum & quarumcunque eccleſiaſticarum perſonarum, etiam frequenter in caſibus in quibus non apponerent in bonis ſecularium perſonarum, manum apponunt, & eam tandiu ſævientes tenent in bonis prædictis quouſque dictæ perſonæ eccleſiaſticæ ſe redimant erga eos, vel eorum voluntatem adimpleant, vel quouſque viſum fuerit dictis dominis temporalibus quod ſatis perſonas eccleſiaſticas afflixerint ſupradictas.

Item propter delicta perſonarum eccleſiaſticarum & etiam ſecularium perſonarum in ſervitio vel officio perſonarum eccleſiaſticarum exiſtentium capiunt & explectant, eccleſiaſtica bona tenentes de facto, quod delictum talium debet in damnum eccleſiæ redundare, contra Greg. 16. quæſt. 6. Si epiſcopum. dicentes quod in facultatibus licite punire poſſunt perſonas ſupradictas.

Quo ad proſcriptiones contra eccleſiam.

Item cum contra eccleſiam non currat nec juvet dictos laicos niſi 40. præſcriptio. 16. quæſt. 3. paragr. cæterum. cum legibus canonizatis ſubſequentibus, contra dictum eccleſiam, ſicut contra privatam perſonam præſcriptione decennali & trecennali utuntur: & quod deterius eſt, cum per annum & diem aliquam rem eccleſiaſticam detinuerint, vel juriſdictione aliqua in temporalibus eccleſiarum uſi fuerint, nolunt audire perſonas eccleſiaſticas ex tunc ſuper poſſeſſorio niſi de proprietate etiam experiantur.

Quo ad decimas per laicos obtinendas.

Item privatus qui primitias poſſidet nulla temporis præſcriptione juvetur, cum illa quæ ab initio temporis de jure non ſortiuntur effectum, tractu temporis non convaleſcant. 16. quæſtione

Digitized by Google

3. paragr. quod ſi privatus. & extra de præſcrip. cauſam quæ. contra prędicta volunt domini temporales & nobiles dictas decimas & primitias poſſidere tanquam propriam hæreditatem. contra illud Gregor. 16. quæſtio. 7. decimas. extra de decimis. quoniam. 1. quæſtio. 3. pervenit.

Item aliqui ex regibus & dominis temporalibus authoritate volunt conferre beneficia eccleſiaſtica, quanquam in eos jus collationis cadere non poſſit, quaſi diviſionem facientes inter temporalitatem conſecutivam ex jure ſpirituali, & ipſa jura ſpiritualia, contra illud. 1. quæſtio. 3. Si quis objecerit. 96 diſtinctione. bene quidem. 63. diſtinctione. capit. 1. cum multis ſequentibus. de reb. eccle. non alienan. cum laicis. de conſtitutio. eccleſia. & capitu. quæ in eccleſiarum. 1. quæſt. 7. quicunque. & capitulo, cavendum. 8. quæſt. 1. apoſtolica. 10. quæſt. 1. cap. 1. cum ſequentibus. de jure patrona. præterea. & cap. cum laici. & cap. ſequenti. *Quo ad beneficiorum collationes.*

Item cum conſtitutiones & ſtatuta regum, principum & dominorum temporalium oneroſa eccleſiis & eccleſiaſticis perſonis non debeant obſervari: ut 10. diſt. quaſi per totum. & in dicto capit. quæ in eccleſiarum. dicti reges & principes ac domini temporales conſtitutiones, ſtatuta & conſuetudines eorundem in cauſidicando & in aliis ſervare faciunt in cauſis eccleſiaſticis quæ actitantur coram eis, & ſtatuta ſua, & conſuetudines ſervari faciunt, quæcunque jura ſcripta divina & humana, contra illa quæ habentur. 8. 9. 10. & 11. diſtinctione. & 25. quæſtione prima generali. *Seculares in cauſis eccleſiaſticis ſuas faciunt obſervare leges.*

Item vacantibus eccleſiis cathedralibus, &

aliis, quodammodo ſe ingerunt, & potentia, precibus & violentiis volunt habere perſonas gratas eiſdem contra jura communia. 63. diſtinct. cap. 1. 2. & ſequentibus. 16. quæſtio. 7. ſi quis deinceps.

Quo ad appellationes. Item ab epiſcopis temporalia obtinentibus non permittunt ad archiepiſcopos appellàri ſecundum Concilium Lugdunen. de appellat. Romana. parag. debet. non attendentes quòd antequam regna pervenerint ad eos, & ante Chriſti adventum erant urbes & loca, in quibus primates Gentilium habitabant, ad quos poterat ab aliis appellari: in quibus quidem vrbibus & locis poſt adventum Chriſti, Apoſtoli & eorum ſucceſſores patriarchas & primates poſuerunt, ad quos ab epiſcopis poterat appellari, ſicut habetur 80. diſt. cap. 1. cum ſequentibus. & xcix. diſt. cap. 1.

Quo ad mulctas. Item in aliquibus partibus dicti domini temporales faciunt incaſtellari & mulctari eccleſias, & ex hoc in ſervitutem redigunt eas, & ſibi tanquam caſtra dicunt eſſe ſubjectas, contra illud Calixti Papæ, x. quæſt. 1. ſanctorum.

Quo ad vocationem in ius. Item epiſcopos & archiepiſcopos multi reges & principe pro civilibus & criminalibus cauſis eos vel eorum familiares aut officiales tangentibus, ita vocant & retrahunt coram ſe in cauſa ſicut & alias perſonas, non ſervantes ſtatutum Papæ Bonifacii ad epiſcop. Galliæ. 11. quæſt. 1. nullus epiſcopus neque pro civili, neque pro criminali cauſa apud quemvis judicem ſive civilem, ſive criminalem producatur vel exhibeatur: & quòd magiſtratus qui hoc jubere auſus fuerit, amiſſione rerum & cinguli condemnatione plectatur.

Digitized by Google

Item in multis partibus dicti epiſcopi & aliæ perſonæ à principibus & aliis dominis temporalibus à teſtimonio revocantur, contra leg. illam C. de Epiſc. & cler. canonizatam 11. quæſt. 1. teſtimonium cum ſeq. ubi dicitur quod teſtimonium clerici adverſus laïcum recipi non debet, ſc. in foro ſeculari & criminali. Et quod epiſcopi nec honorum, id eſt iure prætorio, nec legibus ad teſtimonium flagitatur, de teſtibus, de cætero.

Quo ad bona prælatorum defunctorum.

Item in multis partibus dicti principes & domini temporales, res epiſcoporum & cæterarum perſonarum eccleſiaſticarum morientium uſurpant & impediunt, ne per epiſcopos vel capitula vel per alios ad quos pertinent, diſtribuantur, ſecundum ordinationem defuncti: vel reſerventur ſucceſſori. Nec prodeſt quod Vrbanus in Concilio Alverniæ habito in tales anathema protulerit. & quod in Calcedonen. Concilio & ab Innocen. ſecundo excommunicationis ſententia in tales lata fuerit. 12. quæſt. 2. de laicis. & cap. epiſcoporum. & cap. illud. & quod Greg. idem fecerit in Concil. Lugdunen. de elec. generali. & de re. eccl. non alien. hoc conſultiſſimo.

Quo ad manſiones in monaſteriis monialium.

Item in aliquibus partibus reges & principes & domini temporales infra civitates, caſtra, villas & territoria eccleſiis & perſonis eccleſiaſticis ſubjecta acquirunt aliquas poſſeſſiones vel res, in quibus, vel inter quas explectant aliqua, propter quæ epiſcopi & eccleſiæ perdunt juriſdictionem eorum, quod eſt juri contrarium. 16. quæſt. 5. poſſeſſio. cum cap. præcedentibus & ſubſequentibus, & ead. cau. & quæſt. 3. ſicut.

Item dicti principes, reges & domini tempora-

Digitized by Google

les frequenter non ſolum in monaſteriis monachorum, & in domibus epiſcoporum, verumetiam, quod eſt deteſtabilius, in monaſteriis monialium ſibi eligunt manſiones contra illud Grego. 18. quæſt. 2. pervenit. & contra ſeptimam ſynodum. 19. quæſtione 3. quoniam. & c. quæ ſemel.

Item cum dicti reges & principes & domini temporales neminem debeant concutere, ſed eſſe contenti ſtipendiis ſuis, ſicut beatus Joannes baptiſta conſuluit eis, Lucæ 3. & Actuum 2. 23. quæſt. 1. militare. & contra hoc per potentiam, terrores, & minas frequenter multa à perſonis eccleſiaſticis extorqueant, & aliquando juramentum fidelitatis à dictis perſonis eccleſiaſticis, quæ nihil ab eis tenent, exigant, contra Concilium generale. de jurejurando. nimis. videretur ſuper hoc providendum.

Quo ad jura. fidelitatis.

Quo ad clericos criminoſos.

Item excedunt dicti principes, reges & domini temporales & miniſtri eorum contra eccleſiaſticam libertatem: quia cum aliquæ perſonæ quæ reddendæ eſſent foro eccleſiaſtico, capiuntur per eos, faciunt eas coram ſe omnia confiteri, & poſtmodum tanquam confeſſas & convictas de criminibus, eas reddunt foro eccleſiaſtico: dicentes quod confeſſionem coram ſe factam revocare non poſſunt, & quod niſi ſecundum dictam confeſſionem judicentur per eccleſiam & pro criminoſis habeantur, per ipſos ſic ſi rehaberi potuerint punientur: moti quodammodo ex quadam gloſſula Innoc. poſita de electio. per inquiſitionem. & de judi. at ſi clerici.

Quo ad prælatorum ſe-

Item multi ex dictis regibus & principibus imitantur errorem Imperatoris Conſtantinopolita-

Digitized by Google

ni: quia archiepiſcopis & epiſcopis regni eorum & aliorum regnorum ad eos venientibus (ſicut deberent) reverenter non aſſurgunt, nec eis juxta eos venerabilem ſedem aſſignant, imo quod eſt deterius, vix interdum ingreſſum poſſunt habere ad eos & ad cancellarios & conſiliarios eorundem: & cum difficultate audientia præſtatur eiſdem: & dictis regibus & principibus in ſolio eorum vel lectis ſedentibus, prædicti archiepiſcopi, epiſcopi, abbates & alij prælati cum laicis & communibus perſonis in terra vel communibus ſedibus ſedere coguntur, contra honorem & reverentiam totius cleri & eccleſiaſticæ dignitatis: & contra jura, de majorita. & obed. ſolitæ. 63. diſt. Valentinianus. 96. diſt. duo. 11. quęſt. 1. ſacerdotibus.

dem in domibus princi-pum.

TITULUS LXXI.

De fidelitate regibus & principibus obſervanda: & de puniendis his perſonis eccleſiaſticis quæ contra eos aliquid machinantur.

SCribit Auguſt. 22. quæſt. 5. quis laicus. quod c. aliqui habent pro palea & aliqui pro §. c. de forma. quod ſi quis laicus juramentum violando prophanat, quod regi & domino ſuo jurat: & poſtea perverſe ejus regnum & doloſe tractaverit, & in mortem ipſius aliquo machinamento inſidiatur: quia ſacrilegium peragit, in Chriſtum Dei manum mittens, anathema ſit, niſi per dignæ pœnitentiæ ſatisfactionem emendaverit: ſicut enim conſtitutum eſt à ſancta ſynodo ſeculum relinquat, arma deponat, in monaſterium

Prælatus fidelitatis iuramētū principi factum violans punitur.

Digitized by Google

eat, & pœniteat omnibus diebus vitæ ſuæ, verumetiam communionem in exitu vitæ ſuæ cum euchariſtia accipiat. Epiſcopus autem preſbyter & diaconus ſi hoc crimen commiſerint, degradentur. Item Hierony. 23. quæſt. 5. ſi apud. dicit quod ſi apud carnales dominos in minimis fideles fuerint, incipient eis apud Deum præmia majora committi: ornat autem doctrinam Domini, qui ea quæ conditioni ſuæ ſunt apta, facit: & ex diverſo confundit eam qui non eſt ſubjectus in omnibus, & cui conditio ſua diſplicet, qui condictor atque fraudator in nullo fidem bonam oſtendit. Quomodo enim poteſt eſſe fidelis in ſubſtantia Dei, qui carnali fidem domino exhibere non potuit? quaſi dicat, nullo modo: quia non poteſt hominibus eſſe fidelis, qui erga Deum extiterit infidelis, ſicut habetur in 4. Concil. Tolet. cap. 63. poſito. 2. quæſt. 7. non poteſt. Item ſuper prædictis proviſum fuit in ulti. cap. dicti 4. Concilij Tolet. in hunc modum.

Fidelis quis non poſſit dici Deo.

Poſt inſtituta quædam eccleſiaſtici ordinis vel decreta quæ ad quorundam pertinẽt diſciplinam, Poſtrema nobis cunctis ſacerdotibus ſententia eſt, pro robore noſtrorum regum & ſtabilitate gentis Gothorum pontificale ultimum ſub Deo judice ferre decretum. Multarum quippe gentium (ut fama eſt) tanta exiſtit profidia animorum, ut fidem ſacramento promiſſam regibus ſuis obſervare contemnant, & ore ſimulent juramenti profeſſionem, dum retineant mente perfidiæ impietatem. Jurant enim regibus ſuis, & fidem quam pollicentur prævaricantur, nec metuunt volumen iſtud judicij, per quod inducitur maledictio multaque pænarum comminatio, ſuper

per eos qui jurant in nomine Dei mendaciter. Quæ ergo ſpes talibus populis contra hoſtes laborantibus erit? Quæ fides ultra cum aliis gentibus in pace credenda poſt fœdus non violandum? Quæ in hoſtibus jura ſtabili permanebunt ſponſione, quando nec ipſis regibus propriis juratam fidem conſervant? Quis enim adeo furioſus eſt, qui caput ſuum manu ſua propria deſecet? Illi ut notum eſt immemores ſalutis ſuæ propria manu ſeipſos interimunt: in ſemetipſoſque ſuoſque reges, proprias convertendo vires. Et cum Dominus dicat: Nolite tangere Chriſtos meos. & David, quis, inquit, extendit manum ſuam in Chriſtum Domini, & innocens erit? illis nec vitare metus eſt perjurium, nec regibus inferre exitium, hoſtibus quippe fides pacti datur, nec violatur. Quod ſi bello fides vigeat, quantomagis in ſuis ſervanda eſt? Sacrilegium quippe eſt ſi violetur à gentibus regum ſuorum promiſſa fides: quia non ſolum in eis fit pacti tranſgreſſio, ſed & in Deum in cujus nomine pollicetur ipſa promiſſio: inde eſt quod multa regna terrarum cæleſtis iracundia ita permutavit, ut pro impietate fidei & morum alterum ab altero ſolverentur. Unde & nos cavere oportet cauſam hujuſmodi gentium, ne ſimiliter plaga feriamur præcipiti & plaga puniamur crudeli. Si enim Deus angelis in ſe prævaricantibus non pepercit, qui per inobedientiam cæleſte habitaculum perdiderunt. unde per Eſaiam dicit, Inebriatus eſt gladius meus in cœlo: quanto magis nos noſtræ ſalutis interitum timere debemus, ne per infidelitatem eodem ſæviente gladio pereamus? Quod ſi divinam iracundiam vitare volumus, &

Pro atq. à multomagis ponuntur hic exempla ſcitu digna.

Digitized by Google

ſeveritatem eius ad clementiam provocare cupimus, ſervemus erga Deum religionis cultum, atque timore cuſtodiamus erga principes noſtros pollicitam fidem atque ſponſionem. Non ſit in nobis ſicut in quibuſdam gentibus infidelitatis ſubtilitas impia, non ſubdolæ mentis perſidia, non perjurij nefas, & conjurationum nefanda molimina. Nullus apud nos præſumptione regnum accipiat, nullus excitet mutuas ſeditiones civium, nemo meditetur interitum regum. Sed defuncto in pace principe, primates gentis cum ſacerdotibus ſucceſſorem regni Conſilio communi conſtituant: ut dum unitatis concordia à nobis retinetur, nullum patriæ gentiſque diſcidium per vim ambitionis moveatur. Quod ſi hæc admonitio mentes noſtras non corrigit, & ad ſalutem communem cor noſtrum nequaquam perducit, audi ſententiam noſtram. Quicunque igitur ex nobis vel totius Hiſpaniæ populis, qualibet conjuratione vel ſtudio, ſacramentum fidei ſuæ quod pro patriæ gentiſque Gothorum ſtatu vel conſervatione regiæ ſalutis pollicitus eſt temeraverit, aut regem nece attrectaverit, aut poteſtate regni exuerit, aut præſumptione tyrannica regni faſtigium uſurpaverit, anathema ſit in conſpectu Dei Patris & angelorum, atque ab eccleſia catholica, quam perjurio prophanaverit efficiatur extraneus, & ab omni cœtu Chriſtianorum alienus, cum omnibus impietatis ſuæ ſociis: quia oportet ut una pœna teneat obnoxios quos ſimilis error invenerit implicatos, quod iterum ſecundo replicamus dicentes. Quicunque amodo ex nobis vel cunctis Hiſpaniæ populis quolibet tractatu vel ſtudio ſacramentum fi-

Audi ſententiam hic deſcriptam.

Digitized by Google

dei ſuæ quod pro partriæ gentiſque Gothorum ſtatu vel conſervatione regiæ ſalutis pollicitus eſt, violaverit, aut regem nece attrectaverit, aut poteſtate regni exuerit, aut præſumptione tirannica regni faſtigium uſurpaverit, Anathema in conſpectu Chriſti & apoſtolorum ejus ſit, atque ab eccleſia catholica quam perjurio prophanaverit, efficiatur extraneus, & ab omni conſortio Chriſtianorum alienus, & damnatus in futuro Dei judicio habeatur cum participibus ſuis: quia dignum eſt, ut qui talibus ſociantur, ipſi etiam damnationis eorum participatione obnoxij teneantur. Hoc etiam tertio acclamamus, dicentes: Quicunque amodo ex nobis, vel cunctis Hiſpaniæ populis, qualibet meditatione vel ſtudio ſacramentum fidei ſuæ, quod pro patriæ ſalutis, gentiſque Gothorum ſtatu vel incolumitate regiæ poteſtatis pollicitus eſt, violaverit, aut regem nece attrectaverit, aut poteſtate regni exuerit, aut præſumptione tirannica regni faſtigium uſurpaverit, anathema ſit in conſpectu Spiritus ſancti & martyrum Chriſti, atque ab eccleſia catholica, quam perjurio prophanaverit, efficiatur extraneus: & ab omni Chriſtianorum communione alienus, nec partem habeat juſtorum. Sed cum diabolo & angelis ejus æternis ſuppliciis condemnetur una cum eis qui eandem conjurationem nituntur, ut par pœna perditionis conſtringat quos in perniciem prava ſocietas copulat. Et ideo ſi placet omnibus qui adeſtis, hoc tertio reiterata ſententia veſtræ vocis conſenſu firmate. Ab univerſo clero vel populo dictum eſt: qui hanc noſtram diffinitionem præſumpſerint, anathema maranatha, hoc eſt perditio in adven-

Secunda ſententia.

Tertia ſententia.

Digitized by Google

Anathema maranatha d.citur.

tum Domini ſint: & cum Juda Scarioth partem habeant ipſi & ſocij eorum, amen. Quapropter noſipſi & ſacerdotes omnes ſanctam eccleſiam Chriſti, ac populum admonemus, ut hæc tremenda & toties reiterata ſententia nullum ex nobis, præſenti atque æterno condemnet judicio, ſed fidem promiſſam erga glorioſiſſimum Dominum noſtrum Siſenandum regem cuſtodientes, ac ſincera illi devotione famulantes, non ſolum divinæ pietatis in nobis clementiam provocemus, ſed etiam gratiam antefati principis percipere mereamur. Te quoque præſentem regem ac futuros ætatum ſequentium principes, humilitate debita depoſcimus, ut moderati & mites erga ſubjectos exiſtentes, cum juſtitia & pietate populos à Deo vobis creditos regatis, bonamque viciſſitudinem, qui vos nobis conſtituit, largitori Chriſto rependatis, regnantes in humilitate cordis cum ſtudio bonæ actionis: nec quiſquam veſtrum ſolus in cauſa captivum aut reum ſententiam feriat. Sed conſenſu publico cum rectoribus ex judicio manifeſto delinquentium culpa pateſcat, ſervata à vobis in offenſis manſuetudine, ut non ſeveritate magis in illis quam indulgentia polleatis, ut dum omnia hæc authore Deo pio à vobis moderamine conſerventur, & reges in populis, & populi in regibus, & Deus in utriſque lætetur. Sane de futuris regibus hanc ſententiam promulgamus, ut ſi quis ex eis contra reverentiam legum, ſuperba dominatione & faſtigio in flagitiis & facinore ſive cupiditate crudeliſſima poteſtatem in populis exercuerit, anathematis ſententia à Chriſto domino condemnetur, & habeat à Deo ſeparatio-

Sententia contra Reges.

Digitized by Google

nem atque judicium, propter quod præſumpſerit prava agere, & in perniciem regnum deducere. De Simithilane vero, qui propria ſcelera metuens, ſeipſum regno privavit, & poteſtatis faſcibus exuit, id cum gentis conſultu decrevimus, ut neque eum vel uxorem ejus, propter mala quæ commiſerunt, neque filios eorum unitati noſtræ unquam conſociemus: nec eos ad honores, à quibus ob iniquitatem dejecti ſunt, aliquando promoveamus. Quique etiam ſicut in faſtigio regni habentur extranei, ita poſſeſſione rerum quas de miſerorum ſumptibus auxerant, maneant alieni: præter id quod pietate piiſſimi principis noſtri fuerint conſecuti. Non aliter & Geillanem memorati Simithilane & ſanguine & ſcelere fratrem qui nec in germanitatis fide ſtabilis extitit, nec fidem glorioſiſſimo domino noſtro pollicitam conſervavit. Hunc igitur cum conjuge ſua, ſicut & ante factum eſt, à ſocietate gentis atque conſortio noſtro placuit ſeparari, nec in amiſſis facultatibus in quibus per iniquitatem creverant reduces fieri, præter id quod conſecuti fuerint pietatem clementiſſimi principis cujus gratia bonos donorum præmiis ditat, & malos à benevolentia ſua non ſeparat. Gloria autem & honor omnipotenti Deo noſtro in cujus nomine congregati ſumus. Poſt hæc pax & ſalus & diuturnitas piiſſimo & amatori noſtro Siſenando regi, cujus devotio nos ad hoc decretum ſalutiferum convocavit: corroboret ergo Chriſti gratia regnum illius, genteſque Gothorum in fide catholica annis & meritis, protegat illum uſque ad ultimam ſenectutem ſummi Dei gratia: & poſt præſentis regni gloriam, ad æter-

Digitized by Google

num regnum tranſeat: ut ſine fine regnet qui in ſeculo fœliciter imperat, ipſo præſtante qui eſt Rex regum & Dominus dominorum, cum Patre & Spiritu ſancto in ſecula ſeculorum, Amen.

Definitis itaque his quæ ſuperius comprehenſa ſunt, annuente religioſiſſimo principe, placuit deinde nulla re impediente, à quolibet noſtrorum ea quæ conſtituta ſunt temerari: Sed cuncta ſalubri concilio conſervari. Et quia profectibus eccleſiæ & animæ noſtræ conveniunt, etiam propria ſubſcriptione (ut permaneant) roboramus. Ego Yſodorus in Chriſti nomine, eccleſiæ Hiſpalen. Metropolitanus epiſcopus hæc conſtituens, ſubſcripſi. Similiter & alij epiſcopi ſubſcripſerunt numero 40.

Sollicitì de cuſtodia Regis eſſe debemus.

Item in 5. Concilio Toleta. cap. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8 & 9. ac ulti. continetur, qualiter eccleſia & omnes Chriſtiani debent eſſe ſoliciti de cuſtodia ſalutis regum, & de illis qui rege ſuperſtite cum blandiuntur de ſpe regni habenda, & de illis qui principibus maledicere præſumunt: & ut fideles ſubditi regum non fraudentur jure rerum ſuarum, ex cupiditate à ſucceſſoribus eorum, & facinora principum obſervando ad obſervantiam conciliorum de quibus ſcribitur in dicto cap. 2. & ſequentibus, in hunc modum. Summa autem nobis vigilantia & grandi religionis cura providendum eſt, ut mala quæ aſſidue perhibita perpetrantur, circunſpecta diſciplina eccleſiaſtica extirpentur. Non enim incaſſum ſcriptum eſt, peſtilente flagellato ſtultus ſapientior erit. Quãobrem quoniam præponderante onere delictorum experientia pene ſemper ac ſæpe fieri diſci-

Peſtilente flagellato ſtultus ſapientior erit.

mus, quod magnopere vitare debemus: quod etiam cuſtoditur, cum hoc quod divinis ſacramentis ſpopondimus, temeritate non violamus. Ideoque frequenter eſt compeſcendum, quod crebro invenitur tranſgreſſum. Sed ne ſuccedentes præcedant, ac deinde ſequentes invideant altioribus, & cuncta quieta & pacata permaneant: hæc in concilio communiter conſiderata defertur ſententia, ut ſervetis quæcunque in univerſali & magna ſynodo proviſa conſcriptaque circa principum ſalutem & utilitatem ſunt. Hæc quoque adjecta cuſtodiantur, videlicet ut omni benignitate, omnique firmitate circa omnem poteſtatem principis noſtri Chintillani regis teneatur dilectio, & præbeatur rationabile defenſionis adminiculum: nec res juſtæ proviſæ, aut etiam parentum digna proviſione procuratæ, ad juris proprietatem pertinentes injuſte fraudulenterve à quoquam tam illicite exquiſita lædendi eos præbeatur: nec quocunque modo quibuſlibet rebus ſpreta dilectione moleſtentur: hæc enim licentia efficit & principes in ſubjectis ſuſpectos, & ſubjectos in bonis principum cupidos. Quocirca ne & promiſſa contemnatur, & ut cupiditas radix omnium malorum auferatur, conteſtamur omnes præſentes & abſentes, vel etiam futuris temporibus conſequentes coram Deo & angelis ejus, quod ſi quiſquam noſtræ conteſtationis temerator extiterit, atque contemptor, & quacunque argumentatione odioſe eos moleſtare, aut in aliquo fuerit conatus lædere, ſit anathema in Chriſtianorum omnium cœtu, atque ſuperno condemnetur judicio, ſit explorabilis omnibus catholicis, & abominabilis ſanctis angelis

Crebro tranſgreſſum frequenter eſt compeſcendum

Pœna deſcriptio.

Digitized by Google

in miniſterio Dei conſtitutis, ſit hoc ſeculo perditus, & in futuro condemnatus, qui tam rectæ proviſioni noluit præbere conſenſum. Inexpertis novis morbis, novam decet invenire medelam. Quapropter quam ſunt inconſideratæ quorumdam mentes, & ſe minime capientes, quos nec origo ornat, nec virtus decorat, qui paſſim putant licenterque ad regalia majeſtatis pervenire faſtigia: Hujus rei cauſa noſtra omnium cũ invocatione divina præbetur ſententia, ut ſi quis talia meditatus fuerit, quem nec electio omnium præfecit, nec Gothicæ gentis nobilitas ad hunc apicem trahit, ſit conſortio catholicorum privatus, & divino anathemate condemnatus. Ergo quia & religioni inimicum, & hominibus conſtat eſſe perniciosum futura illicite cogitare, & caſus principum exquirere, ac ſibi in poſterum providere, cum ſcriptum ſit, Non eſt veſtrum noſſe tempora vel momenta, quæ Pater poſuit in ſua poteſtate: hoc decreto cenſemus, ut quiſquis inventus fuerit talia perquiſiſſe, & vivente principe in alium attendiſſe pro futura regni ſpe, aut alios in ſe propter id attraxiſſe, à conventu catholicorum cum excommunic. ſententia expellatur. Sed & hoc pro peſtilentioſis hominum moribus ſalubri deliberatione cenſemus, ne quis in principem maledicta congerat. Scriptum eſt enim à legiſlatore, Principem populi tui ne maledixeris. Quod ſi quis fecerit, excommunicatione eccleſiaſtica plectatur. Nam ſi maledicti regnum Dei non poſſidebunt, quanto magis talis ab eccleſia neceſſario pellitur, qui divinæ violator ſententiæ invenitur?

Novis morbis nova medela datur.

Simili providentia pro fidelibus regum noſtra

Digitized by Google

datur ſententia, ut quiſquis ſuperſtes principum extiterit juſte in rebus profligatis, aut largitate principis acquiſitis, nullam debeat habere jacturam. Nam ſi licenter & injuſte perturbentur fidelium mentes, nemo optabit proprium ac fidele præbere obſequium, dum cuncta nutant in incertum, & in futuro diſcriminis formidant cauſam. Sed ſaluti eorum & rebus principalis pietas debet præbere ſuffragia. Exemplis enim cæteri provocantur ad fidem, cum fideles non fraudantur mercede. Propter malarum mentium facilitatem & memoriæ oblivionis hoc ſacratiſſima ſtatuit ſynodus, ut in omni Concilio epiſcoporum Hiſpaniæ univerſalis Concilij decretum, quod propter principum noſtrorum ſalutem eſt conſtitutum, peractis omnibus in ſynodo publica debeat voce pronuntiari: quatenus ſæpe replicatum auribus vel aſſiduitate iniquorum mens territa corrigatur, quæ ad prævaricandum & oblivione & facilitate perducitur. In his omnibus quæ præmiſimus poteſtatem indulgentiæ in culpis delinquentium principi reſervamus, ut juxta bonitatis ſuæ moderamen ubi emendationem proſpexerit mentium, veniam tribuat culparum.

Provocamur ad fidem, cum fides mercede non fraudatur.

Sæpe replicatũ operatur.

His verò omnibus finem & robur ſubſcriptione noſtra facientes, gloriam & laudem omnipotenti domino Deo in quantum mortalium valitudo finit, reddimus. Poſt hæc gratias excellentiſſimo & glorioſiſſimo principi noſtro Chintillano regi peragimus, cujus ardor fidei, ſtudium bonæ intentionis & unanimitatis concordiam nobis tribuit & fiduciam charitatis Donec ei Dominus de inimicis triumphum, & de beatitudine

Optatum notatu dignum.

gaudium, cuſtodiat eum protectione aſſidua, & muniat bonæ voluntatis ſuæ circunſpectione tutiſſima, cujus regnum manet in ſæcula ſæculorum.

Ego Eugenius Tolet. eccleſiæ provincialis Carthaginen. metropolitanus epiſcopus, his omnibus decretis annuens ſubſcripſi, ſimiliter & alij epiſcopi ſubſcripſerunt, numero viginti.

In iij. cap. vj. Concilij Toletani legitur.

Ludovicus F. R. circa Iudæos attēdit.

INflexibilis Judæorum perfidia deflexa tandem videtur pietate & potentia ſuperna. Hinc enim liquet, quod inſpiramine ſummi Dei excellentiſſimus & Chriſtianiſſimus princeps Francorum Rex Ludovicus, ardore fidei inflammatus, cum regni ſui ſacerdotibus prævaricatores & ſuperſtitiones eorum eradicare elegit funditus, nec ſinit degere in regno ſuo eum qui non eſt catholicus: ob cujus fervorem fidei gratias omnipotenti Domino cælorum agimus, eo quod ei tam illuſtrem creaverit animam, & ſua repleverit ſapientia, ipſe quoque donet ei & in præſenti ſæculo longævam vitam, & in futuro gloriam æternam. Illud autem provida nobis cura & valde eſt decernendum vigilanti ſolertia, ne ejus fidei calor & noſter labor quandoque in poſteris tepefactus liqueſcat. Quocirca conſonam cum eo corde & ore permulgamus Deo placituram ſententiam, ſimul etiam cum ſuorum optimatum illuſtriumque virorum conſenſu & deliberatione ſanximus, ut quiſquis ſuccedentium temporum regni ſortitus fuerit apicem, non antè conſcendat regum ſedem, quam inter

Digitized by Google

reliqua conditionum ſacramenta pollicitus fuerit, hanc ſe catholicam non permiſſurum eos violare fidem. Sed & nullatenus eorum perfidiæ favens, vel quolibet neglectu, aut cupiditate illectus tendentibus ad præcipitia infidelitatis aditum præbeat prævaricationis. Sed quidquid magnopere noſtro eſt tempore conquiſitum, debeat illibatum perſeverare in futurum. Nam incaſſum bonum agitur, ſi non ejus perſeverantia providetur. Ergo poſtquam ordine præmiſſorum ad gubernacula acceſſerit regni, ſi ipſe temerator huius extiterit promiſſi, ſit anathema maranatha in conſpectu Dei, & pabulum efficiatur ignis æterni, ſimulque cum eo damnatione perculſi, quicumque ſacerdotum vel Chriſtianorum quilibet eorum implicati fuerunt errore. Nos etenim ita præſentia decernimus, ut præterita quæ in univerſali ſynodo de Iudæis conſcripta ſunt, confirmemus: quoniam ea quæ neceſſaria pro eorum ſalvatione ſcribi potuerunt in eiſdem eſſe cauta ſanximus. Quapropter quæ tunc decreta ſunt valitura eſſe cenſemus.

Iurat rex non ſe permiſſurũ fidem violare catholicam Perſeverantia hic commendatur. Maledictio regis fidem catholicam non defendentis.

Et in 13. cap. eiuſdem concilii quod ſequitur etiam legimus.

Qui primatu dignitatis atque reverentiæ vel gratiæ ob meritum in palatio honorabiles habentur, his à iunioribus modeſtus honor per omnia deferatur, qui etiam minores à ſenioribus & dilectionis affectu amplectantur, & utilitatis imbuantur exemplo.

Digitized by Google

Et in decimo cap. Concilii Toletani.

Item ad idem faciunt omnia quæ ſunt ſuprà in proximo titulo, de reformatione cleri, & in præcedentibus.

TITULUS LXXII.

De reformatione Regum & ſecularium perſonarum.

Ratione & iuribus, non propriis voluntatibus & motibus regi debemus.

Reges hic attendant.

AD reformationem Regum & principum, & omnium dominorum temporalium faciunt illa quæ dicta ſunt ſuprà in primis titulis primæ partis, ſcilicet, ut regerentur juribus & rationibus de Conſilio proborum, & non propriis voluntatibus & motibus, & arbitrio eorumdem. Et quod cohiberent ſe à gravaminibus eccleſiæ inferendis, de quibus quinquaginta gravamina tacta ſunt in 70. hujus II. partis titul. & quòd liberaliter juſtitiam exhiberent, monetas non mutarent, inſufficientes tabelliones non crearent, nec permitterent rempub. in menſuris, ponderibus & aliis defraudari, & quòd ad omnibus fidelitas ſervetur eiſdem, ſicut in 71. tit. dictum eſt. Et ſpeciales orationes fiant pro eiſdem: ut in 6. tit. quòd non capiant perſonas eccleſiaſticas, nec eis acquirere prohibeant, ut in 3. & 5. titul. Et quòd deputent defenſores eccleſiis, ut in 40. tit. Et quòd venationibus nimis non inſiſtant, ut in 51. titulo.

Ad reformationem autem totius ſtatus ſecularis faceret ſpecialiter reformatio dictorum Re-

Digitized by Google

gum & principum quo ad prædicta. Et reformatio etiam eccleſiæ Romanæ, prælatorum, religioſorum, & totius cleri: quia quod ab eis agitur, trahitur ab ipſis laïcis in exemplum.

Ad dictam etiam reformationem ſecularium perſonarum faciunt illa quæ dicta ſunt ſuprà in 35. titul. 39. 42. 45. 47. 48. 50. 56. 57. 8. 9. 61. 62. 3. 4. 7. 9. 71. 3. & v. 80 81. & 2. 6. 7. 8. & 9. & in 70. ſc. ut decimas & primitias & alia jura eccleſiſtica ſolvant.

SECUNDÆ PARTIS FINIS.

Digitized by Google

INCIPIT TERTIA PARS Tractatus.

TITULUS PRIMUS.

De reformatione univerſalis eccleſiæ, & (quod in ea eſt præcipuum) à capite ſanctæ Romanæ eccleſiæ, prælatis & aliis ſuperioribus inchoandum.

Romana eccleſia caput omnium aliarum

SAne quantum ad reformationem univerſalis eccleſiæ, utiliter & perſeverabiliter ac efficaciter faciendum videtur, quod à capite ratio ſit edenda, videlicet à ſacroſancta Romana eccleſia, quæ caput eſt omnium aliarum. Ad quam tanquam ad caput eccleſiarum omnis ſanctæ religionis relatio eſt ſecundum Grego. referenda: & quam tanquam caput & matrem omnium eccleſiarum ſecundum Calixtum membra omnia ſequi debent. Quæ, ſicut Inno. Pa. ſcribit, eſt omnibus poſita in ſpeculum & exemplum. Unde ſicut ſpeculum ſine macula atque ruga, exemplum abſque reprehenſionis nota debet eſſe: Sic prædicta eccleſia ſancta Romana ſecundum Pelagium ur-

Digitized by Google

bis Romæ epiſcopum, non debet habere in ſe maculam neque rugam, neque aliquid hujuſmodi. Capite namque langueſcente, omnia corporis membra dolent, teſtimonio Eſaiæ. Et cum incurvantur hi qui præeunt ad ferenda onera peccatorum, facile inclinantur ſequentes. Et ſi quid perverſe agitur à prælatis (cum facta verbis contraria pluſquam ipſa verba ſecundum Senecam, moveant) trahitur à ſubditis de facili in exemplum. Et concuſſis columnis eccleſiæ, corruit ædificium. Et quamquam de Scribis & Phariſæis ſuper cathedram Moyſi ſedentibus præcipiat Dominus & inſtruat, dicens: Quod dicunt, facite: quod autem faciunt, facere nolite. Dicunt autem, & non faciunt: & alligant onera gravia & importabilia, & imponunt in humeros hominum, digito autem ſuo nolunt ea movere: omnia opera ſua faciunt ut ab hominibus videantur: dilatant philacteria ſua & magnificant fimbrias: amant primos recubitus in cœnis, & primas cathedras in ſynagogis, & ſalutationes in foro, & vocari ab hominibus rabbi. Et hoc idem ſecũdum Joan. Chriſoſt. intelligi poſſet de prælatis & ſacerdotibus noſtri temporis, qui omnem juſtitiam populo mandant, & ipſi nec modicam ſervant: ut ſic, non faciendo, ſed dicendo juſti appareant. Nihilominus tamen quia ut Pſalmiſta ait, Oculi ſervorum, id eſt, ſubditorum & laicorum ſunt in manibus & operationibus dominorum ſuorum, id eſt, prælatorum ſuperiorum. Et oculi ancillæ, id eſt, univerſalis eccleſiæ in manibus dominæ ſuæ: hoc eſt, Romanæ eccleſiæ, quæ domina ac judex eſt aliarum, cujus rector catholicus non judicatur à quoquam. Cum ejus ſedi primum

Quando caput langueſcit, cætera membra dolent.

Attendant hic prælati qui ſæpe nec dicunt & minus faciunt, ſaltem boni, & non quod eſt paſtoris ſed potius lupi agunt

Oculi ſervorũ & ancillarum sũt ubhic exponitur.

Digitized by Google

Petri apoſtoli meritum, deinde ſecura juſſione Domini Conciliorum venerandorum authoritas ſingularem in eccleſiis tradiderit poteſtatem, ſicut ſcribitur in decretis, plus ad facta dictæ Romanæ eccleſiæ attenditur quam ad verba. Potiſſime cum dom. Papa locum ejus teneat, & vice fungatur in terris, qui cœpit facere & docere, & turbam ſequentem cibo corporali reficere, non ſolo pabulo verbi ſui: Qui digito ſuo ſcripſit in terrã (cũ de peccatricis de mulieris judicio ageretur) Qui ſine peccato eſt veſtrum primus in illam lapidem mittat: ut docuit nos in ſacro evangelio. Regem enim æterna jura faciunt, non perſona: quia non conſtat ſui mediocritate, ſed ſublimitatis honore. Quæ ergo honori debeant, honori deſerviant, & quæ reges accumulant regno relinquant: ut quia eos regni gloria decorat, ipſi quoque regni gloriam non extenuent, ſed exornent. Habeant deinceps jure conditi reges in regendo judicia juſta, in parcendo pectora prompta, in conquirendo ſtudia parca, in conſervando vota ſincera. Et tanto gloriam regni cum fœlicitate retentent, quanto jura regiminis & manſuetudinis conſervaverint & æquitate direxerint promiſſæ præmiũ ditionis: nec non prodiiſſe putetur ex fomite rationis quod revelare cõvenit evidentiſſima operis ſpecie, ut ex illo nos idoneos aſſertores habeat probitas veritatis, ex quo ſemper ſemetipſam reſervaverit qualitas actionis. Ecce enim ita ex gentis noſtræ mediocribus majoribuſque perſonis multos hactenus corruiſſe reperimus, & deflemus, ut eorum agnitis ruinis non aliud poſſimus, quam divina conſyderare judicia promiſſionis, quorum domorum ſpolia,

Plus ad facta quam ad verba eccleſia Romana attenditur. Regem faciunt æterna jura non perſona.

ſpolia, & potentiarum divitias ſimul ac prædia ita conſpicimus prorſus exinanita, ut nec fiſci uſibus commoda, nec palatinis officiis reperiantur in remedium ſalutare collata. Cujus rei ſerie ex utroque concurrente, dum & judicatos judiciorum ſententia eliſit, in eorum bonis ad ipſorum vicem munificatus nemo, pene non tenuiſſe diſciplinam in ordine, ſed defectum poſuiſſe penſantur in gente illo majori ſalutis diſpendio cumulato, quod tam hæc quæ à judiciis vigor judiciorum abſtraxerat, quam illa quæ qualicunqee proventus ordine profligationis contriverat, tota proprietatis principum amplitudo in ſinum ſuæ receptionis incluſerat. Sicque ſolo principali ventre ſuppleto, cuncta totius membra gentis vacuata langueſcerent ex defuncto, unde venit ut nec ſubſidium mediocres, nec dignitatem valerent obtinere majores. Quia dum ſolius poteſtatis vigor maxima occupavit, totius plebis ſtatus nec minima jura defendit, atque cum omni palatino officio ſimulque cum majorum minorumque conventu omnes nos tam pontifices quam etiam ſacerdotes, & univerſi ſacris ordinibus famulantes concordi diffinitione decernimus & optamus, ut omnis conquiſitionis profligatio in omnium rerum viventium immobiliumque & moveri valentium corpore vel ſpecie, forma vel genere, quæ à glorioſæ memoriæ Cindaſiuntho Rege à die quo in regnum dinoſcitur conſcendiſſe, reperta quolibet modo extiterit, omnia in ſereniſſimi atque clementiſſimi domini noſtri Receſiunthi principis perenni tranſeant poteſtate, & perpetuo deputentur in jure non habenda parentali ſucceſſu. Sed poſſidenda

Digitized by Google

regali congreſſione, ita ut juſte ſibi debita quiſque percipiat, & de rebus ad remedia ſubjectorum quæcunque elegerit, principis voluntas exerceat, illis tantummodo exceptis quæ memoratus divæ memoriæ Cindaſiunthus princeps ante regnum aut ex propriis, aut ex juſtiſſime conquiſitis viſus eſt habuiſſe, in quibus cunctis filiis una cum glorioſiſſimo domino noſtro Recceſiuntho Rege maneat diviſio libera & poſſeſſio pace pleniſſima. Sed illæ res quas prædictus princeps de juſtis proventibus filiis ſuis vel quibuſlibet juſtiſſime viſus eſt contuliſſe vel reliquiſſe, omnes in eorum jure maneant inconvulſæ. Illa negotij hujus veritate ſervata, & quia grata voluntas glorioſi domini noſtri Recceſiunthi Regis reddere decernit unicuique juſtiſſime debita, nemo invaſionis calumniam moveat, aut damna requirat præter quæ glorioſæ memoriæ genitorem ejus quædam indebite habuiſſe conſtiterat.

* Hanc reformationem etiam in capite & membris eccleſiæ late diſcutit D. Petrus de Aliaco cardinalis Cameracen. per ſex conſiderationes, in ſuo tractatu de reformatione eccleſiæ, quæ ab hoc tractatu extracta videntur. Probus.

Titulus II.

FRequentium moleſtiarum nocens impulſus contemni quidē magnitudine' decentis poterit gravitatis. Sed quia honeſta ſollicitudo cohibere properat quod frequentata viſitatio vitare non curat, ideo & cum quorundam paternorum ſanctionibus decretorum & inſtitutionibus ſi

legalibus cautum, ne contra ſalutem principum, gentiſque, aut propriæ patriæ quiſquam meditari conetur adverſum, hoc unum ſpiritualiter nunc depromitur obſervandum, ut ſi quis Religioſorum ab epiſcopo uſque ad extremum ordinis clericorum ſive monachorum generalia juramenta in ſalutem regiam gentiſque aut patriæ data reperiatur violaſſe voluntate prophana, mox propria dignitate privatus, & loco & honore habeatur excluſus, eo miſerationis obtentu tantummodo reſervato, ut an locum, an honorem, an utraque poſſideat concedendi jus licentiamque principalis poteſtas obtineat.

Iſta ſunt ex ij. cap. 10. Concilij Toletani.

TITULUS III.

De his quæ Imperatores, reges, principes & domini temporales intra eccleſiam & in perſonis eccleſiaſticis, rebus & bonis agere & exercere poſſunt.

ISTum titulum non proſequor nec etiam 26. de præſenti propter librum quem de contentis in dictis duobus titulis, reverendus in Chriſto pater frater Ægidius Dei gratia Bituricen. epiſcopus, in quo profunditas & ſublimitas vigent ſcientiæ, copioſe ac utiliter edidit: in quo plenius videri poſſunt pertinentia ad iſtos duos titulos quam poſſet hic explicari, licet ex præcedentibus titulis multa colligi poſſint quæ ad iſtos duos titulos reducuntur.

* Commemoratur Ægidius Romanus Bituri-

cen. archiepiſcopus, ordinis Eremitarum generalis prior: de quo per ſupple. cro. poſt Philippum pulchrum, Regem Francorum. Probus.

Titulus IV.

De regulis fidei & doctrinæ Chriſtianæ catholicis exponendis: & de quibuſlibet ſcientiarum ſcriptis potiſſime dubiis, abbreviandis, & opinionibus reſecandis: & curatis & presbyteris per ſcripta informandis: & officio eccleſiaſtico & canonibus moralibus exponendis, & Conciliis ab omnibus eccleſiis cathedralibus habendis, & de evangeliis & figuralibus myſticandis.

IN 21. & ulti. cap. primi Concilij Toleta. & in 1. cap. 6. Concilij Toleta. & in pluribus aliis Conciliis continentur facientia ad catholicorum inſtructionem, & hæreticorum, & hæreſum exterminationem, ſicut in 7. & ulti. c. primi Concilij Conſtantinopolitani. & 10. cap. 6. Concil. Carthaginen. Et in 2. cap. 3. Concil. Toletani & ſimilibus. Videretur conſiderandum an expediret ſervari prædicta, cum pauciſſimi in his quæ ad fidem & ejus articulos, & animarum ſalutem pertinent, etiam literati inveniantur inſtructi, propter quod riſui patent infidelibus, quandocunque de fide habetur collatio cum eiſdem. Cujuſquidem fidei doctrinam ab epiſcopis ſuſcipere debent 25. diſtin. audire.

Circa hæreſum exterminationem.

Item cum nimia prolixitas & etiam ſimilitudo confuſionem inducant, ſicut habetur in procœmio decretalium, & ut alibi ſcribitur: Ars longa,

Digitized by Google

vita brevis, & experimentum difficile: & diverſitas interpretantium frequenter confuſionem, materiam litium & diſcordiarum inducunt. Videretur utile, quod de qualibet facultate ſumerentur literati & experti viri & arbitri, ad quorum judicium per ſummum pontificem omnes probabiles dubitationes circa quaſlibet ſcientias exortæ, reſecatis omnibus ſimilibus & ſuperfluis, remanentibus tamen ipſarum ſcientiarum textibus originalibus, tollerentur: ac etiam aliquæ declarationes compendioſæ pro ſacerdotibus & curatis in omni ſcientia ederentur: per quas poſſent in eis ſcolaſtici, curati, & reipublicæ adminiſtratores, & rectores brevi tempore informari in omnibus pertinentibus ad officia eorundem, & libri ſcriberentur in quibus eſſet videndum: Cum propter dictam diverſitatem opinionum, dubiorum diffuſionem & confuſionem ſcripturarum, ad quas habendas vix unius ſcolaris divitis ſufficiunt facultates, ab ipſarum ſcientiarum diſquiſitione, & ſtudio plurimum retrahantur, & ignorantes præficiantur curæ animarum, quæ eſt ars omnium artium, ut de ætate & quali. cum ſit ars. & regimini reipublicæ, ex quo cuncti errores proveniunt. cum ignorantia mater ſit cunctorum errorum, ſicut habetur in Concilio Tolet. 38. diſt. ignorantia. & cum cæcus per ignorantiam cæco populo ducatum præbeat, ambo in foveam delabuntur, ſecundum evangelicam veritatem. Matth. 15. & ead. diſ. quæ ipſis. ad prædicta concordat principium. 10. Concilij Tolet. ubi deſcribitur regula fidei & doctrinæ. Et inſuper quod antiqua Concilia in omnibus cathedralibus eccleſiis haberen-

Repetit infra 45. ar. ubi vide qua adducuntur.

Ignorantia cunctorum eſt mater errorum

tur. Et quod figuralia quæ intra eccleſiã leguntur, moralizarentur: & myſticarentur: & quod legitur in eccleſia ad miſſarum ſolemnia, de epiſtolis & evangeliis & de aliis, exponeretur taliter quod curati & ſimplices inde ſermones aſſumere & exponere poſſent. Et quod omnes canones ſpecialiter populum contingentes, ſicut eſt capitulum Aug. 5. diſt. ad ejus. In quo continetur, quod vir non accedat ad uxorem menſtruatam, nec parvulum lactantem, & quod dictæ uxores non tradant parvulos ſuos aliis mulieribus ad lactandum, & quod in ſolemnitatibus in jejuniis ab eiſdem uxoribus abſtinere debent. 33. quæſt. 3. fere per totum. & quod hæc & conſimilia declararentur in dicto lib. & per curatos populo exponerentur.

Mariti circa uxores quomodo ſe habere debeant.

TITULUS V.

Vt ad menſam dominorum Papæ & cardinalium & epiſcoporum, & preſbyterorum ſcripturæ divinæ legantur.

IN 8. cap. tertij Concilij Toleta. fuit pro reverentia Dei & ſacerdotum ab univerſa Sinodo conſtitutum (ut quia ſolent crebro menſis otioſæ fabulæ interponi) in omni ſacerdotali convivio lectio divinarum ſcripturarum miſceatur. Nam per hoc & animæ ædificantur ad bonum, & fabulæ non neceſſariæ prohibentur, & prædictum cap. poſitum 44. diſt. pro reverentia. & conſimilia ſicut eſt ſtatutum Greg. ead. diſt. convivia. & c. Conci. Naneten. ead. diſt. quando. & de conſe. diſt. 5. cap. in omnibus. quod eſt

Lectio divinarũ ſcripturarũ in ſacerdotali convivio miſceatur.

Digitized by Google

aſſumptum ex 5. lib. capitulorum, non ſervetur, quinimmo contra prædicta multæ fabulæ otioſæ & detractiones & deriſiones & turpiloquia menſis epiſcopalibus & ſacerdotalibus inſeruntur. Videretur expediens jura hujuſmodi in Romana curia & extra à dominis Papa, cardinalibus & ſacerdotibus obſervari.

TITULUS VI.

Vt funera defunctorum cum pſalmis & officio eccleſiaſtico abſque lamentationibus tumulentur.

IN 22. capit. tertij Concilij Tol. fuit conſtitutum quod qui divina vocatione ab hac vita recedunt, cum pſalmis tantummodo & pſallentium debent vocibus ad ſepulcra deferri, ſufficiat autem quod in ſpe reſurrectionis Chriſtianorum corporibus famulatus divinorum impendatur canticorum, prohibet enim nos Apoſt. ſanctus defunctos lugere, dicens: De dormientibus autem nolumus vos contriſtari, ſicut & cæteri qui ſpem non habent. Et Dominus non flevit Lazarum mortuum. Sed propter hujus vitæ ærumnas ploravit reſuſcitandum. Si enim poteſt epiſcopus hoc omnibus Chriſtianis prohibere agere, non moretur. Religioſis tantum omnino aliter fieri non licere cenſemus. Sic enim Chriſtianorum per omnem mundum humari oportet defunctorum corpora. De mortuis quæritur, utrum ſciant ea quæ hic à vivis geruntur? Eſaias ex perſona populi afflicti ait: Abraam pater veſter neſcivit. Aug. quoque in lib. de cura agenda pro

Dominus ad quid in reſuſcitatione Lazari flevit.

mortuis illud idem dicens. Et dictum c. poſitum 13. qu. 2. qui divina. & ca. Anaſtaſij Papæ. ead. diſt. hunc. & c. Cypriani, quam præpoſterum. & Joannis Chryſoſto. in multis partibus non ſerventur, ex quo infideles de fidelibus machinantur. Videretur eſſe utile obſervari. ait namque dictus Ciprianus Papa. Quam præpoſterum eſt quamque perverſum, ut cum Dei voluntatem fieri poſtulemus quando vocat nos & accerſit de hoc mundo, non ſtatim voluntatis ejus imperio pareamus! obnitimur & reluctamus, & pervicacium more ſervorum ad conſpectum Domini cum triſtitia & mœrore perducimur exeuntes iſtinc neceſſitatis vinculo, non voluntatis obſequio: & volumus ab eo præmiis cæleſtibus honorari, ad quem venimus inviti. Idem nobis quoque ipſis minimis & extremis quoties revelatum, quam frequenter atque man feſte de Dei dignatione præceptum eſt: ut conteſtarer aſſidue: ut publice prædicarent fratres non eſſe lugendos, accerſione dominica de ſeculo liberatos cum ſciamus, non amitti ſed præmitti recedentes præcedere, ut proficiſcentes & navigantes ſolent.

TITULUS VII.

De genitis à miniſtris eccleſiæ in ſervitutem redigendis.

IN 10. cap. 11. Concilij Toletani fuit conſtitutum quod geniti à miniſtris eccleſiæ in ſervitutem ipſius redigantur, & hoc rationabiliter fuit conſtitutum. Videretur expediens quod univer-

ſaliter ſervaretur in eccleſia Dei, in qua videtur per contrarium uſum dictum Concilium abrogatum quod ponitur. 15. quæſt. 8. cap. 3. in hæc verba: Cum multæ ſuper innocentiam ordinis clericorum hactenus emanaverint ſententiæ patrum, & nullatenus ipſorum firmari quiverit correctio morum, uſque adeo ſententiam judicantium protraxere commiſſa culparum, ut non tantum inferretur ultra in actores ſcelerum, verumetiam in progeniem damnatorum: ideoque quilibet ab epiſcopo uſque ad ſubdiaconem & deinceps vel ex ancillæ vel ingenuæ deteſtando connubio in honore conſtituti filios procreaverint, illi quidem ex quibus geniti probabuntur, canonica cenſura damnentur: proles autem aliena pollutione nata, non ſolum hæreditatem nunquam accipiet, ſed etiam in ſervitutem ejus eccleſiæ de cujus ſacerdotis vel miniſtri ignominia nati ſunt, jure perenni manebunt. *Servi eccleſiæ qui dicantur.*

TITULUS VIII.

De miniſtrantibus in altari, ut poſt ſe ejuſdem ordinis habeant adjutores.

IN 14. c. 11. Concilij Toletani fuit conſtitutum propter morbos & caſus diverſos qui occurrere poſſunt, quod ubi temporis, loci ſive cleri copia ſuffragatur, habeat quiſque illic canens Deo atque ſacrificans poſt ſe vicini ſolaminis adjutorem, ut ſi aliquo caſu, ille qui impleturus officia accedit, turbatus fuerit vel ad terram eliſus, à tergo ſemper habeat qui ejus vicem & of-

ficium intrepidus exequatur, & dictum cap. poſitum 7. quæſt. 1. illud. & c. nihil. non ſervetur: etiam in eccleſiis cathedralibus, & in religionibus,& in aliis locis in quibus ſervari poſſet,quinimo preſbyteri celebrant frequenter cum talibus qui vix ſciunt reſpondere eiſdem. Penſandum eſſet, an expediret dicta Concilia obſervari, cum concordent cum aliis Conciliis & juribus de conſe. diſt. 1. epiſcopus Deo ſacrificans, teſtes ſecum habeat. & c. jubemus. & c. hoc quoque, ubi etiam ſtatuitur quod preſbyter non celebret niſi duobus teſtibus præſentibus, & ad id facit quod ſupradictum eſt in 14. tit. ſecundæ partis de 7. diaconibus.

TITULUS IX.

Vt de rebus eccleſiaſticis æquæ fiant portiones.

Portiones rerum eccleſiaſticarum tres dicuntur.

IN Concilio Bracharen. fuit conſtitutum quod de rebus eccleſiaſticis tres æquæ fiant portiones, quarum una ſit epiſcopi, alia clericorum officio divino vacantium, alia in reparatione eccleſiæ & fabricæ expendatur, & quod de quarta pauperibus & peregrinis diſtribuenda reddant archidiaconi vel archipreſbyteri epiſcopo rationem. & dictum cap. & dicta Concilia poſita 12. quæſt. 2. vobis. & c. vulterane. & c. conceſſo. & c. quatuor. & c. de redditibus. & c. cognovimus. & c. mos. cum ſimilibus non ſerventur: nec capit. illa. 12. quæſt. 1. epiſ. de rebus propriis. & c. ex his. & c. epiſcopus & c. præcipimus & c. epiſc. quod eſt 16. cap. 3. Conci. Bracharen. in quibus continetur, quod epiſc. habet

Digitized by Google

poteſtatem res eccleſiaſticas diſpenſandi juxta eccleſiæ ſuæ & aliarum rerum ſuarum neceſſitates. Penſari poſſet, an eſſet ſuper præmiſſis aliquid innovandum, cum in aliquibus partibus epiſcopi quaſi per totum, & in aliis ita modicum obtineant: & in aliis capitula & clerus tanta paupertate laborent, quod mendicare coguntur.

TITULUS X.

Ne canonici regulares & aliæ perſonæ eccleſiaſticæ quibus certus eſt habitus deputatus, ipſum in occulto deferant ſubtus alias veſtes: ne epiſcopi rochetos ſubtus gamachias ſuas: nec clerici veſtes ante pectus ſciſſas & nodulatas, vel alias diſſolutas more laicorum.

PRæterea in Concilio Bracharen. fuit conſtitutum, quod diacones qui ex officio oratorium portare debent ſuper tunicam, dictum oratorium ſubtus ipſam tunicam non abſcondant: & hoc ſit contra canonicos regulares, & contra multos alios religioſos, & etiam contra epiſcopos, & prælatos qui ſuperlicia, rochetos & alios habitus quos deferre debent intra domos eorum & eccleſias, & in aliis locis, ſubtus gamachias vel epytegias deferunt. Videretur ſuper hoc eſſe providendum, unde ſuper hoc ſtatuitur 21. qu. 4. cap. 2. 3. 4. & 5. quod ſequitur. In 8. namque ſinodo legitur, quod nullus eorum qui connumerantur in clero, veſtimentum indecens habeat, ſive in civitate degens, ſive in itinere ambulans, ſed ſtolis utatur quæ conceſſæ ſunt clericis: ſi vero quis tale quid fecerit, per unam

Contra regulares habitum cooperientes prout & contra epiſcopos.

hebdomadam ſuſpendatur. Item Zacharias Papa: epiſcopi, preſbiteri, & diaconi ſecularibus indumentis non utantur, niſi ut condecet tunica ſacerdotali. Sed neque dum ambulaverint in civitate aut in via, aut in plateis ſine operimento præſumant ambulare, præterquam ſi in itinere longo tempore ambulaverint: quia ſicut enim mulier orans in eccleſiis non velato capite deturpat caput ſuum, juxta apoſtolicam vocem, ita ſacerdotes ſine operimento deturpant ſacerdorium ſuum. Quòd ſi temere præſumpſerit contra ſtatuta agere, communione privetur, donec quæ ſanxita ſunt adimplere maturet. Item Leo Papa, Sine ornatu ſacerdotali, extra domos ſacerdotes apparere convenit nullo modo, ne ab aliquibus ſecularium injuriam patiantur: contrarius denique inventus, aut deſinat, aut canonicæ ſubjaceat diſciplinæ. Item Innocentius ij. præcipimus ut tam epiſcopi quàm clerici, in ſtatu mentis, in habitu corporis, Deo & hominibus ſtudeant placere, nec in ſuperfluitate ſciſſuræ, aut colore veſtium, nec tonſura veſtium, intuentium, quorum forma exemplum eſſe debet, & offendant aſpectum. Sed potius quòd eorum deceat ſanctitatem: quòd ſi moniti ab epiſcopis emendare noluerint, eccleſiaſticis careant beneficiis. Eodem modo provideri haberet, ne clerici portarent veſtes ſciſſas ante pectus cum nodulis, nec ſotulares noſtrates & inciſos, ſicut faciunt milites & alij laici, cum hoc honeſtatem non deceat eorumdem, prout dictum eſt ſuprà in titul. 31. ſecundæ partis.

Clerici circa habitũ.

Clerici circa ſotulares.

Digitized by Google

TITULUS XI.

Ut corpora defunctorum intra eccleſiam non ſepeliantur.

ITem in Bacharen. Concilio fuit conſtitutum, ut corpora defunctorum nullo modo intra baſilicam ſanctorum ſepeliantur. Sed ſi neceſſe fuerit deforis, circa murum baſilicæ uſque ad eum non aboreatur. Nam ſi firmiſſimum hoc privilegium uſque nunc retinent civitates, ut nullo modo intra ambitum murorum cujuſlibet defuncti] corpus ſit humatum: quantò magis hoc venerabilium martyrum debet reverentia obtinere? Et prædictum Concilium non ſervetur, potiſſimè à religioſis de Ordine paupertatis: videretur ſuper hoc providendum, cùm aliis juribus ſit conforme. Idem enim fuit ſtatutum in Concilio Varen. 13. quæſt. 2. præcipiendum, & ab Auguſtino approbatum ea. quæſt. quibus. in Concilio etiam Maguncien. ea. quæſt. nullus mortuus infra eccleſias ſepeliatur, niſi epiſcopi, aut abbates, aut digni preſbyteri, vel fideles laici, & concordat ad hunc titulum C. de ſacroſanct. eccleſ. l. ij.

Mortui intra eccleſiã non ſepeliantur.

Digitized by Google

Titulus XII.

De natalitiis martyrum in xl. non celebrandis, & de feſtivitatibus tempore meſſium & vindemiarum occurrentibus, alio tempore mutandis.

Feſta ſanctorum quo in tempore non ſint celebranda.

ITem in 3. Concilio Bracharen. cap. 48. aſſumpto ex Concilijs orientalibus, facto per S. Martinum Bracharen. epiſcopum, fuit conſtitutum, quòd in quadrageſima natalitia martyrum, vel aliorum ſanctorum non celebrentur. Sed duntaxat vacetur officio quadrageſimali, & hoc non ſervetur in pleriſque mundi partibus. Penſetur, an expediret ſervari. Et inſuper cùm feſtivitates tempore meſſium, & vindemiarum, occurrentes in prædictis temporibus, in veneratione debita non habeantur, propter neceſſitatem gentibus ingruentem, per locorum ordinarios tempore alio mutarentur. Et ſic ſanctis debita veneratio ſolveretur, & populorum utilitatibus provideretur: nec hoc videretur eſſe juri diſſonum, cùm conſimile indultum fuerit in Concilio Triburien. de fer. licet. Et hoc etiam epiſcopis de jure conceſſum videatur: ut eod. titul. cap. conqueſtus. & de conſec. diſtinct. 3. pronuntiandum. Nam & videmus quòd feſtum omnium ſanctorum & aliæ feſtivitates plures ex cauſis conſimilibus ab eccleſia ſunt mutatæ.

Digitized by Google

Titulus XIII.

De ieiunio v. feria paſcha non ſolvendo.

Item in cap. 3. Concilij Bracharen. cap. 48. aſſumpto ex Conciliis orientalibus, facto per S. Martinum Bracharen. epiſcopum poſito nomine Martini Papæ. de conſec. diſt. 3. non liceat. & in Concil. Laodicen. poſito ead. diſtin. non oportet. fuit ſtatutum, quòd jejunium quintæ feriæ, ſive die jovis ſanctæ ultimæ ſeptimanæ quadrageſimæ non ſolvatur, & hoc in pleriſque mundi partibus non ſervetur: penſandum eſt, an expediret ſervari.

Titulus XIV.

De teſtium numero in epiſcoporum & cardinalium depoſitione requirendo.

Item ex decretis Urbani Pap. habetur, quòd præſul non damnetur niſi cum 73. teſtibus. & quòd ſummus præſul non damnetur à quoquam. Preſbyter aut cardinalis non deponatur niſi 64. teſtibus convictus. Et diaconus cardinalis niſi 26. Et hoc ſit conforme decretis Silveſtri & Leonis 4. 2. quæſt. 4. præſul. & cap. nullam. & intelligatur non ſolùm de epiſcopis cardinalibus, verum etiam de aliis quibus repente à multis improbis, & qui laudabilis vitæ non ſunt, impetuntur ſecundum §. Quorum. ead. quæſt. Sed cùm hæc & ſecundum aliquos notatores & ſupradictos non ſerventur in epiſcopis, nec in cardinali-

Numerus teſtium requiſitus ad damnandum eccleſiæ prælatos hic ponitur.

bus: Penſandum eſſet, an expediret ſervari & provideri, quòd epiſcopi & cardinales non lacerarentur à vilibus, os ſuum in cælum ponentibus, lingua eorum tranſeunte ſuper terram 21. diſt. in tantum. quibus in Rom. curia audientia, conſilium, & auxilium non negantur.

TITULUS XV.

De quæſtoribus & eorum abuſibus, ac indulgentiis & quæſtibus curſorum, & nuntiorum Romanæ curiæ reſecandis.

ITem cum in univerſali eccleſia, quæſtores multos errores diſſeminent, multóſque ſeducant ſimplices, & multas abuſiones procurent, & vitam gerant enormiter diſſolutam, intantum quod patent riſui, potestaſque clavium eccleſiæ contemnitur, cùm pro uno obolo vel nihilo, indulgentia concedatur, nec proficiat proviſio Concilij Lateranenſis de pœnitentia & remiſſio. cùm ex eo. propter eorum importunitatem & propter pecunias quas effundunt in curiis epiſcoporum à quibus literas obtinent quæſtuoſas ac indulgentiarum: & de audientia ab eccleſiarum rectoribus curatis populis ſub magna pœna paranda eiſdem. Et ex hoc divina officia perturbentur, ſermones & prædicationes impediantur, & populi extra voluntatem propriam retinentur in eccleſiis: contemnántque impoſitas pœnitentias ab eorum curatis & confeſſoribus adimplere, putantes ſe abſolvi propter dictas indulgentias ab eiſdem: & propter facilitatem veniæ pro obolo obtinendæ & pecunia redimendæ

redimendæ delinquere non formidant. 11.quæſt. 3. pauper. de ſent. excomm.ut fame. l. di. ſi lapſis. videretur ſuper hoc de competenti remedio providendum, & inſuper quòd ceſſarent quæſtus curſorum & munitorum Romanæ curiæ.

Titulus XVI.

De ordinibus mendicantium alendis, fovendis, & reformandis & etiam corrigendis, & ut ex ipſis aſſumi poſſint ad curam & regimen animarum, & de exceſſibus eorumdem.

ITem cùm ex diſpenſatione & providentia divina, ordines mendicantium in Dei eccleſia noviſſimis temporibus fuerint introducti ad ſupplendam ignorantiam, defectum & negligentiam, & ſupportanda onera, neceſſitates & occupationes eorum qui curæ animarum perficiuntur, & eccleſiam Dei regunt: & præfati religioſi communiter vita, moribus, & ſcientia commendandi exiſtant: & ex hoc in eccleſia Dei propter honeſtatis, auſteritatis & ſingularis vitæ eorum exemplum, ſcientiæ & prædicationis documentum, confeſſionum audiendarum conſolamentum: defendendæ fidei & expugnationis infidelium: pugnaculum populorum, de vita & ſcientia propriorum ſacerdotum plerumque diffidentium, magnum religioſorum in eccleſia Dei hactenus retulerint, & adhuc referant fructum. Videretur quòd per uniuerſalem eſſet eccleſiam eorum inopiæ providendum. Nam & ſecundum apoſtolum, qui ſeminant ſpiritualia, non eſt magnum ſi temporalia metant. 1. Cor. 9. de præ-

Mendicantium ordines ad quid fuerunt introducti ponitur hic.

Qui ſemi.nat ſpiritualia, metet temporalia.

Digitized by Google

bend. cum ſecundum. & 12. quæſt. 1. ex his. ita quòd in communi haberent de bonis prælatorum religioſorum & aliorum qui ſuperabundant, unde poſſent ſibi in eccleſiis, ſed non in ſuperfluis ornamentis eccleſiarum & ædificiis, & aliisiſuperſtitioſis, convenienter providere, vel quod manibus propriis ſibi providerent: ſicut faciebant apoſtoli, ne eſſent aliis oneroſi. de cenſi. cum apoſtolus. in princip. 28. quæſt. 1. jam nunc. in fin. 21. quæſt. 1. c. 1. Nam & idem præcipitur clericis non beneficiatis quantumlibet verbo Dei eruditis, ut artificiolo vel libris ſcribendis victum ſibi quærant, ſicut habetur in Concilio Carthag. 91. diſt. clericus victum & ſeq. xiv. quæſt. 3. in ſumma. de conſecr. diſtin. v. nunquam. ut ſupra in tit. 8. ſecundæ partis: & quòd non reciperent ultra illum numerum, quem majores eorum ſub juramento ipſorum epiſcopis præſtando concedent probabiliter poſſe in ſingulis conventibus, attento quòd refrigeſcit multorum charitas, ſuſtentari: & quòd nullos reciperent invitis parentibus eorumdem. Nam ſtatutum fuit in Concilio Gangren. poſito 30. diſt. cap. 1. quòd ſi qui filij parentes, maximè fideles, deſeruerint occaſione Dei cultus, hoc juſtum eſſe iudicantes, & non potius honorem debitum parentibus reddiderint, ut hoc ipſum in eis venerentur, quod fideles ſint, anathema ſint.

Clerici victum ſibi quærant labore manuũ ſuarum.

Intrans Religionem cõtra parentum otum.

Item cum per Gelaſium Papam fuerit conſtitutum, quod etiam eruditi in monaſterialibus diſciplinis poſſint aſſumi ad curam & regimen animarum. 55. diſtin. priſcis. de ſtatu mon. cap. 1. & cap. monachi. 16. quæſt. 1. cum pro utilitate. &

Monachi ad curam animarum aſ-

Digitized by Google

cap. doctos. cum eorum concor. Videretur penſandum an expediret, quòd illi qui probati eſſent in dictis religionibus, per epiſcopos diſpenſatione aſſumi poſſent ad curam & regimen animarum. Nam & antiquis temporibus hi qui promovendi erant in clerum, ſub diſciplina eccleſiaſtica tradebantur, ſicut habetur in Concil. Tolet. 28. diſtin. de his. 12. quæſt. 1. omnis ætas. Uerùm quia ratione eminentiæ vitæ & ſcientiæ, quæ inflat, in ſuperbiam efferuntur, & prælatos & alios quibus dicunt ſe non eſſe ſubjectos, contemnunt: & ſimplices ſacerdotes & curatos cum barbariſmis Deum (licet ex devotione innocentes) deſpiciunt, ſicut ait Auguſt. in lib. de catechizandis rudibus. & 38. diſtin. ſedulo. Videretur providendum etiam, ut in humilitate ſervarentur, ne tamquam neophiti eccleſiam Dei confunderent: putantes quòd eorum auxilio plurimum indigerent, & quòd ſine eis factum eſſet nihil, non attendendo ad illa quæ ſcripta ſunt de dictis neophitis. 48. diſtin. per totum. & ſuprà in 8. titul. ſecundæ partis.

ſumuntur.

Item cùm prædicti Religioſi de Ordine paupertatis, & etiam alii qui debent ſe reputare mortuos huic mundo, & omnem nobilitatem paternam & maternam perdidiſſe, iuxta ſententiam Eugenij Pap. 16. quæſt. 1. placuit. ij. & Ambroſij. 12. quæſt. 1. cui portio. & 7. ſynodo. 18. quæſt. ij. diffinimus. in dictis religionibus de nobilitate, divitiis & potentiis parentum intumeſcant, & ex hoc ſecundum regna, provincias, & diœceſes, & ſecundùm proprias affectiones in unitate religionis quæ ſciſſuram recipere non debet, ſicut ait Pelagius Pap. 24. quæſt. 1. ſciſma.

Nobilitas carnis perditur per ingreſſum religionis.

Digitized by Google

& cap. quoniam vetus oriens. & Paſchalis Pap. 16. quæſt. 7. Sicut Domini veſtimentum. Videretur ſuper hoc providendum.

Item cum dicti Religioſi dimiſſo Bibliæ & veræ Theologiæ ſtudio, & his quæ ædificare poſſent eccleſiam Dei, Dialecticorum tendiculis & fantaſmatibus, Theologiæ ſtudium deſtruentibus, & in ſermonibus & prædicationibus ad eorum oſtentationem frequenter rithmis & quibuſdam profunditatibus abutantur: & in generalibus & particularibus ſtudiis, curioſitatibus & vanis diſceptationibus vacent, contra doctrinam Hieronymi & aliorum. 27. diſt. à principio uſque ad §. ſed contra. & 43. diſtin. ſit rector. cum cc. ſequentibus, & §. pariter. Videretur ſuper hoc eſſe providendum.

Item cùm ut in pluribus filios nobilium & potentum cum parentum eorum ſcandalo religionibus eorum & juramentis & votis, ne ad ſeculum revertantur infrà annum probationis, contra Concilium Maguntinum. 20. quæſt. 3. conſtituit. & contra proviſionem Alexandri quarti, de regularibus. cap. non ſolum. nec ſervent alia remedia circa confeſſiones audiendas, ſepulturas & quartas parochialibus eccleſiis reddendas: & circa excommunicatos, interdictos & ſuſpenſos non recipiendos ad divina: & circa alia eis vetita: prætendentes quod iuſto non eſt lex impoſita: Videretur ſuper his, & aliis eos tangentibus providendnm, cùm paupertas eorum denigrari videatur & lucernam extinguere eorundem: & ex prædictis multa ſubſequantur pericula animarum, potiſſimè cum Rectoribus qui habent adminiſtrare eccleſiaſtica ſacramenta, non con-

Digitized by Google

ſtet de illis qui confitentur eiſdem, nec eorum nomina ipſis Rectoribus per dictos Religioſos reddantur in ſcriptis.

Titulus XVII.

De leproſis alendis, & ſub eccleſiaſtica diſciplina retinendis & corrigendis, ne ſanorum actibus miſceantur.

ITem cùm leproſi, & aliæ perſonæ miſerabiles, qui debilitate faciente ſuis manibus laborare non poſſunt, victum & veſtitum inquantum poſſibile eſt epiſcoporum largitione aſſequi debeant: ſicut habetur in Concilio Aurelianen. 82. diſt. epiſcopus. & 87. diſtin. cap. 2. & 4. & ad eccleſiaſticam diſciplinam pertinere noſcantur, ut ibidem. & cùm in eorum commixtione cum ſanis infinita pericula ſubſequantur: & ex præceptione divina fuerit conſtitutum, quòd tales perſonæ ab aliis ſeparentur, ſicut extat exemplum de Maria ſorore Moyſi & Aaron lepra percuſſa. Num. 12. c. & Iſidorus in epiſtola de lapſis. & 33. quæſt. 2. hoc ipſum. Videretur expediens, quod prædicti leproſi obtentu alimoniæ petendæ ſeu quocunque prætextu non immiſcerentur conſortiis hominum, & quod de publica alimonia præſtaretur eiſdem.

Digitized by Google

Titulus XVIII.

De validis mendicantibus cohibendis, & de invalidis informandis.

ITem cum ſcribit Auguſt. in 7. epiſtola ad Marcellinum ultra medium, & in ſermone de puero Centurionis. 23. quæſt. 1. paratus, quod cui licentia iniquitatis eripitur, utilius vincitur: quoniam nihil eſt infœlicius fœlicitate peccantium, qua pœnalis nutritur impunitas, & mala voluntas velut hoſtis interior roboratur: utilius eſurienti panis tollitur, ſi de cibo ſecurus juſtitiam negligat, quam eidem frangitur ut ſeductus injuſtitiæ acquieſcat, multáque bona præſtantur invitis, quando eorum utilitati licet non voluntati conſulitur, ſicut idem Auguſt. in Enchirid. 71. cap. ait. 45. diſtin. & qui emendat. Et ſecundum Albinum unum ſit genus eleemoſinæ, errantes in viam reducere veritatis. ead. diſtin. tria. & cap. duæ. Videretur providendum quod omnes Mendicantes validi contra quos leges ſeculares etiam invehunt, cohiberentur ab eleemoſinis recipiendis, & quod provideretur mendicis invalidis per ſingulas civitates & diœceſes: ut in titul. ſuperiori eſt expreſſum.

Infœlicius nihil eſt fœlicitate peccantiũ. Errantes ad viam veritatis reducere, eſt genus unum eleemoſinæ.

Titulus XIX.

De hoſpitalitatibus, xenodochiis & orphanotrophiis ad recipiendum pauperes peregrinos & orphanos in locis in quibus non ſunt, & de bonis eccleſiaſticis religioſorum fieri poſſunt, conſtruendis, & de conſtructis reformandis.

CUm non ſolùm ſecundum canònica, verum etiam ſecundum regalia inſtituta, ab antiquo fuerit ordinatum, quod in republica habeant Xenodoches, monaſteria, prochotrophia, orphanotrophia, gerontocomia & brephotrophia, & loca ſimilia in quibus pauperes peregrini recipiantur, ſenes, partibus orbati infantes, & miſerabiles perſonæ alantur: ut C. de ſac. eccleſ. l. ſancimus 23. quæſt. 8. tributum. §. ſancimus. & de reli. dom. in cap. de Xenodochiis. & cap. ad hæc. Videretur expediens quod ubi dicta loca ab antiquo conſtituta fuerunt, & nunc non ſunt, vel diſſipata ſunt, reformarentur; & ubi non fuerunt, de novo epiſcopali providentia conſtituerentur.

Digitized by Google

Titulus XX.

De pœna ſacrilegorum & aliorum, qui ab eccleſia civiliter pro delictis puniuntur, in pios uſus convertenda; & quòd per eccleſiam etiam per dominos temporales procedatur ſpiritualiter & temporaliter contra illos qui excommunicationem ſuſtinent animo indurato.

CUm etiam propter pœnam quam eccleſia frequenter recipit ex conſuetudine ab his qui excommunicationem ſuſtinent animo indurato, & ſacrilegiis & aliis criminoſis pro criminibus eccleſiaſticis commiſſis, per eos ipſa eccleſia apud laicos frequenter diffametur. Potiſſimè cum Alexander Papa de pœnis. licet. & Gregor. 16. quæſt. 5. cognovimus. & cap. de lapſis. & alia jura 1. quæſt. 1. nullus epiſcopus. de ſimon. nemo. 84. diſtinctione. ſi quis epiſcopus. cum eorum concordantiis: pro ipſis prima facie favere videantur. Videretur penſandum, an expediret ipſam in pios uſus eſſe convertendam. Et inſuper quod per eccleſiam & dominos temporales procedatur ſpiritualiter & temporaliter contra eos qui excommunicationem ſuſtinent animo indurato.

Digitized by Google

TITULUS XXI.

De Decimis perſonalibus & aliis, & primitiis ſolvendis, & non ſolvendis, & de proviſione ſuper his adhibenda.

ITem cùm canones & quatuor principales Doctores tenere videantur, quod ſolutio decimarum ſi non fiat conſuetudine, non excuſatur, prout latè diſputatur per Hoſtien. in ſumma in titul. de decimis, parag. quomodo decima. verſicul. ſeptimo quæritur. extra de decimis. cap. 1. 16. quæſt. 7. quicunque, & cap. decimas. & cap. majores. 16. quæſt. 1. doctos. & cap. revertimini. & cap. decimæ cum multis concordan. ibi ſignatis. & dictæ decimæ reales perſonales quæ debentur ex negotiatione, artificio, ſcientia, militia, & venatione, & maximè in Italia & multis aliis partibus mundi non ſolvantur: & multi conſtituantur dictorum jurium & ſacræ paginæ quo ad hoc tranſgreſſores, nec conſcientiam ſibi faciant. Videretur eſſe propter animarum periculum ſuper his per eccleſiam providendum: & eodem modo circa primitias perſolvendas.

Digitized by Google

Titulus XXII.

De proviſione congrua pauperibus, eccleſiarum rectoribus, curatis & vicariis eccleſiarum ad religioſos & alios pertinentium facienda: de qua valeant onera epiſcopalia & hoſpitalitatem debitam congruè ſupportare.

ITem cùm aliquæ eccleſiæ parochiales, & vicariæ curæ, ad religioſorum præſentationem ſeu proviſionem pertinentes, adeò ſint tenues & exiles, & à dictis religioſis depauperatæ, quod dicti rectores, vicarii & curati non poſſunt inde ſuam ſuſtentationem habere nec hoſpitalitatem ſervare, nec onera epiſcopalia ſuſtinere, nec proſint, nec ſufficiant conſtituta remedia per Clementem quartum de præben. ſuſcepti. libr. 6. nec per anteceſſores ejuſdem: quia exempti ad quos dicta conſtitutio ſe extendit, non poſſunt per epiſcopos excommunicari, nec diſtringi, & prætendunt obtentu decreta. ſicut. de ſupplen. negli. præl. & ſimilium. & 16. quæſt. 1. frater noſter. quod ad dictos epiſcopos non pertinet corrigere ſupradicta, & quod in eis monaſteriis hoſpitalitatem ſervant, nec volunt quod dicti rectores, vicarij, & curati, hoſpitium teneant, nec epiſcopalia alia epiſcopi onera portent, ſed quod cum ipſis comedant & cantent, & quando ipſi voluerint, ceſſent, & quod omnino ſubijciantur ditioni, regimini & imperio eorumdem, eiſque obediant contra mandata & ſententias prælatorum: aliter nihil de bonis dictarum eccleſiarum vicariarum & curarum

Digitized by Google

aliquatenus ſuſcepturi, ipſoſque in pluribus aliis multiplici ſubjiciant ſervituti. Videretur ſuper his eſſe de competenti remedio providendum: & inſuper quod ubi non ſufficiunt eccleſiæ ad onera epiſcopalia ſupportanda, nec ſunt aliqui redditus dictarum eccleſiarum, quod unirentur plures eccleſiæ ad prædicta, prout præcipiunt jura.

TITULUS XXIII.

De abbatibus, prioribus & religioſis domibus ut epiſcopis ſubjiciantur, & de ſtatu & exceſſibus eorundem.

CONtra ſuperiores & monachis & ſubditis eorumdem, & quod clauſtralibus & aliis in refectorio comedentibus, congrua proviſio fiat, quod epiſcopis debeant eſſe ſubjecti, & de jure ſint, ſicut probatum eſt plene ſupra in prima parte, in ultimo titu. in quo de exemptionibus tractatum eſt. Delinquunt autem & excedunt dicti abbates quibuſcunque ingeniis poſſunt, ſe ab obedientia & ſubjectione epiſcop. & archiepiſcop. eximendo & epiſcopalia jura non ſolvendo, & etiam uſurpant, multipliciter præſumendo, contra illud ca. accedentibus. de exceſ. prælat. cum tamen ſubjaceant correctioni epiſcoporum. 18. quæſt. 2. abbates. & c. abbatibus. & c. ſi quis. Item quia confeſſiones audiunt, & pœnitentias injungunt illis qui eis confiteri volunt: quod facere non poſſunt, niſi ſint ſubditi eorundem. 17. quæſt. 1. pervenit. & c. ſequen. Item quia aliter dicunt divinum officium, quam in eccleſiis cathedralibus, & aliter, quam à ſuis epiſ-

Exceſſus abbatum ponuntur multi.

copis indulgetur eiſdem, contra Concilium Toletanum, 12. diſtin. de his. Item quia epiſcopis non præſtant ſubjectionem & obedientiam, nec faciunt reverentiam ut debent. de ſimon. ne Dei eccleſiam. Item quia de triennio in triennium celebrare faciunt capitulum in præjudicium epiſcoporum, contra capitulum illud, in ſingulis regnis &c. de ſtatu mona. Item quia eccleſias ad eorum præſentationem pertinentes propriis uſibus deputare nituntur, & ad privatum volunt trahere commodum, quæ pro communi fuerunt utilitate conſtituta, contra illud de ſupplenda negligentia præla. ſicut de offi. archipreſ. ut ſingulæ. 25. quæſt. 1. quæ ad perpetuam. Item quia antiquum & debitum ſtatum dictarum eccleſiarum ad eorum præſentationem pertinentium authoritate propria (licet ad eos non pertineant pleno jure) & poſt præſentationem epiſcopo, vel ante, vicarios in eis interdum inſtituunt, & deſtituunt, & novis penſionibus eos gravant & onerant, intantum quod eccleſiis non poſſunt competenter, propter paupertatem nimiam, deſervire, nec epiſcopo in epiſcopalibus reſpondere, contra formam dicti cap. ſicut de præben. in Lateran. de privi. cum & plantare. 10. quæſt. 3. cavendum. & c. relatum. Item quia terras & poſſeſſiones unius eccleſiæ nituntur alteri applicare, contra Concilium Lugdunen. de reb. eccle. non alien. cap. 1. Item quia licet epiſcopis ſubjaceant, ad ſinodum epiſcopalem venire nolunt, contra illud, de majorit. & obedien. quod ſuper his. 18. quæſt. 2. abbates. Item quia monachos volentes eos accuſare vel denuntiare, male pertractant: nec volunt quod in expenſis de

Digitized by Google

bonis monaſterij provideatur eiſdem, contra illud de accuſati. ex parte. Item quia ſi aliqua habent privilegia in capite, ad membra ea extendere volunt, & eiſdem privilegiis multipliciter abutuntur, contra illud de privileg. recipimus. & c. ex parte. & c. cum capella. & c. ex ore. Item quia volunt eſſe majores quolibet clerico ſeculari, licet in jure contineatur quod ſunt minores quolibet clerico. 93. diſtin. à ſubdiacono, cum nomen abbatis ſit potius nomen ſollicitudinis quam ordinis vel honoris. de æta. & qualita. tuam. Item quia ſunt negligentes communiter in correctione monachorum ſuorum & eis ſubditorum, vel propter aſperitatem linguæ, vel blanditias, vel timorem eorum, contra illud. 1. diſt. ſi quis diaconus. §. vere. in fi. Item quia ſplendide reficiuntur in cameris eorumdem, & bene induuntur & calciantur, & eorum monachos & canonicos non reficiunt: nec indumentis, nec aliis neceſſariis eis provident, ut tenentur ſecundum jura & regularia conſtituta. Item excedunt in pluribus aliis in quibus excedunt epiſcopi & prælati & aliæ perſonæ eccleſiaſticæ, prout dicetur infra in tit. 28. & 29. Et ſicut dictum eſt ſupra titu. proximo.

Regularis eſt minor quolibet clerico ſeculari.

Digitized by Google

TITULUS XXIV.

De providentia circa gubernationem reipublicæ adhibenda in mutationibus monetarum, creationibus tabellionum, pondoribus, menſuris, mercationibus illicitis, oppreſſionibus pauperum etiam ruſticorum, dotibus conſtituendis, exhibitionem juſtitiæ, rebus propriis ad curiam Romanam & loca alia transferendis. Et quod nulla perſona eccleſiaſtica vel ſecularis perſonaliter capiatur, ſed recredetur ſub idonea cautione, ſi eam præſtare poſſit; & quod etiam in foro ſeculari divinæ leges & jura canonica ſerventur.

Revocare à vitio ad virtutem eſt de foro eccleſiaſtico.

NEmini venit in dubium, quin ad eccleſiaſticum forum pertineat peccatorem revocare à vitio ad virtutem, ut extra de ju. novit. §. licet cum ejus concor. & multipliciter abhorreatur contra rempublicam ab Imperatore, regibus, principibus, prælatis & aliis dominis temporalibus jus cudendi monetam ab antiquo habentibus: quia contra jus & ea quæ fuerunt hactenus laudabiliter ab eorum majoribus obſervata, monetam debilitant, & rem publicam legitimo pondere & valore illegitime defraudant, cariſtiæ univerſalis & conſimilis defraudationis materiam exhibentes & occaſionem præſtantes in periculum animarum ſuarum, & etiam aliorum: & ex hoc ſequuntur pondera inæqualia, ſtateræ doloſæ, ſophiſticationes & falſitates omnium negotiationum & mercationum ac rerum univerſalis cariſtia, & palliati & ſimulati contractus

uſurarum, & deprædatio ſubditorum, majorum, mediocrium, & minorum, cum etiam à prædictis creentur idiotæ in notarios inſufficientes, ex quorum inſtrumentis quibus fides prima facie adhibetur, & in quorum reprobatione & falſi impugnatione difficultas habetur. Cum etiam ex immenſitate dotium & arneſiorum quæ mulieribus in multis partibus præſtantur, eorum parentes collocando eas nuptui, perpetuo paupertate laborent: & ſi non collocentur nuptui multa pericula ſubſequantur. Item cum plurimi domini temporales adeo opprimant eorum ſubditos, quod efficiunt de liberis ſervos, & ſibi omnia bona appropriant eorundem, non permittentes eos reſpirare, nec ad ſuperiores eorum habere recurſum, jus voluntarium reddentes inter eos, & abſque cauſa inter probata capientes, arreſtantes & tallіantes eoſdem, & bona etiam eorundem: & abſque juris ordine quæſtionibus & tormentis variis, ut eorum juriſdictiones perpetuare valeant, ſupponentes: & frequenter indebite & abſque conſilio judicantes eoſdem: & alia varia & diverſa gravamina inferentes.

Videretur ſuper prædictis & conſimilibus quę abſque labe peccati & defectu negligentiæ non poſſunt fieri, de opportunis remediis prædictis oppreſſionibus & gravaminibus contrariis per eccleſiæ miniſtrum providendum, quod dictæ monetæ mutari non poſſent in præjudiciis aliorum, & quod pro valore ſuo ubique currerent, nec efficeretur propter eas argenti vel auri, vel aliarum rerum cariſtia: & quod intra idem regnum eædem eſſent menſuræ & pondera juxta varietatem locorum & temporum certum quid

mercatoribus & negotiatoribus deputatum. Quodque tabelliones non crearentur niſi homines valde literati & fide digni & juriſperiti. Et quod omnes ſubjecti jure ſcripto regerentur: & quod dotes ultra facultates & conditionem perſonarum non conſtituerentur, nec opprimerentur injuſtitia pauperes, & relevarentur locupletes, pro quibus facit extra de jurejuran. quanto. ubi agitur de dicta mutatione monetæ. de judiciis. novit. 82. diſtinctio. capit. 1. 87. diſt. cap. 1. 2. 3. & 4. 24. quæſt. 3. ſi quis ex potentibus. cum ſeq. dicitur in quibus quod ſi quis Romipetas & peregrinos & apoſtolorum limina & aliorum ſanctorum oratoria viſitantes, capere ſeu rebus quas ferunt ſpoliare, & mercatores novis theloneorum & pedagiorum exactionibus moleſtare tentaverit, donec ſatisfecerit communione careat.

Tabelliones ſint iuris periti.

Videretur inſuper providendum, quod nulla perſona eccleſiaſtica vel ſecularis caperetur perſonaliter, quando idoneè cavere poſſet, & eſſet in caſu in quo vel relaxari deberet ſub dicta idonea cautione, & quod etiam in foro ſeculari divinæ leges & jura canonica ſervarentur.

TITULUS

TITULUS XXV.

Ne ad eccleſiaſtica beneficia recipiantur obtentu literarum apoſtolicarum vel ordinariorum illi, quorum propinqui uſque ad gradum tertium injuriarentur eccleſiis in quibus ſunt dicta beneficia conſtituta, vel illis ad quorum collationem, proviſionem ſeu ordinationem pertinent, niſi prius fuerit ſatisfactum: & quod obtentu proceſſuum, gratiarum vel juſtitiæ, eccleſia ſubiici nequeant interdicto, nec perſona ligari ante quindecim dies.

CUm indignum ſit illis per eccleſiam ſubveniri, per quos conſtat in ipſa eccleſia ſcandalum generari: & fruſtra invocat legis auxilium, qui committit in legem. de tempo. ordina. literas. de jure patronatus. paſtoralis. de immu. eccleſiæ. cap. fina. de uſu. quia fruſtra. de ſen. excommuni. in audientia. 17. quæſt. 4. frater & coepiſcopus. & cap. ſequenti. ff. de minori. l. auxilium. in fine. in autenti. ut liceat matri & aviæ. §. quia vero. collatio. 8. & interdum pœnis temporalibus, propinqui pro parentibus puniantur, & etiam pro ſpiritualibus. 1. quæſtio. 4. eccleſia. cum §§. ſequentibus. 17. quæſtio. 4. minor. 24. quæſt. 3. ſi habes. & de hære. cap. quicunque. §. hæretici. & cap. ſtatutum. de pœnis. ubicunque. lib. 6. cum ſimi. & de ſpon. non eſt vobis. Videretur eſſe utile ordinari, quod ad canonicatus, præbendas, perſonatus, dignitates & alia eccleſiaſtica beneficia & officia nulli reciperentur obtentu quarumcunque literarum apo-

Fruſtra legis auxilium implorat qui in legem committit.

Propinqui puniuntur pro parentibus tam pœnis temporalibus quã ſpiritualibus.

ſtolicarum vel aliarum, per quos vel per quorum parentes uſque ad tertium gradum injuriaretur eccleſiis in quibus mandaretur proviſio fieri, vel illis ad quorum præſentationem, collationem, proviſionem vel diſpoſitionem pertinerent, niſi eſſet prius integraliter ſatisfactum.

Item cum per judices & executores ſuper talibus à ſede apoſtolica deputatos irreverenter & repente, interdum minus rationabiliter proferantur ſententiæ interdicti, in eccleſias & capitula, & ſuſpenſionis & excommunicationis in prælatos & alios, niſi infra ſex dies mandata apoſtolica exequantur, & ſic deliberationis copia quæ à jure conceditur, & inſpectionis ſubtrahatur, & propter indiſcuſſos hominum colores frequenter indeliberate ad appellationis remedium confluatur, contra legem canonizatam 2. quæſt. 7. anteriorum. & tempore opus ſit ad aliquid maturius peragendum. 48. diſtin. quoniam. & leg. diſtin. ponderet. Videretur eſſe providendum quod eccleſiæ quæ non delinquunt pro præmiſſis & conſimilibus delictis in quibus non delinquunt, major pars eorum clericorum & laicorum qui convenire conſueuerunt in dictis eccleſiis nullatenus ſubjicerentur eccleſiaſtico interdicto: ſed quod aliter culpabiles punirentur, ſic tamen quod pro prædictis vel ſimilibus nullatenus excommunicationis, ſuſpenſionis vel interdicti ſententia proferretur, niſi competenti termino. ſcil. 30. dierum pro monitione præmiſſa juxta formam cap. de illicita. 24. quæſt. 3. cum ſimilibus: & quod in prædictis ſententiis epiſcopis & aliis quibus jura deferunt, amplius deferretur, cum periculoſum ſit eos tales incurrere

Tempore agemus ut aliquid maturius agamus.

ſententias, de ſen. excom quia periculoſum. lib. 6. de offi. dele. quia pontificali. & de offi. ordi. Romana. in fi.

TITULUS XXVI.

De poteſtate eccleſiaſtica ſuper temporales dominos & dominia temporalia.

IStum titulum non proſequor, nec etiam tertium de præſenti, propter librum quem de contentis in dictis duobus tit. reveren. in Chriſto frater Aegidius Bituricen. archiepiſcopus fecit, in quo profunditas & ſublimitas vigent ſcientiæ. copioſe utiliter edidit, in quo plenius videri poſſunt pertinentia ad iſtos duos titulos, quam poſſet hic explicari, licet præcedentibus titulis reducantur. *Aegidius Bituricen. Archiepiſcopus.*

TITULUS XXVII.

De his in quibus videtur, quod haberet ſe Romana eccleſia condeſcendendo prælatis & aliis ſubditis temperare, & etiam reformare.

SAne quantum ad reformationem Romanæ eccleſiæ, videretur, quod ipſa Rom. eccleſia, quæ non debet habere maculam neque rugam, & quæ mater eſt fidei, & magiſtra debet eſſe univerſalis eccleſiæ: & ad quam omnis ſanctæ religionis relatio debet referri, & ab ea normam recipere, exhiberet ſe regulam & ſcholam virtutum, ut bene vivendo, normam aliis bene vivendi, & recte per ſemitas juſtitiæ ſeipſam *Eccleſia Rom. qualis eſſe debeat. In correctione agenda ponuntur.*

Digitized by Google

duceret, nec aliquando aborſum traheret: & ſic correctione in ſe ipſa præhabita, in Dei & proximi dilectione vera humilitate, vitæ honeſtate, morum gravitate, divini cultus ſedulitate, victus & veſtitus parcitate fundata, ornamentorum, apparatuum, & familiarium, & pomparum elativa ſuperfluitate reſtricta, ſcientiæ profunditate dotata, trabeque de oculo ſuo ejecta, quod diſtortum eſt pravumque reperiret in ſubjectis & inferioribus corrigeret, & etiam reformaret Chriſti exemplo, qui prius cœpit facere quam docere.

Humanum genus quibus legibus regatur.

Item quod legem ſibi ipſi imponeret, ne tranſgrederetur contenta in divinis & humanis legibus approbatis, quibus genus debet per eam, & authoritate imperiali & regali gubernari humanum. Sed ea uſque ad ſanguinem obſervari mandaret, nec in contrarium diſpenſaret, nec privilegia, nec indulgentias, nec exemptiones concederet, & conceſſa in contrarium revocaret. Nec dominus Papa ſine conſilio fratrum aliquid ageret notabile, nec revocaret à prædeceſſoribus ſuis rationabiliter conſtituta vel conceſſa, nec veniri permitteret contra eccleſiaſticam libertatem.

Item cum epiſcopi ſint in locum apoſtolorum, qui parem cum Petro honorem & poteſtatem acceperunt à Deo, quod non leguntur feciſſe curiales non epiſcopi, quod eiſdem epiſcopis, archiepiſcopis, metropolitanis, primatibus & patriarchis, abbatibus & aliis honorem debitum in ſcripturis, proceſſibus, ſedibus intra & extra eccleſiam & aliis, verbis & factis impenderet: & conſuetudines Romanæ curiæ & alias contra-

Digitized by Google

rias revocaret, cum honor ſit eccleſiæ ſupradictæ, & dehonoretur ex contrario, prout Grego. atteſtatur, & inde tota eccleſia vilipendatur, & quaſi contemptui habeatur.

Item quod poteſtatem & juriſdictionem prædictis prælatis & curatis competentem, & attributa à Deo, apoſtolis, Conciliis, Roma. pontificibus, & univerſali eccleſiæ in locis & plebibus eiſdem commiſſis dicta Romana eccleſia non turbaret, nec uſurparet in cauſarum & appellationum cognitionibus, parochialium, & curatarum & non curatarum eccleſiarum, canonicatuum, perſonatuum, dignitatum, & prioratuum, & abbatiarum vacantium & non vacantium: & quod amplius eſt, epiſcopatuum patriarchatuum & archiepiſcopatuum collationibus, reſervationibus & exempliationibus, cum ex contrario totus ordo eccleſiaſticus confundatur.

Item quod ſi aliquando contingeret per ipſam Romanam eccleſiam aliquibus provideri, non provideret indignis, illiteratis, inſufficientibus, neophitis, defectum ætatis patientibus, non approbatis, criminoſis, nec talibus, qui ſecundum regulam apoſtolicam & canonicam eſſentà promotione & proviſione repellendi, per ipſam Romanam eccleſiam, ſi per alios proviſum fuiſſet eiſdem, & ad ipſam Rom. eccleſiam ſuper hæc querela delata, ſed Doctoribus bene literatis & bene meritis: nec aliis provideri poſſet quandiu Doctores remanerent improviſi in aliqua civitate vel diœceſi. *Qui non debeant in eccleſia provideri.*

Item quod dicta Romana eccleſia non ſolum verbo, verumetiam facto à ſe repelleret omnem ſpeciem ſimoniæ, & turpium lucrorum & inho-

Digitized by Google

neſtorum, & omnes exactiones quæ ratione promotionum quarumcunque & ſcripturarum, legatorum, curſorum, nuntiorum, & hoſtiariorum factæ fuerint ab ea communiter vel diviſim diſis coloribus exquiſitis : & quod liberalem & facilem ad ſe præberent dominus Papa & Cardinales acceſſum : & quod dicti domini Cardinales omnia in communi, & nulla eccleſiaſtica beneficia in ſpeciali haberent.

Circa decimas.

Item quod perſonas eccleſiaſticas, & eccleſiaſtica bona, in conceſſibus decimarum & aliarum ſubventionum quas facit regibus & principibus, qui oppido infeſti ſunt, non gravaret, ſed contra dictos reges & principes & quoſcunque alios, per ſe & generales defenſiones in ſingulis provinciis in jure ſuo foveat eoſdem.

Circa beneficia & officia.

Item quod dicta Romana eccleſia Cardinalibus vel quibuſcunque aliis, non committeret, nec daret plura officia, nec cuiquam officium vel beneficium extra regnum, vel qui linguagium non loqueretur & intelligeret ſupradictum.

Circa lites terminandas.

Item quod in juſtitia exhibenda tantam & talem diligentiam exhiberet, quod nullo modo terminatio alicujus cauſæ principalis ultra triennium, nec appellationes ultra biennium prorogari valerent, cùm in ipſa, lites quodammodo immortales exiſtant, & in ea amplius quàm in ſecularibus curiis prorogentur interdum: & quod dicta curia Romana, ad ſe non trahat dictas lites.

Circa lites pauperum.

Item quod in cauſis pauperum & miſerabilium perſonarum deputaret certos auditores, advocatos, procuratores, & tabelliones qui gratis abſque ſtrepitu & figura judiciorum terminarent eaſdem.

Digitized by Google

Item quod nulla jura generalia deinceps conderet, niſi vocato Concilio generali, quod de decennio in decennium vocaretur: & ſicut ipſa Rom. eccleſia, quæ bene & conſultè fuerunt hactenus ſtatuta, in ſe ipſa ſervaret, ita & ea faceret ab omnibus obſervari, imponendo legem patriarchis & primatibus, per quam archiepiſcopos & metropolitanos: & eis per quam epiſcopos: & epiſcopis, per quam abbates, capitula, & omnes ſeculares, & regulares perſonas in eorum civitatibus & diœceſibus conſtitutas, omnium conditione & appellatione ceſſantibus neceſſariò compelleret ad prædicta. Certis aliis nihilominus ſuper hoc executoribus & viſitatoribus deputatis in ſingulis regnis, qui de triennio in triennium, omnibus cauſis provincialibus intereſſent, & unum Concilium poſt aliud facerent celebrari. *Convocatio concilij.*

Item quod dicta Romana eccleſia nullos laïcos de parentela vel amicitia Romani Pontificis, vel Cardinalium, vel aliarum perſonarum eccleſiaſticarum exiſtentes ditari, exaltari, & ultra eorum ſtatum de bonis eccleſiaſticis nobilitari & impinguari permitteret: & prout poſſibile eſſet attentata in contrarium revocaret, & ſub diſpenſativa venia relinqueret ratione ſcandali impunita. *Tangit parentes pap. & Car. non ditandos de bonis eccleſiæ.*

Item quod in foro pœnitentiali & pœnitentiariæ ejuſdem Romanæ curiæ citra tranſgreſſores juris publici, offenſores perſonarum eccleſiaſticarum & alios Dei eccleſiam ſcandalizantes, facilitas relaxaretur veniæ: & circa abſolutiones talibus imponendas & pœnitentias injungendas, quantum poſſet conformaret ſe con- *Tangit hic pœnitentiariã.*

ciliis & juribus hactenus ſuper hoc conſtitutis, & ſpecialiter circa enormia facta: & circa illorum abſolutionem qui contra proceſſus apoſtolicos vendendo, prohibita participant Sarracenis.

In curia Rom. nõ immorari.

Item quod nulla perſona eccleſiaſtica auderet intrare dictam Romanam curiam, nec in ea reciperetur, ſine literis commendatitiis epiſcoporum, nec in ea poſſet ſine cauſa rationabili ultra tempus ſex menſium immorari.

Plenitudo poteſtatis non eſt laxãda contra ſtatuta à Concilio.

Item quod de bonis eccleſiaſticarum perſonarum ſuperabundantibus, talis proviſio fieret ſupradictæ Romanæ eccleſiæ, quod abſque omni taxationis nota & infamia poſſet communiter & diviſim honorabiliter vivere, onera incumbentia ſupportare: proviſio tamen quod ultra & contra prædicta, & alia quæ Concilio rationabilia viderentur, contra divinas & humanas leges non poſſet abſque generali Concilio habenas extendere plenitudinis poteſtatis.

Circa devolutionem Papatus.

Item quod ſi dicta Romana eccleſia vacaret ultra tres menſes, quod ex tunc Cardinales eſſent eligendi poteſtate illa vice privati, & quod ad aliquos archiepiſcopos & epiſcopos & alios de quibus videretur expediens, illa vice devolveretur eligendi poteſtas, vel quod aliud tale adhiberetur remedium ultra illud quod ſtatutum fuit à Greg. 10. ut ex neceſſitate Cardinales concordare haberent.

Primatus Romanæ Ecleſ.

Item quod primatus dictæ Romanæ eccleſiæ declararetur, & diſtingueretur per jura eccleſiaſtica & ſecularia: nec dominus Papa vocaretur univerſalis eccleſiæ Pontifex, cùm hoc prohibeat Gregorius: & contra aliquem in dignitate

conſtitutum non audiret aliquam querelam, niſi conditione & zelo querelantis examinatis: nec aliquem perſonaliter citaret ad curiam, niſi prius ſummaria contra ipſum inquiſitione præmiſſa. Et quod ad convincendum epiſcopos cardinales, qui columnæ debent eſſe eccleſiæ, reciperet numerum teſtium in epiſtola Clementis contentum: nec per executores ſuos & conſervatores & alios cenſuram eccleſiaſticam infligi permitteret, ſine magnis & rationabilibus cauſis, & abſque monitionibus competentibus dilationem juris continentibus: & quod in eis epiſcopis deferretur: nec interdicerentur eccleſiæ, niſi pro gravi delicto, clero & populo, communiter eccleſiam ſcandalizante. Sed aliàs procederetur contra inobedientes vel rebelles. *Cenſura cum maturitate ferẽda ſãt eccleſiaſtica.*

Item plura ad reformationem dictæ Romanæ eccleſiæ pertinentia tacta ſunt ſuprà in tota prima parte hujus Tractatus. Et ad idem faciunt omnia quæ infrà ſubjiciuntur in duobus titulis proximis, de reformatione prælatorum & cleri. Et illa quæ dicta ſunt in hac ſecunda parte in primis 10. titulis. & in 13. 15. 18. 20.21. 2.3. 9. 31. 34. 8. 41. 47. 50. 56. 7. 73. & 4 83 & 4. & 5.

Titulus XXVIII.

De reformatione Prælatorum.

AD hoc circa reformationem prælatorum ſervari haberent omnia quæ in præcedenti tit. de reformatio. Romanæ eccleſiæ dicta ſunt, inquantum ſtatum & officium poſſunt tangere eorundem.

Digitized by Google

Item quod haberent concilia provincialia celebrare, & ad ea convenire, & inibi omnia ſtatum Provinciæ contingentia pertractare: & quæ corrigenda eſſent, in ea corrigere, & reformare, prout ſuperius tractatum extitit in 11. titulo ſecundæ partis.

Item quod extra civitates, diœceſes & provincias ſuas non commmorentur, nec accedant ad curias principum, & quod œconomos ex diſpenſatione habeant. Et quod contra facta prædeceſſorum ſuorum rationabilia non veniant: & quod ante ordinationem eorum omnia ad officium eorum pertinentia. Et quod ipſi vel curia eorum pro minimis vel irrationabilibus cauſis, excommunicationis, ſuſpenſionis & interdicti ſententias non ferant: quódque magiſtros ſufficientes in eorum civitatibus & diœceſibus ſcholares docentes in generalibus ſtudiis teneant. Diſcordantes ad concordiam revocarent: & quod defuncti epiſcopi per vicinos epiſcopos ſepeliantur: & quod per eos ſtipendia eccleſiaſtica juxta probitatis merita aſſignarentur. Et quod tempore chriſmatis conficiendi & in ſolemnitatibus ſe ab eorum eccleſiis non abſentarent: & quod procuratores in abſentia non recipiant, ſuaſque civitates, diœceſes & provincias viſitarent: & eorum officium in Miſſarum ſolemniis, prædicationibus, correctionibus & aliis adimplerent: eccleſiaſtica bona, & beneficia congruè diſpenſarent: ab omnibus exceſſibus in victu, veſtitu, ornatu & aliis ſimilibus ſe cohiberent. Semper in menſa coram ſe legi facerent, rochetos extra deferãt ſuper guarnachias eorum: invalidis & languidis providerent, hoſ-

Digitized by Google

pitalia erigerent, & erecta foverent.

Item ad dictam reformationem prælatorum faciunt illa quæ dicta ſunt ſuprà ſpiritualiter in 38. titul. ſecundæ partis. Et etiam in primo. 7. 8. 10. 11. 13. 16. 17. 18. 20. 23. 27. 28. 30. 31. 37. 43. 49. 51. 54. 66. 67. 74. 78. 79. 82. 86. 7. 8. 9. 91. Et inſuper omnia quæ dicuntur in ſequenti titulo.

TITULUS XXIX.

De reformatione Cleri.

AD Cleri reformationem pertinent omnia quæ de reformatione Romanæ eccleſiæ & prælatorum præmiſſa ſunt in duobus præcedentibus titulis.

Item quod inhoneſta & impia evellantur. Item quod clerici ſeculares curas & negotia ſecularia non aſſumerent. Item quod inhoneſta & turpia lucra non ſectarentur. Item quod nullus de clero mendicaret. Sed omnes priuſquam admitterentur ad clerum, haberent unde viverent: vel artem ſcribendi ſeu aliam honeſtam artem de qua vivere poſſent, vel quod de bonis eccleſiæ aſſignarentur redditus illis qui perpetuo vellent clerici eſſe, & clericaliter vivere: & quod aliter non admitterentur ad clerum, nec gauderent privilegio clericali, cujus obtentu multas violentias committunt, ſeculariter, inhoneſtè & irregulariter viventes, & de divinis officiis & literarum ſtudio non curantes.

Item quod nullus promoveretur ad aliquos ordines ſeculares vel regulares, niſi ſecundum artem bene & competenter ſciret cantare & lege- *Scire debet ad ſacros promo-*

Digitized by Google

vendus quæ hic ponuntur.

re, & latinum intelligere & congruè loqui: nec ad ſacerdotium, niſi ultra prædicta ſciret canones pœnitentiales, & illa quæ ſunt neceſſaria ad regimen animarum.

Item quod nullo modo perſonæ eccleſiaſt. cohabitarent cum mulieribus: & quotquot eſſent in una parochia ſub diſciplina curati vel aliorum proborum inſimul viverent & erudirentur ſecundum proviſionem primi capituli ſecundi Concilij Toletani poſiti 28. diſtinctio. de his. & 12. quæſt. 1. omnis ætas.

Item quod omnes ſortilegi, divinatores, adulteri publici, & alij de clero publicè delinquentes, publicè punirentur, taliter quod cæteri formidarent. Item quod in victu & veſtitu & in omni modeſtia ſtatum excederent laicorum.

Item quod omnes homicidæ voluntarij, & in caſu degradationis exiſtentes, privilegium perderent clericale.

Item quod ludis inhoneſtis & reprobatis non intenderent: nec ſpectaculis & vanitatibus intereſſent.

Item quod Officium eccleſiaſticum uniformiter dicerent. Et quod omnes diebus dominicis & feſtivis ſimul ad divina convenirent: & quod per eccleſias non diſcurrerent: nec abſque literis epiſcoporum evagari valerent.

Item quod ab eis geniti in ſervitutem redigerentur eccleſiæ.

Item quod ſervarentur plura alia ad dictam reformationem facientia, poſita ſupra in ſecunda parte in titulo primo. 8. 10. 12. 13. 14. 15. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 26. 28. & 30. Et ſpecialiter in 32. & in 33. & in 34. & 36. 37. & 43. 45. & 6 49.

Digitized by Google

50. 51. 2. 55. & 6. & 59. 60. 62. 64. & 5. 67. 8. 73. & 4. 6. 7. & 94.

TITULUS XXX.

De reformatione Religioſorum.

AD reformationem religioſorum ſimiliter faciunt illa quæ dicta ſunt in 5. titulo primæ partis hujus Tractatus, ubi agitur de exemptionibus, nec non & ſecundæ partis 53. titulo, in quo tractatur de ſtatu & conditione dictorum religioſorum. & 82. in quo agitur de abbatibus & prioribus. & 85. in quo agitur de mendicantibus. & 22. 4 5. 8. & 35. 6. 52. 79. 83. & 8.

Decimæ colluctationis aſſenſu moleſtis actibus quibus ſagax indagatio pietatis obviaret, decrevit non tam bene regenda licentia, quàm ſe manſuetudo impugnaſſe probatur, ſatis ut opinamur illi, & glorioſi principis, & decreto hujus ſanctæ Sinodi contradictum eſſe conſpeximus. Ita enim ſanctus Spiritus per utraſque definitiones mortalium corda perflavit, ut vitali flatu verborum in poſterum omnem exureret malè concupiſcentium rabiem animorum. Actum namque eſt definitionibus ipſis, ut quia pietatis divinæ incomprehenſibilis natura ſe conditioni mortalium in unione perſonæ conjunxit myſterio redemptionis humanæ: Nos quoque membra capitis hujus, & perfidiæ malum, & concupiſcentiam, quæ radix omnium malorum eſt, & avaritiam quæ invenitur ſervitus idolorum, pari ſimul igne ac mucrone totoque artificio radicitus evellamus ac deſecemus. *Concupiſcentia radix eſt omniũ malorum, & avaritia ſervitus idolorũ.*

Digitized by Google

Ab hinc ergo deinceps ita erunt in regni gloriam præficiendi rectores, ut aut in urbe regia, aut in loco ubi princeps deceſſerit, cum pontificum majorumque palatij omnimodo eligantur aſſenſu, non forinſecus cœtu, aut conſpiratione paucorum, aut ruſticarum plebium ſeditione tumultuoſa; ſed erunt fidei Catholicæ aſſertores, eamque & hanc quæ imminet & Iudæorum perfidiam & cunctarum hæreſum injuriam defendentes; erunt actibus judices & vita modeſti; erunt in proviſionibus rerum parci pluſquam extenti, ut factione ſcripturarum vel definitionum qualiumcunque contractus à ſubditis, vel exigant, vel exigendos intendant; erunt in conquiſitis obligationis gratiſſimæ rebus non proſpectantes proprij jura commodi, ſed conſulentes patriæ atque genti. De rebus congregatis ab eis, illas tantùm ſibi vendicent partes, quas dictaverit authoritas principalis regum: quæcunque inordinata reliquerint hæreditabunt ſucceſſores proprij eorum, & ante regnum juſtiſſimè conquiſita, aut filij aut hæredes capient jure proximatis. De affinium ſucceſſione vel munere, quamvis inordinata relicta ſint, aut primò tantùm filiis, aut hæredibus, frequenter proficiant, vel propinquis, ita in eorum cunctis actibus, moribus atque rebus privatæ legis authoritas erit valitura, ut & perenniter maneat inconvulſa, & non prius regni apicem quiſque percipiat, quàm ſe illa per omnia ſuppleturum jurisjurandi taxatione diffiniat. Cui etiam legi vel decreto epiſcopalem non ſolùm in futuro, ſed etiam in præſenti reverentiam apponentes decernimus, ut quicunque detra-

ctor & non potius venerator decreti ejuſdem, atque legis eſſe maluerit, ſive religioſus ille fuerit, ſive laïcus, non ſolùm eccleſiaſtica excommunicatione plectatur, verumetiam & ſui ordinis dignitate privetur.

Hoc eſt decretum univerſalis Concilij editum in nomine Principis.

SOliditatem reddidiſſe fracturæ, atque feciſſe conſurgere quod extiterat colliſum, & incrementum eſt hujus mercedis, & plenitudo conſummatę profectionis. Pōderi enim collidentis ruinæ ſi æqualium proximorum cura convenit obviare, quandoque grandioris erit culpæ prælibatæ incuriæ diſcrimen incurrere, ſi non quo valent ex communi onere ſibi commiſſos procurent populos ſublimare. Properandum ergo eſt inter ruinas colliſionum, catervas eripere colliſorum, ut ex hoc jugiter & ultra, nec vigorem nocendi habeat execranda preſſura, & omnis compreſſus noverit ſanctæ ſanctionis eſſe ſibi collata remedia. Cum decurſis ergo temporibus, duræ dominationis ſeſe poteſtas gravis attolleret, & in ſubjectis populis impiorum dominatus non reformaret jura regiminis, ſed excidia ultionis, aſpeximus ſubditorum ſtatum, non ex ordine vegetari rectoris, ſed deijci ex gravedine poteſtatis. Contraxerunt enim reges elata faſtigia in bifronti diſſidio motionis, & aut in culpis lex ardua ſæviebat, aut in ſpoliis favorem lex voluntaria commodabat; inde mœſtos animos, non ſpes fovebat ex munere, ſed tollerantia vexabat in funere. Unde jam incre-

pationis occurſu non tantum nos abire ſola ratio cogit, verum & ipſa commotio rerum impellit, ut ex omnium annorum deliberatione concordi illa maneat ſententia dicti, quæ & finem auſibus ritè ponat illicitis, & conſultum ſalvandis jure ferat populis. Quoſdam namque conſpeximus reges præterquam fuerint regni gloriam aſſecuti, extenuatis viribus populorum regiæ propriæ lucrum congerere, & obliti quod reges ſint vocati, defenſione pellere defugiunt, illud gravius innectentes, quòd ea quæ videntur acquirere, non regni deputant honori vel gloriæ, ſed ita malunt in ſuo jure confundi, ut veluti ex debito decernant hæc in liberorum poſteritatem tranſmitti. Quamobrem in proprietatis illa conantur redigere ſinu, pro quo ſolo conſtat illos Imperij percepiſſe faſtigium, & illud in juris proprij collocãt antro, quod populi utilitatis acquiſitum eſſe conſtat obtentu. Nam numquid ad illos, aut populorum adventus, aut rerum poterat concurrere ſenſus, niſi extitiſſent gloriæ ſublimati culminibus? Aut ab æqualibus illi potuerint rerum concervatione ditari, niſi per ſubjectos glorioſo apice potuiſſent attolli? Omnia rectè totius plebis memoriæ ſubjecta principale caput revelat, attentum debitæ juſſionis obtutu ab illo negotiorum proſpectant remedium, cui modo gratum, modo debitum irrogant cenſum. Regalis proinde ortodoxa ſublimitas hæc cuncta ſibi debere convincit, ex quo ſe regem recognoſcit, & inde conquiſita non alteri quàm ſibi juſtè defendit. Unde non perſonæ, ſed potentiæ ſubdi hæc debere non ambigit. Regem æterna jura faciunt, non perſona: quia non conſtat ſui mediocritate

Reges quid faciant ponitur.

Regem æterna iura fa-

critate

veritate, ſed ſublimitatis honore. Quæ ergo honori debeant, honori deſerviant : & quæ reges accumulant regno relinquant, ut quia eos regni gloria decorat, ipſi quoque regni gloriam non extenuent, ſed exornent. Qui itaque trabem geſtat in oculo, non poteſt feſtucam educere de oculo fratris ſui. Ex his univerſaliter inſtruens ſicut Gregor. in moralib. ait, ut qui ad aliena peccata reprehendenda vel punienda conſtituti ſunt, & ſua impunita relinquunt, revocati debent intus ad conſcientiam, ut prius propria corrigant, & poſt ea aliena reprehendant : in gravibus peccatis quis poſitus, dum ſuis premitur, aliena non diluit : nec immunda manus ſordes diluere valet : propter quod ſcribit Auguſtin : quod ſacerdos ut ſapiens medicus & perfectus, prius debet peccata ſua diluere, & poſtea aliena detergere & ſanare. Et beatus Ambroſius docet quod ille de alterius errore inducet, qui non habet in ſeipſo quod condemnet, & qui non agit ea quæ in alio putaverit punienda, ne cum de alio judicat, in ſeipſo ſententiam ferat. Nam qui alium docet, ſeipſum non docet : qui prædicat non furandum, furatur : qui dicit non mœchandum, mœchatur : qui abominatur idola, ſacrilegium facit: & qui in lege gloriatur, per prævaricationem legis Dominum inhonorat, & per tales blaſphematur nomen Domini inter gentes, ſicut ſcribit apoſtolus ad Roma. cap. 2. Tales namque prælati & ſacerdotes (ſicut Gregorius ad Ianuarium ſcribit) ſunt laqueus juvenum: & illi de quibus intelligi poteſt dictum Hieronym. quod veteres ſcrutans hiſtorias invenire non potuit aliquos alios ſcindiſſe eccleſiam Dei, & de

faciunt, non perſona.

Contenta hic faciat qui aliena peccata corrigere intendit.

Laqueus invenũ quis dicatur.

Digitized by Google

domo Domini populum ſeduxiſſe, præter eos qui ſacerdotes à Domino poſiti fuerant: & prophetæ, id eſt, ſpeculatores, verſi in laqueum tortuoſum, & in omnibus locis ponentes ſcandalum. Sequuntur enim (ſicut Beda in ſecunda epiſtola Petri, ſcribit) viam Balaam prophetæ ex Boſor, qui mercedem iniquitatis amavit; correptionem verò habuit ſuæ veſaniæ, quia ſubjugale mutum hominis voce loquens, ejus perhibuit inſipientiam. Et ideo Iudæi, Pagani, Sarraceni & infideles qui ratione divinæ agnitionis carent, & paſſim omnes peccatores & fideles talium diſtorta & Deo contraria itinera ſapiendo ſanius redarguunt, & docti ab indoctis, & clerici à laicis exemplo aſinæ redarguuntur. In cujus ſignificatione per Ezechielẽ Prophetam Dominus dixit: à ſanctis meis incipite. Quod beatus Petrus conſiderans ait, Tempus eſſe ut judicium incipiat à domo Dei: quia ſecundum Hieronymum non omnes epiſcopi ſunt epiſcopi, nec ſanctorum ſunt filij qui tenent loca ſanctorum, ſed qui exercent opera eorum. Et ideo non eſt facile ſtare in loco Petri & Pauli, & tenere cathedram regnantium cum Chriſto. Nam licet ſanctum nemo dubitet eſſe, quem apex tantæ dignitatis attollit, in quo ſi deficiant bona acquiſita per meritum, ſufficiunt quæ à loci prædeceſſore teſtantur, non tamen habet privilegium non peccandi, ſecundum Simmachum Papam. Et quia aliqua culpa vel negligentia aut remiſſio, ſi qua repetiretur in eo, ad mancipium gehennæ innumerabiles populos trahit. Nec hujuſmodi culpas iſtic redarguere mortalium ullus præſumit: quia cunctos ipſe judicaturus à

Viã Balaã ſequi dicuntur.

A ſanctis meis incipite.

Digitized by Google

à nemine eſt judicandus, niſi à fide deprehendatur devius, ſicut Bonifacius Papa & martyr ſcribit; habet ſecundum Nicolaum Papam & ſanctam ſynodum, ſacroſancta eccleſia Romana in ſinu ſuo colligere cauſam ſuam, & in ſeipſa oſtendere qualiter alios in domo Dei oporteat converſari. Nam oves paſtoris vocem audiunt, & præeuntis veſtigia ſubſequuntur.

Pap a nemine eſt judicandus, niſi à fide deprehendatur devius.

TITULUS XXXI.

De modo generali, per quem universalis eccleſia deberet reformari, ſcilicet ut ſervarentur iura, & revocarentur in contrarium attentata.

Porrò dicta Univerſalis Eccleſia, & etiam totus Populus Chriſtianus, reformari poſſet & valeret ac deberet, ſi duo, à quibus ſecundum Gelaſium Papam principaliter hic mundus regitur, videlicet autoritas ſacra pontificum, & regalis poteſtas, quibus duobus humanum genus ſalubriter poteſt regi: videlicet naturali jure contento in lege, & in evangelio, & moribus, hoc eſt humanis legibus, ſancti Spiritus inſtinctu in canonibus apoſtolorum, Conciliis, & à Romanis Pontificibus, & à Catholicis principibus prælatis, pro communi utilitate gubernarent. Et quod contra ea, per eos vel per alios attentata in contrarium, prout melius, convenientius, & abſque minori ſcandalo fieri poſſet, revocarent, corrigerent & emendarent. Non obſtantibus quibuſcunque privilegiis, indulgentiis, libertatibus, immunitatibus, & exemptionibus datis & conceſſis in contrarium per eoſdem. Non ob-

Duobus mundus regi debet.

Iura obſerventur cōmunia.

Digitized by Google

ſtantibus etiam quibuſcunque uſibus vel conſuetudinibus contrariis, qui verius cenſendæ ſunt corruptelæ. Et providerent, ne uno verbo & uno non obſtante, quæ multis ſunt excogitata vigiliis & matura deliberatione decocta, tollerentur & revocarentur impunè. Nam quod antiquitas bene ſtatuit, novitas noſtri temporis (licet veneranda eſſet, vetuſtatis authoritas) malè neglexit. Et cum magiſtratus ſpirituales & temporales digeſti fuerint & diſtincti, ut alij majores, alij medij, & alij minores exiſterent, & ad quoſque eorum, quæ ipſorum officiis appropriata fuerant, pertinerent, & gradatim ad eorum officia pertinentia exercerent; & quæ uni officio deputata fuerant, nequaquam ab alio turbarentur: Novitas noſtri temporis ſub inquietudine degit: quia dictum gradum & ordinem derelinquit. Secundum namque Auguſt. minus ordinata inquieta ſunt: ordinata vero quieſcunt. Et ideo quia antiqua ordinatio de regimine mundi & eccleſiæ, & ſua unicuique juriſdictio à Romana eccleſia & præſidentibus non ſervatur: & ordo eccleſiaſticus confunditur, ſicut Gregorius atteſtatur. Sed ad ſe, quæ ad minores, & medios pertinent, trahere volunt, ut in eis verificetur illud, Cùm exaltatus fuero à terra, omnia traham ad meipſum, mundus turbatur univerſalis, eccleſia læditur, & gravatur: & ordo eccleſiaſticus confunditur, ſicut Gregorius atteſtatur. Et ſi forſan inferatur quòd legibus ſunt ſoluti, reſponderi poteſt quòd non divinis, nec in illis quibus Dominus vel ejus apoſtoli & eos ſequentes ſancti patres ſententia-

Ordinata quieſcunt.

Principes à quibus non ſunt ſoluti legibus.

liter aliquid diffinierũt. Sed eas uſque ad animã & ſanguinem confirmare debent, ſicut Urbanus Papa atteſtatur. Chriſtus non venit ſolvere legem, ſed adimplere. In his ergo in quibus peccatum includitur, nequaquam; præſidentis authoritas excuſatur, ſicut Simachus Papa teſtatur: Quinimmo ſecundum Hilarium Papam, Majori reatu delinquit, qui potiorum honorum fruitur, & graviora facit judicia peccatorum ſublimitas peccantium: cum homo Chriſtianus ſecundum Ioannem Chriſoſtomum propter altitudinem dignitatis cedat fortius in peccatum, & ſecundum Nicolaum Papam, deterius in populis prælati delinquunt: ac per hoc gravius quàm cæteri (ſecundum beatum Gregorium) puniuntur. Nam ſi perverſa perpetrant & committunt, tot mortibus digni ſunt, quot ad ſubditos ſuos perditionis exempla tranſmittunt. Et ſi ad humanas leges contentas in Conciliis & in ſacris Canonibus conſideratio habeatur, ad eorum obſervationem ſecundum Gelaſium & Zoſimum, prima ſedes præ cæteris obligatur. Et voluntaria eorum transgreſſio in Spiritum ſanctum blaſphemia à Papa Damaſo judicatur. Et Nicolaus Papa ſcribit, quod ridiculum eſt & ſatis abominabile dedecus, ſi traditiones quas antiquis temporibus ſuſcepimus infringi patiamur. Juſtum namque eſt ſicut Iſidorus tertio libro de ſummo bono teſtatur: principem legibus obtemperare ſuis. Tunc enim jura ſua ab omnibus cuſtodienda exiſtimet, quando & ipſe illis reverentiam præbet. Principes legibus teneri ſuis, neç in ſe poſſe damnare jura quæ in ſubditis conſtituuntur, juſtum eſt. Juſta enim vocis eorum au-

Prælati & principes peccantes, gravius quam alii delinquũt.

Iuſtum eſt principes legibus obtemperare ſuis.

Digitized by Google

thoritas, ſi quod populis prohibent ſibi licet non patiantur. In quo concordat etiam lex civilis : Nec negatur quin ſic quædam ſunt quæ nulla poſſunt ratione convelli, ſicut quin ſint multa alia, ſemper conditione ſervata, ut in his quæ vel dubia fuerint aut obſcura, id noverimus eſſe ſequendum, quod nec præceptis evangelicis contrarium, nec decretis ſanctorum patrum inveniatur adverſum : Leo Papa teſtatur. Si quid autem pro remedio aut pro neceſſitate temporis ſtatuatur, ceſſante neceſſitate, ceſſare debet pariter quod urgebat, cum alius ſit ordo legitimus, alia uſurpatio, prout Gelaſius atteſtatur. Conſideranda eſt itaque ratio æquitatis, ut ſacroſancta Romana eccleſia quæ juſtitiæ mater eſt, in nullo ab ea diſſentire videatur, nec ita divites aliquos faciat eorum inopiam relevando, ut multos in paupertatem dejiciat. Cùm ſecundum apoſtolum ad Corinthios, quod aliis eſt remiſſio, cæteris non debeat eſſe in tribulatione nec omnia quæ licent expediant, prout idem apoſtolus atteſtatur.

Ceſſante neceſſitate, ceſſare debet quod urgebat.

TITULUS XXXII.

De ſecundo modo reformationis eccleſiæ, ſcilicet, ut mala exempla & ſcandalizantia, & ad peccatum tendentia, reſecarentur ab eccleſia Dei.

SEcundo poſſet univerſalis eccleſia reformari, ſi Romana eccleſia à ſe primo, & gradatim à prælatis & aliis mala exempla tolleret, ex quibus ſcandalizatur, & quaſi inficitur populus in

Digitized by Google

univerſalis, & nomen Domini dominatores populi ſecundum Eſa. ex hoc ſinunt blaſphemari. Nam ſecundum Auguſt. nihil magis confundit eccleſiam Dei, vel ei officit, quàm dicere, pejores ſunt clerici quàm laïci. Prohdolor! quia videtur in ipſa eccleſia verificari dictum Eſaiæ 34. in figuram Babylonicæ civitatis glorioſæ in regnis & inclitæ in ſuperbia Caldæorum, de qua dicitur: Erit cubile draconum, & paſcua ſtruthionum, & occurrent dæmonia. Onocentaurus & piloſus clamabit alter ad alterum. Ibi cubavit lamia, & invenit ſibi requiem. Ibi habuit foveam ericius, & enutrivit catulos. Illic congregati ſunt milvi alter ad alterum. Ex quibus ſignantur & ſignari poſſunt, vita & vitioſa exempla quæ ſunt in univerſali eccleſia reformanda, quæ poſſunt nomine & figura animalium ſeptem quæ dictus Eſaias propheta in ſupradicta authoritate exprimit, per quæ ſeptem peccata mortalia intelligere poſſumus, deſignari. Significatur namque per ericium avaritia: per draconem ſuperbia: per piloſum luxuria: per lamiam gula: per leænam invidia: per onocentaurum odium & ira; per ſtruthionem acedia: ſicut in eorum proſecutione apparebit inferius. Et niſi in hoc ſacro concilio provideatur de competenti remedio in præmiſſis, quæ quaſi manifeſtè & notoriè in Dei eccleſia committuntur, fides (quæ ſecundum Jacobum ſine operibus mortua eſt) dicetur per fideles & infideles in prælatis & perſonis eccleſiaſticis (qui lux mundi eſſe debent, & lucernas bonorum operum geſtare in manibus) periiſſe. Cùm enim in ſacerdotibus fides ſit eligenda cum vita, ſi vita defuerit, fides me-

Dicere, peiores ſunt clerici, eccleſia Dei officit.

Peccata mortalia] alia ſignantur hic per animalia.

Digitized by Google

ritum non habebit, ſicut Gregorius Franciæ Regi ſcribit. Et elapſo & tranſacto præſenti ſacro Concilio, in omni ſtatu reformatione carente, niſi reformatio debita facta fuerit incorporaliter, pejora prioribus ſubſequentur. Et omnia imputabuntur Domino noſtro ſummo Pontifici, ejuſque venerabili collegio, & huic ſacro Concilio, qui poſſunt & debent corrigere ſupradicta & obviare eiſdem. Scribit enim Gregorius Simicuſano epiſcopo, quòd ſi negligenter ea quæ malè uſurpantur corrigere omittimus, exceſſus viam aliis aperimus. Et Leo Papa dicit, quòd inferiorum ordinum culpæ ad nullos magis referendæ ſunt, quàm ad deſides negligentéſque rectores, qui multam ſæpe nutriunt peſtilentiam, dum auſteriorem diſſimulant adhibere medicinam. Et Joannes Papa octavus ſcribit, quod facientium proculdubio culpam habent, qui quod poſſant corigere, negligunt emendare. Et negligere, cùm poſſint, perturbare perverſos, nihil aliud eſt quàm favere impietati eorum. Nec caret ſcrupulo ſocietatis occultæ, qui manifeſto facinori deſinit obviare. Et probatur odiiſſe vitia qui damnat errantes: ſecundum autem Gregorium conſentire videtur erranti, qui ad reſecanda quæ debent corrigi, non occurrit. Et ſecundum Innocentium Papam, error cui non reſiſtitur, approbatur. Et veritas cùm minimè defenſatur, opprimitur. Negligentia autem prædicta corrigere in prælatis mortale peccatum eſt, & depoſitionem inducit, ſicut jura teſtantur. Unde Calixtus Papa ait: ſi eccleſiaſticam ſollicitudinem vigoremque negligimus, perdit deſidia diſciplinam, & animabus profecto fidelium nocebitur.

Quibus imputetur difformatio.

Negligentia multū hic deteſtatur.

Digitized by Google

Titulus XXXIII.

De avaritia & ambitione, & quæſtibus & ſimonia, & muneribus.

SAnè quod reproba exempla ambitionis, cupiditatis & avaritiæ publicæ vocentur & jarguantur per fideles in Romana, & etiam in univerſali eccleſia, evidenter demonſtrant quæſtus & munera, quæ pro eccleſiaſticis beneficiis, dignitatibus, & officiis recipiuntur & dantur, in animarum dantium & recipientium detrimentum, in peccatum ſimoniæ, quam utriuſque pagina Teſtamenti deteſtatur, & quæ eſt, & reputatur hæreſis. Ad idem pertinent quæſtus qui fiunt per legatos & nuntios, & familiares apoſtolicæ ſedis, & per illos qui in Domini Papæ & prælatorum ſervitiis commorantur. Ad idem pertinent talliæ, ſubjectiones, ſubſidia, procurationes in abſentia, emolumenta ſcripturarum & ſigillorum quæ exiguntur, recipiuntur & levantur à prelatis ſuperioribus & inferioribus eorumdem. Ad idem quæſtus indulgentiarum, privilegiorum, diſpenſationum & exactionum. Ad idem ſpectant multiplicationes beneficiorum eccleſiaſticorum & penſionum, quæ indebitè uni committuntur, & conferuntur perſonæ. Ad idem exemptiones munerum, venditiones juriſdictionum, lucra turpia & inhoneſta negotiationum ſecularium, & mercationum, quarum multæ ad ſpeciem uſurariam, quam mercatores eccleſiaſticarum perſonarum pecunias tenentes exercent dietim, pertinent. Ad

Eccleſia hic multum arguitur & de multis.

Digitized by Google

idem pertinent eleemoſinarum defraudatio, hoſpitalitatis reſtrictio, munerum eccleſiaſticarum perſonarum ad cultum divinum deputatarum diminutio, prælatorum & curatorum in ſolennitatibus & aliis eccleſiaſticis civitates & loca ſua fugientium, evagatio. Ad idem pertinet argumentum ſatis de novo in Romana curia introductum, de his quæ pro bulla, ſcripturis & aliis quibuſcunque quæ conſueverũt in ea ab antiquo perſolvi. Super quibus omnibus eſſet de competentibus & contrariis remediis (cùm ſecundum Phyſicorum aſſertionem, medicina fiat per contrarium) ſalubriter in hoc ſacro Concilio providendum. Nam in omnem terram in qua exivit ſonus apoſtolorum, ſancta Dei eccleſia, & potiſſimè ſacroſancta Romana infamata eſt: & vulgariter cuncti clamant & refricant quòd in ea &c. omnes à majori uſque ad minorem avaritiæ ſtudent. Ex quo autem in eccleſiis, ſicut in Romano Imperio crevit avaritia, perit lex de ſacerdotibus, & viſio de prophetis, ſicut Hieronymus ad Ruſticum Narbonen. epiſcopum ſcribit: Nec mirum, cum ſecundum Gregorium bonorum authori inhærere aliter non valeamus, niſi cupiditatem à nobis quæ omnium malorum radix eſt, abſcindamus. Et ideo ſecundum Leonem Papam, virum Catholicum, & præcipuè Domini ſacerdotem, ſicut nullo errore implicari, ita nulla oportet cupiditate violari, dicente ſacra Scriptura Eccleſiaſt. 18. Poſt concupiſcentias tuas ne eas. Mens etiam, ut idem Leo ait, potentiæ avida, nec abſtinere novit à vetitis, nec gaudere conceſſis, nec pietati adhibere conſenſum. Nam ſicut hi qui per inſaniam

Medicina ſit per contrariũ.

Eccleſia Rom. infamata per quæ dicatur.

Digitized by Google

mente tranſlati ſunt, non jam res ipſas, ſed phantaſias paſſionis ſuæ vident; ita & mens avari ſemei vinculis cupiditatis aſtricta, ſemper aurum, ſemper argentum videt: & gratius intuetur aurum quàm ſolem: ipſa ejus oratio & ſupplicatio ad Deum aurum quærit: ſemperque redditus computat, ſicut beatus Ambroſius probat. Tali autem, ſicut Auguſtinus ad Macedonium ſcribit, totus mundus divitiarum non eſt obolus: à talibus ſecundum Iſidorum, citò auro juſtitia violatur. Et pauper dum non habet quod offerat, non ſolùm audiri contemnitur, ſed etiam contra veritatem opprimitur: nullamque reus pertimeſcit culpam, quam redimere nummis exiſtimat. Craſſus aurum ſitivit, & aurum bibit, & æquè auro periit ut veneno; quod eſt exemplum omnibus aurum deſiderantibus formidandum. Hæc igitur avaritia per Ericium figuratur congruè, quia eſt animal figuratum ſpinis, divitias (ut Chriſtus in evangelio ait) ſignificantibus: per quarum acquiſitionem in laqueum diaboli, ſecundum Apoſtolum, inciditur: & cum eis homo à diabolo capitur, ſicut Ericius dum in ſpinis fructibus oneratur: de quo Ericio Eſaïæ 13. Perdam Babilonis reliquias, & ponam eam in poſſeſſionem ericij: & Sophonias, Accubabunt in medio ejus omnes beſtiæ & Ericius.

Mens avari quid faciat ponitur.

Pauper non ſolũ non auditur, ſed etiã opprimitur.

Ericius commemoratur.

TITULUS XXXIV.

De ſuperbia, elatione, & pompis Eccleſiaſticis, & nimiis & variis apparatibus & conviviis vitandis: & quod taxaretur certus numerus evectionum familiarium, & modus ornatuum.

QUòd perniciosa exempla elationis & ſuperbiæ, manifeſtè tam in capite quàm in membris, in Dei naſcantur eccleſia, cùm probent exceſſus notorij veſtium, ornamentorum, ſocietatum, familiarium, equorum, armorum, verborum, & factorum: quibus ſtatus ecclſiaſticus extollitur, ſe quibuſlibet præferendo, aliorum vitam & merita deprimendo, & obumbrando ſe ipſos, commendando improbos & defendendo: ſancta indignis committendo, malos pro bonis & bonos pro malis approbando, prout Ambroſius in libro de Officiis atteſtatur: Remedium eſſet, quod taxaretur certus numerus evectionum, & familiarium, & modus ornatuum. Ad idem pertinet, quia ex dictis elatione & ſuperbia contra doctrinam Bracharen. Concilij, ſubditi non leviter caſtigantur, ſed cum aſperitate nimia (contra admonitionem Apoſtoli qui ait, argue, obſecra, increpa in omni patientia & doctrina) immo aſperrimè puniuntur: & aliqui ſuperiores ita volunt pro modicis exceſſibus in eorum ſubditos (licet oneratos) pœnis efferveſcere, ſicut latrocinantium poterant promereri perſonæ: nec ſervatur inſtructio Leonis

Papæ dicentis, quòd licet nonnunquam accidant quę in ſacerdotum ſunt reprehendenda perſonis, plus tamen erga corrigendos agat benivolentia, quàm ſeveritas: plus coarctatio, quàm cōminatio: plus charitas, quàm poteſtas. Sed ab illis, qui quæ ſua ſunt quærunt, non quæ Jeſu Chriſti, facilè ab hac lege diſceditur, & dum dominari magis, quam conſulere ſubditis placeat, honor inflat in ſuperbiam, & quod proviſum eſt ad concordiam, tendit ad noxam. Iſti ſunt quibus Dominus loquitur per Ezechiel. Prophetam dicens, Vos cum aſperitate imperabatis eis, & cum potentia. Nam (ſicut Gregor. in Moralibus exponit) cum auſteritate & potentia imperant, qui ſubditos non tranquillè ratiocinando corrigere, ſed aſperè inflectere dominando feſtinant. Tales namque in quodam ſibi videntur ſummitatis culmine reſidere, & infra ſe poſitos deſpiciunt, quibus frequenter in conſulendo loqui, ſed vix dominando dignantur: nec imitantur (ſicut deberent filii Chariſſimi) exemplum Chriſti, in Matt. 11. cap. dicentis: Diſcite à me quia mitis ſum & humilis corde. Unde verendum eſt, ne cum Nabuchodonoſor de ſua gloriante potentia, in mentem beſtialem mutentur. Sed utinam cum eo pœnitentiam agant, ne cum elationis & ſuperbiæ principe recipiant portionem. Et hoc tangit ſpecialiter in Rom. curia exiſtentes, qui prælatos ſucceſſores apoſtolorum, & alios ſecundum ſtatus eorum exigentiam non honorant, quinimmo contemnunt, & vilipendunt eoſdem, ſe eis in ſedibus & aliis indebitè præferentes, minus providè attendentes ſenten-

Erga corrigendos quomodo, debeat procedi.

Mutari in mentem beſtialem.

Digitized by Google

Pontificatus & eccleſiæ poteſtas à Chriſto in novo cœpit teſtamento.

tiam Domini in Matt. & Luc. dicentis de apoſtolis: quod Anacletus Pap. ad eorum ſucceſſores extendit: Qui vos recipit, me recipit: & qui vos honorat, me honorat: & qui vos ſpernit, me ſpernit. Qui autem eum ſpernit, ſpernetur à Domino, cum ſpernant eum. ſc. Chriſtum, à quo primò in novo Teſtamento cœpit pontificatus, & eccleſiæ veneranda poteſtas. Sed utinam noſtris temporibus non videndum, quod in eccleſia catholica, ſicut dudum fuit in Græca factum, niſi de alio provideatur remedio per Roman. eccleſiam humiliantem ſe ipſam, & aliarum jura non uſurpantem, illud dictum oratoris Domitij; Cur ergo, inquam, te habeam ut principem, cùm te non habeas ut ſenatorem? Hæc igitur ſuperbia figurata eſt per draconem, qui maximus eſt cunctorum ſerpentium ſive animantium ſuper terram, qui ſæpe à ſpeluncis abſtractus fertur in aërem. Sic & prælati multi eccleſiæ dignitate, & poteſtate, nobilitate, & divitiis, majores cæteris, à ſpeluncis domorum paternarum abſtracti, & poſtmodum in eccleſia ſublimati, in aëre vanæ gloriæ & ſuperbiæ efferuntur: quos quaſi quandam peſtem, imò veram peſtem faſtidiens. Hieron. aſſerit fugiendos: quibus in Ezechiel. dicitur, Aſſimilatus es draconi: nam ventilabas cornu in fluminibus tuis. Talibus draconibus formidanda eſt ſententia Pſalm. dicentis; Dilecto contribulaſti capita draconum in aquis, dediſti eum eſcam populis Æthiopum, id eſt, dæmonum.

Dictum Domitii oratoris.

Prælati à ſpeluncis procedunt.

Digitized by Google

TITULUS XXXV.

De luxuria, inordinatione, & cohabitatione clericorum & mulierum, & voluptatibus evitandis.

QUòd pernicioſa exempla luxuriæ à clero populus recipiat Chriſtianus, teſtimonium perhibent gradientes filij ſuper terram, ſicut Gregor. de Joanne diacono Neapolitanis civibus ſcribit. Et rubri. de filiis Preſbyterorum, & de cohabitatione clericorum & mulierum. Et licet multæ ſuper innovatione ordinis clericorum hactenus emanaverint ſententiæ patrum; nihilominus ipſorum quævis correctio morum quamquam ultimò illata fuerit, non ſolùm in authores ſcelerum, verumetiam in progeniem damnatorum protenditur, ſicut in Toletan. Concil. continetur. Nempè cum difficile ſit inter prunas & flammas igneas, ſive quodammodo impoſſibile, non exuri, cùm omnis ætas ab adoleſcentia in malum prona ſit, & proclivis ſit curſus ad voluptates, naturáque imitatrix ſit vitiorum, foméſque peccati, & ſtimulus Sathanæ ei cohærent: & difficile ſit continere, paucique ſine vitio carnis reperiantur, ſicut Gregor. Secundino epiſcopo ſcribit: luxuriæ carniſque vitio incentivum tribuit: quia remedia quæ hactenus ſuper hoc à ſanctis Concilijs, ſanctis patribus, & Romanis pontificibus ſtatuta ſunt, non ſervantur. Sicut eſt illud ab omnibus conſtitutum, quod habitatio mulierum & prædictarum perſonarum evitetur. In tertio namque cap.

Pauci ſine vitio carnis reperiuntur.

Digitized by Google

Nicæni Concil. extitit ordinatum ſive conſtitutum: Neque epiſcopo, neque presbytero, neque diacono, neque uni clericorum, omnino licere habere ſecum mulierem extraneam, niſi fortè mater, aut ſoror, aut avia, vel amita, vel matertera ſit: quia in his ſolis perſonis & harum ſimilibus, omnis quæ ex mulieribus eſt ſuſpicio declinatur. Et qui præter hoc ageret, periclitaretur de clero. Et idem in effectu conſtitutum fuit in 3. & 4. capitulis ſecundi Concil. Agathen. & in 10. & 11. cap. Concil. Arelaten. & in 25.c.Concil. Aurelian.& in 27.cap.Concil. Elibertani. & in 16. cap. Concil. Hilerden. & 2. cap. Concil. Tolet. & in 42. & 43. cap. quarti Concil. Tolet. & 32. cap. quarti Concilij Bracharenſis. Plus etiam fuit in primo cap. Tarraconen. Concilij conſtitutum, quòd clerici ad proximas ſanguinis, ſine teſtimonio non accederent. Et ſecundum Auguſt. omnes qui cum ſorore mea ſunt, ſorores meæ non ſunt. Ad idem conſilium Hieronymi dicentis: Hoſpitiolum tuum aut raro, aut nunquam mulierum pedes tangant, vel teratur: quia non poteſt toto corde habitare cum Deo, qui fœminarum acceſſibus copulatur. Propter quod Gregor. in 4. Dialog. commendabile exemplum ponit de preſbytero, qui preſbyteram ſuam, ante ſuſceptos ordines in conjugem habitam, ex tempore accepti ordinis, ut ſororem diligens, ſed quaſi hoſtem cavens, ad ſe accedere propius ſibique appropinquare occaſione aliqua non ſinebat.

Clericus quas mulieres ſecū habere poteſt.

In Agathen. Concilio extitit ordinatum vel conſtitutum

conſtitutum, quod presbyteri & alij qui ducendi uxores licentiam non habebant, alienarum nuptiarum convivia evitarent: nec illis immiſcerentur cœtibus, ubi amatoria cantarentur, aut obſcœni motus corporis choreis & ſaltationibus efferuntur, ne auditus & obtuitus ſacris myſteriis deputatus, turpium ſpectaculorum atque verborum contagione pollueretur. In Laodicen. Concilio extitit conſtitutum, quod clerici & miniſtri altaris ſpectaculis aut nuptiis non intereſſent. Et ad idem concordat 13. cap. Concilij Carthaginen. 5. cap. Arelaten. & etiam adjicitur quòd qui in theatris conveniunt, excommunicentur: & idem in 59. cap. 3. Concilij Bracharenſis.

Clerici non intersint nuptiis nec ſpectaculis.

Item Iſidorus de vita Clericorum ſcribit 23. diſt. his. quod dicti Clerici à vulgari vita ſecluſi, à mundi voluptatibus ſe abſtineant, non ſpectaculis, non pompis interſint. Et quòd convivia publica fugiant, privata non tantùm pudica, ſed ſobria colant: uſuris nequaquam incumbant, neque turpium occupationibus lucrorum, non fraudibus cujuſcunque ſtudium appetant: amorem pecuniæ quaſi materiam cunctorum criminum fugiant, & ſecularia officia, negotiaque abnuant, honoris gradum per ambitionem non ſuſcipiant. Pro beneficiis medicinæ Dei, munera non accipiant: Dolos & conjurationes caveant. Odium, æmulationes, obtrectationes atque invidiam fugiant: non vagi oculis, non effræni lingua, aut petulanti fluidoque geſtu incedant, ſed pudorem atque verecundiam mentis ſimplici habitu, inceſſuque oſtendant; obſcœnitatem verborum & membrorum,

Digitized by Google

genda à cleri cis hic deſcribuntur.

ſicut & operum penitus execrentur: viduarum & virginum frequentationes penitus fugiant, contubernia extranearum fœminarum nullatenus appetant. Caſtimoniam quoque inviolati corporis perpetuò conſervare ſtudeant, aut certè unius matrimonij vinculo fœderentur: ſenioribus quoque debitam præbeant obedientiam, neque ullius jactantiæ ſtudio ſemetipſos attollant: doctrinæ, lectionibus, pſalmis, hymnis & canticis exercitio jugi incumbant. Tales enim eſſe debent, qui divinis cultibus ſe eſſe mancipandos ſtudent, ſcilicet, ut dum ſcientiæ operam dant, doctrinæ gratiam populis adminiſtrent. In concilio Maneten. conſtitutum fuit, quod dictę perſonę eccleſiaſticę plauſus & riſus inconditos agere, aut fabulas inanes referre aut cantare non præſumerent: nec turpia joca ante ſe fieri paterentur, nec larvas dæmonum ante ſe deferri conſentirent. Et quòd in menſis honeſtè converſarentur, ſobriè viverent & comederent. Cùm itaque vitæ munditia eſſet præ cæteris in his qui ferunt vaſa Domini, ſicut ipſe Dominus per Eſa. prophetam præcipit, requirenda, eſſet plurimùm ad refrenandum inordinationem & luxuriam ſtatus Eccleſiaſtici vigilandum. Hæc autem luxuria à prædicto Eſaia propheta figurata eſt per piloſos, quorum alter clamabat ad alterum. Piloſi enim ſecundum ſeptuaginta Interpretes & ſecundum Iſidorum ethymolog. ſunt dæmones incubi, ab incubando dicti: quia ſunt improbi, & interdum cubant cum mulieribus: per quos rectè, qui luxurioſè agunt in eccleſia & ſpiritu maligno ducuntur, qui ſpirituales eſſe deberent, ſignificari poſſunt: ſimiles Eſau, de

quo in Geneſi dicitur, quod piloſus erat. Et tales ſunt Deo odibiles, ſicut & ipſe Eſau fuit, de quo ſcribitur: Jacob dilexi, Eſau autem odio habui.

TITULUS XXXVI.

De gula, ebrietate, & comeſſati onibus, & ferculorum multiplicitate, & ſupe rabundantia reſecandis & cohibendis.

QVod pernicioſa exempla peccati gulæ univerſus populus Chriſtianus à clero recipiat, in aperto apparet; cùm dictus clerus lautius & ſplendidius & pluribus ferculis quàm faciant reges & principes domini, contra honeſtatem eccleſiaſticam, & clericalem regulam, & doctrinam conſtitutam à ſanctis patribus conviventur. In regula apoſtolica ad Titum tradita continetur, quod promovendus ſit ſobrius & non vinolentus. Et hoc fortè, quia ſicut Hieronym. ait, Venter mero æſtuans, cito deſpumat in libidinem: & ubi ebrietas, ibi libido dominatur & furor. Luxurioſa res eſt ſecundum eundem, vinum, & contumelioſa ebrietas: & omnis qui cum his immiſcetur, non erit ſapiens: propter quod ſponſa Chriſti vinum monetur fugere, ut venenum. In veteri teſtamento miniſtri templi vinum & ſiceram bibere prohibebantur, ne ebrietate gravarentur corda eorum, & ut ſenſus eorum ſemper vigeret & tenuis eſſet. Noë enim nudavit femora. Et Loth quem Sodoma non vicit, vina vicerunt. Apoſtolus autem ſcribit ad Romanos, ad exordium conditionis

Vinum prohibetur eccleſiaſticis viris ut venenum.

humanæ proſpiciens: Bonum eſt, vinum non bibere, & carnes non comedere; vinum enim cum carnibus poſt diluvium dedicatum eſt. Secundum Ambroſium, ſexto die, beſtiæ ſunt creatæ, & cum eis orta eſt edendi poteſtas, & uſus eſcarum. Ubi cibus cœpit, ibi factus eſt finis mundi: unde per cibos mundus habet minui, per quos deſinit augeri. Non eſſet ſervitus, ſi ebrietas non fuiſſet. In canonibus apoſtolorum epiſcopus, aut preſbyter, aut diaconus, aleæ atque ebrietati deſerviens, ſi non deſinat, condemnatur. Subdiaconus, lector, aut cantor ſimilia faciens, & non deſinens, communione privatur. Et ſtatuitur, ut ille quem ebrium fuiſſe conſtiterit, triginta dierum ſpatio à communione ſubmoveatur, aut corporali ſupplicio ſubdatur. Cum autem vinolentus eſſe prohibetur miniſter eccleſiaſticus, gulæ intemperantiam nequaquam habere permittitur. Nam ſicut ebrietas, ita & voracitas prohibetur: & utrumque inter opera tenebrarum apoſtolus ad Rom. commumerat, dicens, Non in comeſſationibus & ebrietatibus, &c. Ventris namque ingluvies ad luxuriam facile provocat, & omne opus bonum diſſolvit: unde venter & genitalia ſibimetipſis vicina ſunt, ut ex vicinitate membrorum intelligatur confœderatio vitiorum. Venter cui coquorum multitudo deſervit, ædificia virtutum ad ſolum redigit. Sacerdoti ſecundum Hieronymum de altario vivere licet, non luxuriari permittitur: perſonis eccleſiaſticis tabernas, niſi cauſa neceſſitatis intrare, in Laodicen. & Carthaginenſi Conciliis, eaſque tenere in 6. ſinodo prohibetur.

Servitus non eſſet ſi ebrietas non fuiſſet.

A crapula & ebrietate in generali Conc. abſtinere jubentur clerici univerſi. Super Michæam prophetam ſcribit Hier. quod eccleſiæ principes qui delitiis affluunt, & inter epulas atque delitias pudicitiam ſervare ſe credunt, propheticus ſermo dicti Michææ prophetæ deſcribit. Quod ejiciendi ſunt de ſpatioſis domibus, lautiſque conviviis, & multo labore conquiſitis epulis in tenebras exteriores vbi erit fletus & ſtridor dentium. Nam confuſio & ignominia eſt Chriſtum crucifixum, pauperem & eſurientem fartis corporibus prædicare, & jeuniorum doctrinam rubentia & tumentia ora proferre. Inferens idem Hieronymus, quod ſi in apoſtolorum loco ſumus, non ſolùm ſermones eorum imitemur, ſed converſationem & abſtinentiam. Eſſet itaque ſuper ſobrietate & parcimonia ſervandis in ſtatu eccleſiaſtico providendum, cum magna pars eccleſiaſticorum reddituum in exceſſivis conviviis & comeſſatiouibus expendatur. Unde verendum eſt quod Deus propter hæc & alia contra eccleſiam & ejus miniſtros iraſcatur, & quod eam permittat deprimi, ſicut fecit Iudæos. Hæc autem guloſitas à dicto propheta per miluum congruè deſignata eſt. Cùm ſecundum Iſidorum, milvus inter alias aves mollis & voraciſſimus & rapaciſſimus deſcribatur: & inter immunda animalia in Levitico & in Deuteronom. figuratur, guloſos, molles & mollia diligentes, eſcarum voratores & devoratores, qui immundi ſunt, ut ſuprà probatum eſt, competenter deſignans. Remedium bonum eſſe videtur, quod ſtatueretur ne ultra tria fercula miniſtrarentur, nec in dictis tribus ferculis in quantitate exce-

Mihi natura hic ponitur.

Digitized by Google

derent, nec in quolibet ferculo diverſas ſpecies comeſtibilium apponerent, ſicut frequenter faciunt capones, perdices, faſionos, cuniculos & lepores in uno inciſorio, in tanta copia miniſtrando, quod de hoc quod in uno inciſorio ponitur, poſſet ſufficienter ſerviri 11. vel 12. perſonis. Et quod circa miniſtrationem vinorum, confectuum & ſpecierum, & exceſſum veſtium in ipſis & familiaribus eorundem, modificatio haberetur in toto, & in domibus propriis & alienis, & potiſſimè in procurationibus & viſitationibus circa quas multi prælatorum excedunt ſupra vices ſuas, ab illis quos viſitant convivia ſibi præparari facientes, contra prohibitionem Greg. defenſori Siciliæ factam: & conſtitutionem Pelagij qui prohibet (Creſconio ſcribens) prandia enormia fieri, mandans ſecundum mediocritatem uniuſcujuſque loci, epiſcopo viſitanti convivium præparari. Tantuſque exceſſus eſt, & in præparatione conviviorum & in numero evectionum contra proviſionem Concilij Lateranen. quod interdum victum longi temporis brevis hora conſumit, & uſque ad extremæ virtutis exinanitionem quaſdam baſilicas perdit, contra 7. cap. quarti Concilij Toletani.

Titulus XXXVII.

De invidia, & detractionibus, & partialitatibus.

PEccatum invidiæ nimis patenter & notoriè videtur in eccleſia Dei radicari. Nam vix eſt aliquod collegum in quo propter dictam invidiam diviſiones, ſciſſuræ & partialitates non

Digitized by Google

ſiant, & quantum in ipſis eſt unitatem eccleſiæ quæ diviſionem non capit, contra doctrinam Pelagij ſcindunt: & tunicam Domini inconſutilem & indiſciſſam minutim per fruſta diſcerpunt, ſicut Hieronym. atteſtatur: nec proficit conſtitutio Concilij Carthaginen. continentis, quod clericus fratrum profectibus invidens donec in vitio eſt, non promoveatur. Cum dicta conſtitutio non ſervetur, & ad jam promotos dicta invidia quæ in interioribus medullis recondita eſt, ſicut habetur in octava ſinodo, dirivetur. Et ex hac invidia plurimi periclitantur in clero, ſicut & propter prælationis invidiam, Abel à Cain fratre ſuo extitit interfectus, ſicut in Gen. continetur. Ex hac invidia multæ falſæ accuſationes & delationes fiunt in clero ab his qui invidiæ ſtimulis agitantur, ſicut Anacletus Papa teſtatur. Nec pejus eſt malum ſecundum Gregor. quàm Chriſtianos ſacerdotibus invidere. Hæc invidia ab Iſidoro de vita clericorum, plurimum reprobatur. Dicit enim: Clerici æmulationes & obtrectationes & invidiam fugiant. Hæc invidia rectè à dicto Eſa. figurata eſt per lamias, quæ à lamiando dictæ ſunt: quæ ſicut Iſidorus ait in lib. etymolog. fabuloſæ in fauces & lamitatis narrantur. Et ſecundum Gregor. in gloſ. ſuper illud Tren. 4. Sed & lamiæ nudaverunt mammam, &c. dicit quod dictæ lamiæ crudeles ſunt, & ſuis fœtibus quos lamiarunt, feruntur, per quas invidi & detractores ſignificantur: qui bonorum mores vitámque quantum in ipſis eſt lacerare nituntur, deteriores ſecundum Anacletum Pap. quàm hi qui ſubſtantias aliorum prædiáque diripiunt. Tales

Lamia dicitur.

Digitized by Google

Bonum invidorum. ſecundum Gregor. in pulverem ſufflant & in oculos ſuos terram excitant : ut unde plus detractionis perflant, inde magis nihil veritatis videant.

TITULUS XXXVIIII.

De ira, & odio, & præcipitatione in ſententiis & aliis evitandis.

PEccatum iræ & odij inter perſonas eccleſiaſticas, ſicut de invidia præmiſſum eſt, ferè in ſingulis collegiis notoriè radicatur Nec videtur clerus conſiderare, quòd beatus Petrus homicidarum tria genera, & eorum pœnam parilem eſſe dicebat : ſicut enim homicidas interfectores, fratrum, ita quoque eorum detractores eoſque odientes homicidas eſſe manifeſtabat : ſicut ex epiſtola Clementis habetur. Hoc odium, ſicut Iſidorus de vita clericorum ait, maximè perſonæ eccleſiaſticæ fugere debent, & odio peccata habere, non homines, ſicut Leo Pap. Ruſtico Narbonenſi epiſcopo ſcribit : & ex officio ſuo eos qui ſe odio habent, aut longinqua inter ſe lite diſſenſerint, ad pacem & concordiam inducere, & per cenſuram eccleſiaſticam, ſi opus fuerit, compellere debent, ſicut habetur in Concilo Agathenſi. Et ſuper pace, quam odium impedit, conſervanda, ſibi ipſis mutuum conſilium & auxilium, non obſtante cujuſcunque amore vel odio, impartiri. Sicut Innocentius Papa ſecundus teſtatur. Nec odio nec rancore, nec ira debent ſuas ſententias fulminare. Nam ille præpoſitorum ſolicitudo eſt utilis, illa eſt cau-

Detractores dicuntur homicidæ.

tela laudabilis, in qua totum ratio agit, & furor nihil ſibi vendicat. Quare reſtringenda eſt ſub ratione poteſtas, nec quid agendum, priuſquam concitata ad tranquillitatem mens redeat. Nam commotionis tempore juſtum putat eſſe omne quod fecerit, ſicut Gregor. Imperatori Mauricio ſcribit. Ita ſæpe etiam innocentes ad crimen adducit, quia dum juſto amplius iraſcimur, & volumus aliena coercere peccata, graviora committimus, ſicut Ambroſius atteſtatur: propter quod Apoſtolus ſcribit Romanis, Non vos vindicantes, cariſſimi, ſed date locum iræ, hoc eſt, declinemus eam, ne nos illa corripiat. Summo igitur opere præcavendum eſt, ne rectores eccleſiæ & qui publica judicia exercent, in dictandis ſententiis, ullatenus levitate, aut furore ducti ſint præcipites, ſicut ait Gregor. Quod minimè obſervatur ab his qui juris ordinem in ferendis ſententiis non obſervant. Et qui more & ultra morem laïcorum ſe vindicant, & per ſe & per alios vindictas publicas fieri mandant & faciunt ſub confidentia eccleſiaſticæ libertatis, nullius pertimeſcentes culpam, quam ſe redimere nummis poſſe exiſtimant, ſicut Iſidorus ait. Ex quo frequenter conjurationes & conſpirationes, ut in decretali Gregorij decimi pro humani. de homi. in 6. contra aſſaſſinos, & contra illos qui per eos vindictas mandant fieri, non ſervantur.

Commotia quid operetur.

Et inſuper quia perſonis eccleſiaſticis homicidia ſtudiosè perpetrantibus præbetur defenſio in perſonis, & in eccleſiis receptantur: qui tamen ſicut Dominus præcepit in Exod. & continet decretalis, Si per induſtriam occidant proximum ſuum, & per inſidias, ab altari Dei evel-

lendi ſunt ut moriantur. Quia ſi executioni mandaretur contra clericos & laicos per induſtriam occidentes, & degradarentur perſonæ eccleſiaſticæ, talia homicidia ſtudioſè & voluntariè perpetrantes: ſummum eſſet remedium eccleſiæ ſanctæ Dei contra inſolentias & ſcandala clericorum & religioſorum, qui certitudinem habent quòd propter talia maleficia non tradentur curiæ ſeculari, nec morti ſubjicientur, qui ad ſacros promoventur ordines. Ex dicta impunitate ad ſtatum clericalem accedit, ut ex hoc & beneficio canonis, ſi quis ſuadente diabolo, cujus ſententia videretur cum talibus retrahenda, fiant qui nequam fuerant, nequiores. Congruè itaque à dicto Eſaia propheta hoc odium & ira per onocentaurum in autoritate propoſita deſignatur. Nam onocentaurus dicitur ab onos, quod eſt aſinus, & centaurus. Centauri autem fuerunt equites in bellis diſcurrentes, hominéſque notantes, figuram aſini & hominis faciem prætendentes, ſicut Iſidorus in libro etymologiarum ſcribit, ubi agit de portentis.

Cētauri dicūtur.

TITULUS XXXIX.

De acedia, & negligentia, & ignorantia.

PEccatum acediæ & negligentiæ maximè radicatur in eccleſia ſancta Dei, malumque exemplum inde aſſumit univerſus populus Chriſtianus. Nam pauci ſunt in clero qui non vocentur, vel vocari poſſint in his quæ ad eorum pertinent officia, propter quæ ſunt conſtituta ſtipendia & eccleſiaſtica beneficia, negligentes.

Digitized by Google

Ex qua negligentia verendum eſt, quòd divina contrahatur offenſa. Maledictus enim qui opera Domini negligenter exercet, ſicut Hieronymus teſtatur. Qui autem negligit viam ſuam, (ut ait Sapiens) mortificabitur : & qui timet Deum, nihil negligit, ſicut Eccleſiaſtes ait. Et in Proverbiorum i. Vos quoque increpationes meas negligitis, propter quod ego in interitu veſtro ridebo : & cùm repentina calamitas ſupervenerit, invocabitis me, & ego non exaudiam. Si ergo inſpiciatur titulus de negligentia prælatorum, liquidè apparebit quantum negligentia Dei officit. Nam ſicut in uno quoque artium opere invenitur mater juſtitia, ita noverca conditionis in eccleſia Dei radicatur ignorantia, quæ mater eſt cunctorum errorum : & quæ maximè in Dei ſacerdotibus eſt vitanda: qui docendi officium in populo ſuſceperunt, & qui Scripturas ſacras & canones ſcire debent, cum omne opus eorum in vita & prædicatione & doctrina conſiſtat: & cunctos ædificare habeant tam fidei ſcientia, quam operum diſciplina. Sicut habetur in Concilio Toletan. Cùm certe ignorantia ſcripturarum ignorantia Chriſti ſit, ſicut Hieronymus in Eſa. teſtatur. Et Paulus ad Corinthios ſcribat, quòd ſi quis ignorat, ignorabitur. Et Gregorius in Moralibus dicat, quòd qui ea quæ Dei ſunt neſciunt, à Deo neſciuntur : & Chriſtus teſtetur, quòd ſi cæcus cæco ducatum præbeat, ambo in foveam dilabuntur.

Negligentia deteſtatur.

Ignorantia mater errorum.

Digitized by Google

TITULUS XL.

De primo remedio contra negligentiam eruditionis in prælatis, ſcilicet quòd regula apoſtolica in promovendis ſervetur.

COntra negligentiam eruditionis & peſtem ignorantiæ remediari poſſet, quòd ſervaretur in promovendis ad prælaturas prout convenientius fieri poſſet, regula apoſtolica ſcripta ad Timot. & Titum, videlicet ut promovendi eſſent doctores, non litigioſi, non cupidi, non neophiti, ſed prudentes, ornati, hoſpitales, pudici, & domui ſuæ bene præpoſiti, ſicut Gratianus proſequitur in decretis. Et ſicut ſtatutum fuit in Concilio quarto Carthaginenſi, cui Auguſtinus interfuit in cap. cùm epiſcopus ordinandus eſt, antea examinetur, ſi ſit prudens, ſi docibilis, ſi moribus temperatus, ſi vita caſtus, ſi ſobrius, ſi pervigil, ſi ſemper ſuis negotiis cavens, ſi humilis, ſi affabilis, ſi miſericos, ſi literatus, ſi in lege Domini inſtructus, ſi in ſcripturarum ſenſibus cautus, vel acutus, ſi in dogmatibus eccleſiaſticis exercitatus, ut taliter examinati & promoti ſecundum dictum Concilium Carthaginenſe, ſuſcepto in nomine Chriſti epiſcopatu, non ſuæ delectationi, nec ſuis motibus, ſed patrum diffinitionibus acquieſcant. Licet enim ſicut in Lateranenſi Conſilio ſcribitur, In cunctis ſacris ordinibus & eccleſiaſticis miniſteriis ſint ætatis maturitas, morum gravitas, & literarum ſcientia inquirenda, multofortius in epiſcopo hæc oportet inquiri, qui ad curam poſitus alio-

Qualis debeat eſſe epiſcopus.

Digitized by Google

rum, in ſeipſo debet oſtendere, qualiter alios in domo Dei oporteat converſari.

TITULUS XLI.

De ſecundo remedio contra negligentiam eruditionis in Curatis.

REmedium contra negligentiam eruditionis Curatorum poſſet eſſe, ut ſervaretur Concilium Toletanum, in quo ſtatutum fuit, quod quando presbyteri in parochiis ordinantur, libellum officialem, id eſt continentem omnia ad officium Curati pertinentia, ab Epiſcopo ſuo accipiant, ut ad eccleſias ſibi deputatas inſtructi accedant, ne per ignorantiam in divinis ſcripturis offendant. Unde eſſet perquam utile eccleſiæ ſanctæ Dei, quod componeretur unus liber ad intelligendum facilis, ad ſtudendum & retinendum utilis, in quo ponerentur canones pœnitentiales, quos non licet ſecundum Celeſtinum Papam & Auguſtin. ſacerdotibus ignorare. Et inſtructio plena traderetur eis circa confeſſiones audiendas, & pœnitentias & ſatisfactiones injungendas, & circa ea quæ ad adminiſtrationem ſacramentorũ eccleſiaſticorum, & celebrationẽ & intellectum divinorum Officiorum, gubernationem animarum, utilia & neceſſaria eſſe viderentur; ita quod nullus ſecularis vel regularis poſſet ad ſacerdotalem ordinem, nec aliquo modo curatum beneficium obtinere, niſi in præmiſſis eſſet competenter eruditus. Sicut enim perhibet magnus Dionyſius, ſubſtantia ſacerdotiij, ſunt eloquia divinitus tradita. Et ſecundum Auguſti-

Quales debeant eſſe curati.

Digitized by Google

num: Si unum de his quæ ad diſcendum neceſſaria ſunt, ſacerdotibus defuerit, nomen vix in eis conſtabit.

TITULUS XLII.

De tertio remedio contra negligentiam conditionis univerſi cleri.

REmedium contra negligentiam conditionis univerſi cleri poſſet eſſe, ut ſecundum providentiam Lateranenſis & generalis Concilij, ecclesia quæ ſicut pia mater providere tenetur ne pauperibus, qui parentum opibus juvari non poſſunt, legendi & proficiendi opportunitas ſubtrahatur, in unaquaque cathedrali eccleſia, & in aliis collegiatis & honorabilibus, magiſtros tenerent, qui clericos & ſeculares pauperes civitatis & diœceſis in cantando & legendo & ſcribendo, & grammaticalibus & logicalibus gratis inſtruerent, & pro doctrina ſua nihil ab eis reciperent: ſed eccleſiaſtica beneficia vel ſtipendia ab epiſcopis & capitulis ac collegiis & aliis prælatis aſſignarentur eiſdem. Et quod in iſtis ſervaretur doctrina & conſtitutio Concilij Toletani. In quo ſtatutum fuit, quod illi quos à primis annis voluntas parentum clericatus officio mancipavit, mox detonſi vel miniſterio lectorum traditi in domo eccleſiæ ſub ſpeciali præſentia tenerentur ſub uno conclavi, ut lubricæ ætatis annos, non in luxuria, ſed in diſciplinis eccleſiaſticis agerent, deputati probatiſſimo ſeniori, quem & magiſtrum doctrinæ & teſtem vitæ haberent. Et quod tales taliter enutriti 18. anno ætatis ſuæ

completo, ſi clerici eſſe vellent, caſtitatem ſervare voverent, & in clero remanerent, & ad ordines ſtatutis temporibus promoverentur. Et ſi contrarium facerent, rei ſacrilegij ſecundùm formam dicti Concilij haberentur. Et ſi contrahere vellent 18. anno expleto, & voto nondum emiſſo, conceſſa ab apoſtolo licentia non negaretur eiſdem. Si tamen cum unicis & virginibus contrahere vellent, & privilegiis eccleſiaſticis gaudere vellent, ſub eccleſiaſtica regula tenerentur, in bonis moribus viverent & canendis pſalmis invigilarent, & ab omnibus illicitis cor & linguam & corpus Deo authore ſervarent, ſicut Greg. Auguſt. Anglorum epiſcopo ſcribit. Ex talibus autem & taliter enutritis qui in cathedralibus collegiatis & honorabilibus eccleſiis ſub regula & diſciplina eccleſiaſtica uſque ad 18. ætatis ſuæ annum conpletum enutriti eſſent, & in officio eccleſiaſtico, & grammaticalibus informati, poſſent illi qui magis apti, idonei, & dociles viderentur, ad metropolitanam civitatem, in qua eſſent magiſtri docentes in ſacra pagina & in utroque Iure, & exinde ad generalia ſtudia deſtinari.

Quomodo ſunt educandi ad clerum promovendi.

TITULUS XLIII.

De beneficiis eccleſiaſticis, unde poſſet dictis pauperibus magiſtris & ſcholaribus provideri.

ET ad providendum talibus de quibus conſtaret, quòd amplius ad ſeculum redire non poſſent, ſufficerent beneficia eccleſiaſtica, quæ non abſque animarum & eccleſiarum diſpendiis & periculis, in pluralitate tenentur, & detinentur

Nõ pluralis in in beneficiis.

Digitized by Google

à multis, contra canonicas ſanctiones, ſecundum quas ſingula officia, & beneficia eccleſiaſtica, ſingulis ſunt committenda & conferenda perſonis: nec debet quis in pluribus beneficiis intitulari. Et idem fuit in 10. cap. Calcedonen. Concilij, & in ſinodo Placentiæ celebrata, in qua Vrbanus Papa affuit, conſtitutum. Et à beato Greg. qui ſuper hoc etiam omnibus epiſcopis ſcripſit. Et in ſinodo, & etiam in Concilio Toletano. Et ad idem concordant jura civilia & divina. Tenent namque aliqui propter favorem quem in eccleſia habent tot beneficia, quod viginti, & aliquando quinquaginta ſcholares & ultrà, poſſent in ſcholis ſuſtentari de eis. Nec ita ſucceſſivè beneficiati plus cæteris pauperibus communiter proficiunt, quinimo frequentius deficiunt & expendunt in pompis & vanitatibus dies ſuos, & eccleſiaſticos redditus cumulatos eiſdem. Poſſet etiam talibus clericis provideri de beneficiis, quę divitibus indebitè conferuntur. Nam ſicut Hieron. ad Damaſum Pap. ſcribit. Clericos illos convenit eccleſiaſticis ſtipendiis ſuſtentari, quibus parentum & propinquorum nulla bona ſuffragantur. Qui autem ex bonis parentum & ſuis operibus ſuſtentari poſſunt, ſi quod pauperum eſt accipiunt, ſacrilegium profectò committunt: & per abuſionem talium, judicium ſibi manducant & bibunt. Proſper etiam in libro de vita contemplativa ſcribit, quòd paſtor eccleſiæ his quibus ſua ſufficiunt, non debet aliquid erogare: quia nihil aliud eſt habentibus dare, quam perdere: nec illi qui ſua poſſidentes, dari ſibi de eccleſia aliquid volunt, ſine grandi peccato ſuo, unde pauper victurus erat, accipiunt. De clericis

cis quidem Spiritus ſanctus dicit per Oſeam prophetam, quod peccata populi comedunt: ſed ſicut nihil habentes proprium, non peccata populi comedunt: ſed alimenta quibus indigere videntur, accipiunt: ita poſſeſſores non alimenta quibus abundant, ſed aliena peccata ſuſcipiunt. Et infert dictus Proſper, Non eſt meum dicere, quale peccatum eſt, quod cibos pauperum præſumendo ſuſcipiunt, quod eccleſiam quam de propriis facultatibus juvare debuerant, ſuis expenſis inſuper gravant.

Poſſet etiam provideri prædictis de eccleſiaſticis beneficiis quæ tenent multi alienigenæ in alienis regnis, quorum linguagia non intelligunt, nec habiles ſunt ad curam exercendam in eis: nec in ipſis reſidere intendunt, nec etiam poſſunt: quæ utinam non teneantur, cum ſolo periculo animarum ipſorum, qui ſe excuſare nituntur obtentu diverſarum diſpenſationum, propter ſuam vel ſuorum importunitatem vel potentiam, abſque evidenti neceſſitate vel utilitate obtentarum. Illi enim qui ſunt ejuſdem linguagij, & ejuſdem regni & provinciæ, civitatis, & diœceſis, & eccleſiæ, cæteris paribus ſunt aliis in eccleſiaſticis beneficiis & prælationibus ſecundum jura præferendi Et in hoc concordant jura à multis Romanis pontificibus edita,& ſpecialiter à Celeſtino, Pelagio, Gregorio, Innocentio, Leone, Stephano: & Concilium generale, ne pro defectu. & penul. capit. Concilij Neocæſarien & 2.& 3. cap. Concilij Bracharen. & penulti. c. Taurinen. & 8. & 9. cap. Concilij Aura. ſic & ult. cap. Concilij Valentini. & 12. cap. primi Concilij Toletan.& 2. c. 2. Conci-

lij Toletani. & 2. cap. Concilij Bracharen.

Poſſet etiam provideri prædictis de aliquibus parochialibus eccleſiis, quæ ita pingues ſunt & abundantes, quod relicta congrua portione vicario perpetuo, poſſent de eis multi ſcholares in ſtudio ſuſtentari. Tales autem poſſent teneri ſub diſciplina & regula eccleſiaſtica, & ſub uno conclavi, non ſolùm in cathedralibus & collegiatis eccleſiis, ut eſt dictum, verumetiam in ſtudiis provincialibus & generalibus, in quibus poſſent ad hoc per provincias loca certa deputari. Et tales poſſunt ſe aſtringere provinciis, civitatibus, & diœceſibus & eccleſiis, de quarum bonis enutriti eſſent in ſcholis, quod ſine licentia ſe ad alias eccleſias non transferrent. Tales in puritate vitæ, & ſub diſciplina eccleſiaſtica enutriti ab infantia, & in ſacra pagina, & aliis ſcientiis informati, poſſent cum bona conſcientia aſſumi ad curam animarum, & regimen prælationum, & in Dei eccleſia, ſecundum Danielem, velut ſplendor fulgerent firmamenti. Ex quibus poſtmodum poſſet copia doctorum haberi, qui velut ſtellæ in perpetuas æternitates manſuri, valerent ad juſtitiam plurimos erudire, ſicut Honorius tertius atteſtatur. Et per tales poſſet proceſſu temporis vita & doctrina nniverſalis eccleſia reformari. Potiſſimè ſi ordinaretur ex nunc, & executioni debitæ mandaretur, quòd viri literati & idonei, de quibus multi reperiuntur, quibus vel nullo modo, vel minus competenter proviſum eſt, quibuſcunque aliis non idoneis & minus ſufficientibus preferrentur, in aſſequendis eccleſiaſticis beneficiis, & officiis & prælaturis ſecularibus, &

regularibus eccleſiæ ſanctæ Dei, in qua Chriſtus dedit poteſtatem filios Dei fieri his qui non ex voluntate carnis, nec ex voluntate viri, ſed ex Deo nati ſunt: ſicut ſacrum beati Ioannis Evangelium atteſtatur. Et ceſſaret ex tunc forma pauperum, & ſpecialis forma proviſionum, quo ad omnes qui non eſſent, ſicut præmiſſum eſt, bene literati, vita probati, & in ætate legitima conſtituti.

TITULUS XLIV.

De quarto remedio contra ignorantiam Cleri, & negligentiam eruditionis.

REmedium aliud, contra cleri ignorantiam, poſſet adhiberi; ut omnes clerici non conjugati fugerent otioſitatem, quæ otioſas eſt radix omnium malorum: & ſemper aliquid boni facerent, ne diabolus, ſecundum doctrinam Hieronymi, eos non occupatos inveniret. Et quod ſecundum doctrinam Apoſtoli, quando divinis obſequiis non adeſſent, lectioni attenderent & doctrinæ, & ſemper permanerent in his. Quod etiam nulli conferretur prima tonſura, niſi competenter ſciret legere & cantare. Nec minores ordines, niſi ultra prædicta haberet majorem inſtructionem: & niſi haberet unde viveret, vel eſſet in ſcriptura, vel aliquo artificio honeſto taliter inſtructus, quòd inde vitam quærere ſibi poſſet: ſicut fuit ſtatutum in Concilio Carthaginen. Nam frequenter illi qui promoventur ad titulos ſecularium perſonarum vel beneficiorum, propter eorum demerita dictos titulos perdunt, & ſic mendicari & evagari co-

Otioſitas radix omnium malorum.

guntur. Et ſi omnes certi eſſent, quod aliter non poſſent pervenire ad clerum, omnes addiſcere, & eorum parentes & propinqui eis providere amplius conarentur: maximè ſi certi eſſent quod beneficia eccleſiaſtica aſſequi non valerent, niſi haberent ſufficientiam literarum, à quarum ſtudio & laborioſa inquiſitione retrahuntur, qui, præſidentium parentum & divitum favore, vident iuvenes inſufficientes & illiteratos provectioribus literatis & meritis propter ambitionem & deordinationem rectorum & prælatorum eccleſiæ indebitè anteferri. Et melius eſſet Domini ſacerdotium atque clerum, paucos ſufficientes habere miniſtros, qui poſſent dignè opus Dei exercere, quam multos & innumerabiles habere inutiles: qui ſecundum Clementem, grave onus & confuſionem inducunt eccleſiæ ſanctæ Dei.

TITULUS XLV.

De quinto remedio contra Cleri ignorantiam, & negligentiam eruditionis.

REmedium aliud poſſet eſſe contra negligentiam eruditionis & ignorantiam cleri, ut ſpecificaretur & declararetur, quæ ſcientia literarum, & quæ ſufficientia eſt in ſingulis gradibus, & ſtatibus eccleſiaſticis requirenda: & quod ſine ea nullus ad dictos gradus & ſtatus admitteretur. Et inſuper quod diverſitas gloſſarum, & ſcriptorum, quæ eſt in ſingulis facultatibus, quæ diverſitas & varietas cum multiplicitate & prolixitate ac ſimilitudine dictorum & recitatorum, ſtudentium ſenſus hebetat, tem-

pus & facultates conſumit, confuſionem & ignorantiam inducit; cum ex hoc textuum & originalium notitia condemnatur, reducerentur per certos Magiſtros in qualibet facultate approbatos & deputatos, reſecatis ſuperfluis, ſimilibus, & contrariis, ad compendium veritatis: quod compendium approbaretur per apoſtolicam ſedem. Et ſic ſcholares & magiſtri qui præ nimia paupertate dicta ſcripta habere non poſſunt, & quantum habent temporis in eis conſumunt, plus in quinque annis proficerent quam faciant nunc in decem. Et ordinaretur quod ſingula ſtudia reformarentur per locorum ordinarios & rectores & magiſtros, ita quod ſcholares vacarent ſcientiæ, & non vanitatibus & diſſolutionibus, pompis, conviviis, diſſentionibus, partialitatibus atque brigis. Non enim gerunt ſe communiter tanquam perſonæ eccleſiaſticæ, ſed potius tanquam ſeculares, vel pejus: & conantur plus expendere quàm poſſint, & quam expenderent in patria eorundem: & majores ſe oſtendere quam ſint de veritate, non tantum ſcientiæ, quantum de oſtenſionibus notoriis brocardiorum, & verborum foliis, curam gerentes, & vacui à ſcientia recedentes. Et multi indebitè efficiuntur Magiſtri, qui nondum formam diſcipuli didicerunt: & libros Facultatis in qua magiſtri ſunt, non legerunt: ſuper quibus eſſet omnibus providendum, & dicta ſtudia reformanda, & ad antiquum ſtatum, qui non erat pompoſus, nec ſumptuoſus, nec inordinatus, nec inquietus, ſolicitudine paterna, quæ conſilium capere debet pro liberis & eccleſiæ filiis, reducenda. Eſſet inſuper utile quod Concilia generalia

Digitized by Google

hactenus celebrata in ſingulis ſtudiis, & inſuper in omnibus cathedralibus & collegiatis eccleſiis haberentur, ut qui vellent poſſent habere copiam de eiſdem: & quod idem fieret de Canonibus pœnitentialibus & de aliis libris & ſcriptis utilibus pro ſalute & regimine animarum.

* Votum authoris non videtur ſanum, ut ex ſequentibus liquere videtur. Primò, quia doni Spiritusſancti reſtrictivum. Secundò, quia libertatis hominis ſublativum. Tertiò, quia ad deſidiam inductivum. Quartò, quia vix magiſtri poſſent reperiri qui hoc facere poſſent, & voto doctiorum ſatisfacere. Quinto, quia ſcripturæ à diebus authoris longe quam antea nobis fuerunt declaratæ, maximè civiles & canonicæ. Aliæ rationes poſſent adduci, quas non potuit ſcribere hîc Probus.

TITULUS XLVI.

De prima negligentia circa curam animarum: quia cauſas electionum Romana eccleſia ad ſe trahit: & eccleſiæ remanent viduatæ.

DE negligentia prælatorum, rectorum, curatorum & miniſtrorum eccleſiaſticorum, circa curam animarum commiſſarum eiſdem, circa quarum cuſtodiam attenti eſſe debent, ſicut dicitur in actibus apoſtolorum: quia ab eis grex qui ipſis datus & commiſſus eſt, pecus inclitum ſecundum Hieronymum, requiretur: & pro quo animam pro anima reddent, & ſe reddituros ſpondent etiam notorie: deprehenditu

& notatur in eccleſia ſancta Dei, quia manifeſte apparet quod eccleſia Romana cauſas electionum multis viis & remediis ad ſe trahit, & eccleſiæ remanent ex hoc longis temporibus viduatæ; gregemque Dominicum propter defectum paſtoris lupus rapax invadit: & eccleſiæ in earum juribus & facultatibus diſpendia gravia patiuntur, contra proviſionem Concilij generalis, quod volens in hoc periculis occurrere animarum & eccleſiarum indemnitatibus providere, ſtatuit ut ultra tres menſes cathedrales vel regulares eccleſiæ quando vacarent, non differretur electio: ne paſtore eccleſia eſſet deſtituta. Quæquidem proviſio quodammodo eſt inanis, cùm propter appellationem inanem & frivolam deductam ad Romanam curiam, per plures annos eccleſiæ remaneant viduatæ, & ſuis facultatibus ſpoliatæ, modica conſideratione de dicta cura habita animarum, & lites efficiuntur ibi quodammodo immortales.

TITULUS XLVII.

De ſecunda negligentia circa curam animarum: quia prælati & curati non reſident.

NEgligentia etiam circa curam dictarum animarum manifeſtè apparet: quia per Romanam eccleſiam abſque evidenti neceſſitate vel utilitate diſpenſatur cum multis, ut pluralitatem beneficiorum curatorum obtineant: Et quod non teneantur ad tempus valde longum reſidentiam facere perſonalem: & dictam curam habentes & etiam prælati abſque neceſſitate &

Invehit contra ſedem apoſtolicã multis ad multa beneficia diſ-

Digitized by Google

penſantem non ſubſiſtēte cauſa legitima.

utilitate prædictis, longis temporibus in Romana curia detinentur, & diverſis viis ab eccleſiis quæ eiſdem & eorum curæ commiſſæ ſunt, ſe abſentant. Nec ſervatur titulus de Clericis non reſiden. in eccleſia vel præbenda: nec etiam 54. cap. Concilij Agathen. in quo ſtatuitur, quod presbyteri & diaconi qui ultra tres hebdomadas ab Eccleſiis ſuis defuerint: & epiſcopi qui in eis in Epiphania, Paſcha, & Pentecoſt. non fuerint, ſuſpendantur. Non ſervatur etiam 38. cap. dicti Concilij Agathen. & alia jura in quibus præcipitur, quod dimiſſis curis & eccleſiis non debeant evagari. Non ſervantur etiam 14. & 15. cap. Sardicen. Concilij, continentia, quod epiſcopi in alienis provinciis non morentur: nec poſſeſſiones acquirant: nec penultimum capitulum ejuſdem concilij, nec 3. cap. Concil. Antiocheni: nec 20. cap. & 24. cap. Concilij Calcedonen. prohibentia ne dicti prælati ſe abſentent.

TITULUS XLVIII.

De tertia negligentia curæ animarum: quia inhabilibus committitur, qui eam exercere neſciunt.

NEgligentia contra dictam curam animarum manifeſte apparet: quia non ſolum curata beneficia & ſimplicia, verùm etiam duplicia, & quod deteſtabilius eſt, prælaturæ committuntur talibus, quod publicè & notorie propter defectum ætatis vel ſcientiæ, vel propter alia conſtat laicis & aliis, eſſe inhabiles ad cu-

Digitized by Google

tam hujuſmodi animarum de quarum perditione, licet pretioſiores ſint cunctis corporibus & corruptibus rebus, parum curari videtur: eo quod per generalem abuſum prælatorum eccleſiæ talibus committantur. Quibus non uſquequaque forſitan ſuffragatur, ſi per alios fieri faciant, quod tenentur perſonaliter facere per ſeipſos; cùm per virum proprium, & non alienum, cui copulatur eccleſia, habeat fœcundari. Hieremias namque dicit: conſtitui te ut evellas, ſcilicet vitia: & plantes, ſcilicet virtutes. Et in Ioan. dicitur, quod paſtor debet præcedere gregem, & oves vocem ejus audiunt. Et de Aaron dicitur in libro Sapient. quod ſtans inter vivos & mortuos reſtitit iræ Dei. Sicut enim ſpeculator ſecundum Bernardum, non debet eſſe cæcus; nec dux claudus: Sic nec præco, id eſt curatus, debet eſſe mutus. Præconis enim officium accipit, qui curam aſſumit animarum. Sicut Greg. in 15. capit. ſui paſtoralis exponit. Labia namque ejus cuſtodire debent ſcientiam: & ſubditi ejus legem ejus requirunt: quia eſt Angelus & nuntius Domini exercituum, ſicut Malachias dicit; quem per Eſaiam Dominus admonet dicens: Clama, ne ceſſes; quaſi tuba exalta vocem tuam, & annuntia populo meo ſcelera eorum, & domui Iacob peccata eorum. Tales inhabiles non clamant, nec prædicant, nec populis eorum ſcelera annuntiant, nec confeſſiones audiunt, nec de cura animarum ſe in aliquo intromittunt: ſed duntaxat de redditibus percipiendis, ſacculum pecuniæ ſecum ferentes, in die plenæ lunæ, id eſt, quando redditus colligendi ſunt, reverſuri. Sicut dicitur per Salomonem de

Præco non ſit mutus, nec dux claudus, nec ſpeculator cæcus.

Digitized by Google

alio qui vir eſt: cui curatus propter fœcundationem & fidem æquiparatur in figura.

Titulus XLIX.

De quarta negligentia circa curam animarum: quod publicè peccatores nullo modo vel inſufficienter puniuntur, nec publicè evitantur, nec eorum oblationes reſpuuntur: & quòd pœnæ pecuniariæ converterentur in pios uſus.

NEgligentia etiam prædicta circa curam animarum apparet: quia publici peccatores ſecundum doctrinam apoſtoli dicentis ad Timotheum: peccantem coram omnibus argue, ut cæteri metum habeant, non puniuntur: nec admonitio Chriſti adimpletur dicentis, ut peccantes primo ſecrete: ſecundò, duobus vel tribus teſtibus adhibitis arguantur. Et ſi emendare contempſerint, tamquam Ethnici, & publicani evitentur. Hieronymus autem exponens illud Numer. quod uno peccante ira Dei ſuper omnem populum venit, dicit quòd hoc accidit quando ſacerdotes qui populo præſunt, erga delinquentes benivoli videri volunt, & verentes pœnitentium linguas, ne forte de eis male loquantur, ſacerdotalis ſeveritatis immemores. Ex tali autem injuſta miſericordia in diſcrimen alij adducuntur: & ſicut ex una ove morbida, univerſus grex inficitur; ſic etiam uno fornicante, vel aliud quodcunque ſcelus committente, plebs polluitur univerſa. Unde ſecundum Hieronym. ſecandæ ſunt pu-

Vno peccãte ira Dei ſuper omnes venit.

tridæ carnes, & ſcabioſa à caulis ovis repellenda eſt, ne tota domus, maſſa, corpus & pecora ardeant, corrumpantur, putreſcant, & intereant. Adulteri enim & peccatores publici per curatos & prælatos non evitantur, quod eſt contra jura. Nam in 48. capit. Concilij Elibertani fuit conſtitutum, quod ſi quis fidelis habens uxorem, non ſemel ſed ſæpe mœchatus fuiſſet, ei communio non daretur. Ex ſecundum Auguſt. de adulter. conjuga. magis puniendi ſunt viri adulteri quam uxores adulteræ, pro eo quod magis ad eos pertinet & virtute vincere & exemplo fœminas regere: nec ſervantur à dictis prælatis & curatis jura continentia, quod oblationes talium publice peccantium non recipiantur, licet in 83. cap. Concilij Carthaginen. ſtatutum ſit, quod oblationes diſcordantium fratrum neque in ſacrario neque in gazophilacio recipiantur: & ſimiliter dona eorum qui pauperes opprimunt, à ſacerdotibus refutentur. Et idem ſtatuit Nicolaus Papa de reſpuendis oblationibus ſacrilegorum & invaſorum & deprædatorum rerum eccleſiaſticarum. Idem etiam ſcripſit Auguſt. in 1. epiſtol. ad Bonifacium cap. 1. de reſpuendis oblationibus ſacrilegorum & invaſorum & deprædatorum rerum eccleſiaſticarum. Idem etiam ſcripſit Auguſt. in 1. epiſt. ad Bonifacium cap. 1. de reſpuendis oblationibus illius qui per violentiam de eccleſia ſervum extraxerat qui fugerat ad eandem. Et ad Macedon. ſcripſit idem de offic. qui contra jus ſocietatis humanæ furtis, rapinis, calumniis, invaſionibus & oppreſſionibus, aliqua abſtulerunt, quæ Zachæi publicani exemplo reddenda ſunt potius

Adulteri magis quam adulteræ puniantur.

Digitized by Google

quam donanda. Indecens namque videtur ſecundum prædictum Auguſt. quod oblationes recipiantur à talibus : & à publicis uſurariis, aleatoribus, hiſtrionibus, ſimoniacis, lenonibus, meretricibus, & conſimilibus. Videretur eſſe remedium congruum, quod jura hujuſmodi ſervarentur, ut rubore ſuffuſi ad ſinum & gremium ſanctæ matris eccleſiæ facilius & citius converterentur: cum hæc cauſa reddatur propter quam excommunicati vitari jubentur. Qualiter autem talis negligentia correctionis in prælatis & ſuperioribus eorundem mortale peccatum inducat: & eis propter dictam negligentiam correctionis ſubditorum mala imputentur, cùm ex negligentia videantur ea fovere: tactum ſupra in fine tituli de tertio modo reformationis eccleſiæ.

Oblationes à quibus non debent recipi.

Alia negligentia correctionis eſt: quia gravia & graviſſima delicta & ſcelera per perſonas eccleſiaſticas perpetrata, quando ea puniri contingit, puniuntur in pecunia: cùm deberent talia perpetrantes, perpetuo carceri mancipari.

Et hoc ſecundum Hieronymum, eſt in eccleſia Dei afferre ſtateras doloſas, in quibus pro arbitrio modo appendimus quod volumus: dicentes, hoc grave eſt, & hoc leve: cum tamen hoc quod ſceleratius eſt commiſſum, deberet eſſe gravius vindicatum. Remedium autem eſſe videretur quod pœnæ pecuniariæ quæ ab eccleſia pro criminibus & perſonis eccleſiaſticis recipiuntur, converterentur in pios uſus, ſicut tradunt aliqui Doctores eſſe faciendum de jure.

Pecuniariæ pœnæ ad pios uſus cõvertantur.

Digitized by Google

TITULUS L.

De prima negligentia prælatorum & curatorum eccleſiaſticorum circa eccleſiaſticum officium & cultum divinum.

HÆc negligentia nimis manifeſte apparet in clero, tam in capite, quàm in membris: & utinam non verificetur verbum de clero Eſaiæ dicentis: populus hic labiis me honorat, cor autem eorum longè eſt à me. Et illud quod in Machabæis ſcribitur, de his qui contempto templo, & ſacrificiis, feſtinabant participes fieri paleſtræ: hoc eſt, vanitatum, & occupationum ſecularium. Nonne notorius eſt abuſus communiter prælatorum, qui propter curam temporalium obmittunt curam ſpiritualium, & ſolemnitatem divinorum officiorum, proviſionem Anacleti Papæ non ſervantes, qui ſtatuit, quod quia ipſi epiſcopi, univerſique ſacerdotes, ad ſolam laudem Dei, bonorumque operum occaſionem conſtituuntur, tam pro ſuis, quàm etiam eccleſiaſticis actionibus, advocatos & œconomos bonæ opinionis haberent, ne dum humana lucra attendunt, æterna præmia perderent? Apoſtolus ſcribit, quod nemo militans Deo, ſe implicet negotiis ſecularibus: propter quod fuit in canonibus apoſtolorũ, & in ſacris Conciliis Carthaginen. & in aliis, & à multis Romanis Pontificibus conſtitutum, quod prælati & cæteræ perſonæ eccleſiaſticæ non immiſcerent ſe negotiis, placitis, curis & actionibus ſecularibus: ſed divinis officiis, orationibus & ſacrificiis deſervi-

Labiis populus Deum honorat, & cor à Deo lõgè eſt.

Abuſus notorius prælatorum hic ponitur.

Quibus debẽt ſe immiſcere & non immiſcere clerici.

rent,quod tamen minime obſervatur. In quarto Concilio Carthaginenſi, 14. & 15. cc. & ſequenti extitit conſtitutum,quod epiſcopi hoſpitiolum non longe ab eccleſia haberent, ut divinis congrue vacare poſſent: quod minime obſervatur, cum unuſquiſque maneria ſua, & caſtra, & loca remota exquirant,etiam aliquando in provinciis alienis, contra prohibitionem 14. & 15. cap. Concilij Sardicenſis. In quinto etiam cap. quinti Concilij Carthaginenſis fuit conſtitutum, ut nulli epiſcopo eſſet facultas, relicta cathedrali eccleſia, ad aliquam eccleſiam ſuæ diœceſis ſe conferre, & in ea, vel in re propria diutius immorari, ne ex hoc curam vel frequentationem propriæ cathedræ negligeret. Et in 15. & 16. capitulis Nicænæ Synodi ex eadem cauſa exſtitit conſtitutum, quòd epiſcopi & reliqui clerici de civitate ad civitatem non migarent. Et Gregorius ſtatuit, quod epiſcopus deputaretur in monaſterio, qui in ſua eccleſia contemneret reſidedere. Ex ea etiam cauſa fuit in 20. cap. tertij Concilij Carthaginenſis conſtitutum,quod epiſcopi ſine licentia Metropolitani longius non proficiſcerentur. Ex eadem etiam cauſa proceſſit ordinatio Concilij Agathenſis ſeptuageſimiprimi capituli, quòd dicti epiſcopi, curati & clerici in diebus ſolennibus, ſcilicet nativitate Domini, epiphania, paſcha, pentecoſte, ſe à clero & ab eccleſia non abſentarent. Et conſtitutio Gelaſij Papæ, quod ſine authoritate Papali vel Concilij provincialis ad comitatus regales non accederent. Et illud ultimi capituli Concilij Aurelian. in quo ſtatuitur, quòd diebus dominicis, ſi infirmitate impediti non fuerint, ec-

Epiſcopi ubi debeant morari.

Digitized by Google

cleſiæ cui proximi fuerint, deeſſe non debent, & conſimilia. Pauci etiam ſunt ex dictis prælatis & ſuperioribus eorundem, qui ad officium cum ſolemnitate & abſque occupatione & interpellatione dicendum & audiendum inſiſtant, ſed aliis occupationibus: & aliquando ſine nota, indevotè & ſincopativè dicitur & minus competenter.

Titulus LI.

De ſecunda negligentia canonicorum & aliorum, qui officio non interſunt: vel ſi interſunt, confabulantur, aut per eccleſiam diſcurrunt.

De negligentia verò ſecunda canonicorum & aliorum in cathedralibus & collegiatis eccleſiis deſervientium notoria ſunt exempla. Nam pauci ex eis ad Matutinum, vel ad Horas, niſi magnum emolumentum temporale & magnas diſtributiones, & manualia percepturi ſunt, conveniunt, alias non venturi: ſed in locis ſuis & domibus remanſuri. Nec ſufficienter conſtitutiones ſerventur, nec 34. cap. Concilij Aurelianen. in quo cavetur, quod tales clerici qui officio adeſſe contemnunt, epiſcopi arbitrio recipiant eccleſiaſticam diſciplinam. Et idem à Papa Pelagio extitit conſtitutum. In 21. autem cap. Concilij Elibertani cavetur, quod ſi quis in civitate poſitus, per tres dominicas ad eccleſiam non acceſſerit, quod pauco tempore abſtineatur, cauſa correctionis: & conſimile in canonibus apoſtolorum extitit conſtitutum. Prædicti etiam canonici & perſonæ eccleſiaſticæ, dum divina officia peraguntur, frequenter con-

Attendant hic canonici noſtri temporis.

Digitized by Google

ſabulantur ad invicem, vel dormiunt, vel officium turbant divinum. Aliqui vero eorundem de choro (dum divina peraguntur officia) exeuntes per eccleſiam ambulant, ne diſtributionibus defrauderentur, virorum & mulierum ſe confabulationibus, jocis, riſibus, & applauſibus immiſcentes. Alij verò quanquam exiſtant presbyteri, & à prædictis illicitis ſe abſtineant, tamen vix Miſſarum ſolemnia quater in anno celebrant: nec contra præmiſſa ſufficit nec proficit proviſio Concilij generalis, in quo ſub pœna ſuſpenſionis inhibita ſunt ſupradicta. Quare opus eſſet de aliis remediis provideri, & declarari, quod diſtributiones quotidianas non reciperent, ſi perſonaliter intra chorum celebrando officio non adeſſent. Et poſſet ordinari, quod poſſeſſiones quæ in diverſis locis dantur abſentibus in ſtudio non reſidentibus, ſed ex alia cauſa illegitima abſentibus, diſtribuerentur inter præſentes, qui divino obſequio intereſſent.

Contra non celebrantes.

Qualiter tertiò Principes & populus negligunt officium; quia vident negligi à prælatis & clericis, cùm tamen ex integro audire divina officia teneantur.

EX prædictis autem inſolentiis & negligentia circa divinum officium in principibus & populis inſtructio derivatur. Nam multi ex dictis principibus dum Miſſarum ſolemnia ſibi faciunt celebrari, quaſi continuè pro aliis negotiis audientiam præſtant, vel circa alia vacant,

Digitized by Google

cant, ad officium non intendentes: nec orationibus inſiſtentes. Nonnulli ex nobilibus, potentibus & aliis popularibus, ad eccleſiam duntaxat conveniunt, dum eſt corporis Chriſti elevatio facienda; & elevatione facta feſtinantèr recedunt: & vix dicunt intra Eccleſiam, Pater noſter.

Vnde videretur ſuper hoc providendum, ut ſolùm ea quæ ſuper hoc hactenus conſtituta ſunt ſervarentur. Fuit autem ſtatutum in Concilio Agathen. c. 47. & præceptum ſecularibus, ut in diebus dominicis Miſſas per ordinem ex integro audirent: ita ut ante benedictionem ſacerdotis egredi non præſumerent. Et ſi contrarium facerent, quòd publice ab epiſcopo confunderentur. In canonibus apoſtolorum fuit conſtitutum, quod omnes fideles in ſolennitatibus ad eccleſiam convenirent: & ſcripturas apoſtolorum & Evangelium audirent. Qui autem non perſeverarent quouſque Miſſa perageretur, nec ſanctam communionem perciperent, velut inquietudines eccleſiæ commoventes, communione privarentur. In 4. Concilij Carthaginen. c. 84. & 88. fuit ſtatutum, quod dictus populus ad eccleſiam conveniret, & quod ille qui, ſacerdote verbum in eccleſia faciente, egrederetur, excommunicaretur. In Concilio Aurel. fuit conſtitutum in c. 21. quod populus non diſcederet antequam Miſſa ex integro celebraretur, & antequam benedictionem Miſſa completa recepiſſet à ſacerdote, ſi tempus deeſſet: & in 88. 4. Concilij Carthagin. fuit ſtatutum, quod excommunicaretur qui prætermiſſo eccleſiæ conventu ad ſpectacula iret.

Miſſa ex integro audiatur à Laicis.

TITULUS LIII.

De quarta negligentia circa divinum officium: quia feſta non coluntur, & pejora quàm diebus aliis committuntur.

NEgligitur inſuper divinum officium, ejuſque cultus: quia dies feſtivi & dominici ſicut jura præcipiunt, non coluntur nec ſervantur: quinimmo placita judicaria, opera ruſticana & mundana, & mercata fiunt, & tenentur in eis: contra præcepta Decalogi, in quibus præcipitur, Memento ſanctificare ſabbatum: & etiam contra jura quæ ſuper hoc non ſervantur. Et interdum in dictis diebus dominicis & feſtivis plura perpetrantur mala quam fiant tota Hebdomada: nec populus videtur curare de divinis, ſed de cantibus, jocis, ballis, tripudiis, & cantilenis inhoneſtis, & turpibus: etiam intra eccleſias, & cemiteria earumdem, de die & de nocte prædictis vanitatibus inſiſtendo. Nec ſervatur c. ult. 3. Concilij Toletani, in quo ſtatutum fuit, quod prædicta irreligioſa conſuetudo ſecundum quam vulgus, qui deberet ad divina officia convenire, prædictis ſaltationibus & cantationibus intendit, à ſingulis provinciis pelleretur. Non ſervatur etiam 18. cap. Concil. Agaten. in quo ſtatutum fuit, quod ſeculares qui in natali Domini, Paſcha, & Pentecoſte, non communicarent, Catholici non crederentur, nec inter Catholicos haberentur. Nec ordinatio Fabiani Papæ, in qua ſtatutum fuit, quod ſaltem ter communicarent in anno: nec etiam 13. cap.

Irreligioſa cõſuetudo pellatur.

Digitized by Google

primi Concilij Toletan. in quo illi qui eccleſiam colunt, & non communicant ſtatutis temporibus, excommunicari jubentur.

TITULUS LIV.

De quinta negligentia circa officium: & ut diſtinctè horis competentibus ſine motetis dicatur: & quod nimis prolixum abbrevietur.

Alia negligentia circa divinum officium eſt: quia in eccleſiis parochialibus potiſſimè, nõ dicitur competentibus horis, nec diſtinctè, nec intelligibiliter, ſed cum barbariſimis & ſolæciſmis, ſicut Auguſt. in lib. de Cathechizandis rudibus, ait: Sed utinam excuſari poſſent cum eodem Auguſtino tales, ut univerſi cognoſcerent eos magis morum devitare vitia quam verborum: ut ſic cordi caſto linguam exercitatã non præferrent. Nam ſæpe, ſicut ait Gregor. dum in ſacro miſterio blanda vox quęritur, congrua vita negligitur: & cantor Deum moribus ſtimulat, cum populum vocibus delectat. Cantatur namque in eccleſia frequenter, ut miſceantur divinis officiis moteti & cantilenæ inhoneſtæ, & cantus laſcivi. Et contra doctrinam Hieronymi ſuper epiſt. ad Epheſios, guttur & fauces, more cantorum tragœdiarum, medicamine liniunt: ut in eccleſia, in divinis officiis eorum blanda voce theatrales moduli audiantur & cantica. In quibuſdam etiam eccleſiis cathedralibus regularium & ſecularium perſonarum, ſecundum dictum Hieron. non mediocriter erratur; & mediocre bonum magno bono præfertur ex nimiis vigi-

Prolixitas in eccleſia damnatur.

Digitized by Google

liis, quæ in ipſis eccleſiis propter prolixitatem lectionum, cantuum & aliorum divinorum fiunt. Talia facientes & officium continuantes, ſenſus integritatem amittunt: & propter immoderatam atque indiſcretam pſalmorum vel officiorum decantationem, aut amentiæ, aut triſtitiæ, aut melancholiæ vota incurrunt, ac ſi Deus ut homo verborum multitudine flecti poſſet, aut tantum verbis, & non corde orandus eſſet Deus. Quapropter ſecundum eundem Hieron. melior eſt quinque pſalmorum decantatio cum cordis puritate ac ſerenitate & ſpirituali hilaritate, quàm pſalterij modulatio cum anxietate cordis atque triſtitia. Remedium igitur in præmiſſis eſſet per contrarium apponendum.

Verborũ multitudo reprobatur.

TITULUS LV.

Quod officium Romanæ eccleſiæ ubique dicatur: & quod dicendum ſit probatur.

Et inſuper quod officium eccleſiaſticum uniformiter in tota eccleſia Dei diceretur, ſicut dicitur in eccleſia Romana: cujus conſuetudo eſſet ab omnibus in hoc obſervanda, cùm debeat eſſe omnibus in ſpeculum & exemplum: nec alterius eccleſiæ quàm Romanæ in conſecrandis miſteriis, & arcanis agendis, conſuetudo conſervanda ſit: cum id quod à beato Petro principe apoſtolorum Romanæ eccleſiæ traditum eſt, ac nuncuſque cuſtoditur, ab omnibus debeat obſervari: nec perduci aut introduci aliquid quod authoritatem debeat aliundè accipere vel exemplum. Præſertim eum ſit manifeſtum in omnem

Eccleſia Romana ſequenda eſt.

Digitized by Google

Italiam, & Galliam, & Hiſpaniam, & Affricam atque Siciliam, & inſulas interjacentes, nullum inſtituiſſe eccleſias, niſi eos quos venerabilis apoſtolus Petrus aut ſucceſſores ejus conſtituerunt ſacerdotes: nec in prædictis Provinciis alius apoſtolus invenitur aut legitur docuiſſe. Propter quæ Innocentius Papa in decretis Decentio epiſcopo ſcribens, infert: quod oportet eos ſequi in præmiſſis, hoc quod eccleſia Romana cuſtodit, à qua principium eos non eſt dubium aſſumpſiſſe: nedum peregrinis ſermonibus ſtudeant, caput inſtitutionis perdere videantur.

TITULUS LVI.

Quod in quacunque provincia officium uniformiter eſt dicendum, & etiam in eodem regno: & à regularibus ſicut à ſecularibus: & de utilitate conſecuta ex conformitate officij.

HActenus autem ſtatutum fuit in primo cap. Concilij Gerunden. quod ſicut in metropolitana eccleſia officium agitur, ita in tota provincia, tam ipſius Miſſæ ordo, quàm pſallendi vel miniſtrandi conſuetudo ſervaretur. Et hoc idem fuit in 4. cap. 11. Concil. Toletani conſtitutum, quod capitulum ponitur in decretis, & ab habilibus & aliis regularibus etiam præcipitur obſervari. In ſecundo etiam cap. 4. Concilij Toletani dicitur, quod nulla pene res magis diſciplinæ mores ab eccleſia Chriſti depulit, quam inordinata diverſitas officij, quæ apud carnales ſchiſmatis errorem videretur oſtendere: & multis eſt materia ſcandalorum. Unde qui in una fide & in

Diverſitas officij reprobatur.

Digitized by Google

uno regno morantur, unum officium in dicto Concilio dicere præcipiuntur. Et ad idem concordat ſtatutũ Concilij Brachar. continens: quod unus atque idem ordo pſallendi in Matutinis & divinis officiis teneatur. Si igitur prædicta remedia & idem pſallendi ordo ſervaretur, univerſalis ex hoc ordinatio & utilitas miniſtrantium in Dei eccleſia ſequeretur, & illi qui in una eccleſia eſſent bene inſtructi in divinis officiis, eſſent ubicumque inſtructi: & poſſent ubicumque collocari. Nam cum diverſæ eccleſiæ diverſas habeant in divinis officiis obſervationes, & difficile ſit in expertos, ſicut Greg. Fortunato epiſcopo ſcripſit, hominum obſequiis aſſociari, & gravius ad Dei ſervitium applicari, illi qui nunc ſunt apti & experti in diviuis officiis in una eccleſia, ſunt inhabiles & inexperti in alia, à qua ſi receſſerint, mendicari coguntur.

Sequerentur etiam ex prædicta ordinatione, multa alia bona, licet magna librorum exinde perditio ſequeretur: & aliqui Sancti de quorum veneratione per univerſum orbem fit memoria, & in Romana curia eorum non habetur notitia, fortè non venerarentur per diverſas nationes, ſicut nunc venerantur: & poſſet inde referveſcere laicorum devotio, niſi provideretur de remedio competenti circa perditionem librorum in qua poſſet proſpici faciendo rubricas generales de omnibus quæ ad officium eccleſiaſticum ſpectant, ita quòd pſalmi & alia quæ uniformiter ſunt, uniformiter dicerentur: in his autem in quibus, difformitas, ſicut in lectionibus, antiphonis, & reſponſoriis, unum de una materia vel hiſtoria, juxta eccleſiarum conſuetudinem pro alio

dici poſſet. Et ſecundum hoc cum paucis additamentis, eccleſiaſticorum librorum deperditio vitaretur.

Titulus LVII.

Quod Regulares relinqui poſſent ceremoniis ſuis quoad Officium divinum.

SI etiam Regulares qui circa officium magis inſiſtere habent, ex præmiſſis gravarentur, poſſent relinqui ritibus & ceremoniis ſuis, cùm ſicut Nicolaus Michaëli Imperatori ſcribit: Sancta Romana ſciat eccleſia, quod nihil obſunt ſaluti credentium diverſæ pro loco & tempore conſuetudines, ſi illis canonica non obſiſtat authoritas, pro qua eis obviare debemus. Et ſecundum Hieron. ad Lucianum, Traditiones eccleſiæ præſertim quæ fidei non officiunt, ſicut à majoribus fuerunt traditæ, ſunt ſervandæ: nec aliquorum conſuetudines, aliorum contrario more ſubverti debeant. Greg. Auguſt. Anglorum epiſcopo ſcribit, placere eidem quod ipſe Auguſt. ſive in Romana, ſive in Gallicorum, ſiue in qualibet eccleſia invenerit, quod plus omnipotenti Deo poſſit placere eligat, & hæc quaſi in faſciculum collecta in Anglorum eccleſia, quæ in fide novella erat, inſtituat. Et ſecundum Aug. ad Januarium, Quod neque contra fidem, neque contra bonos mores eſſe committitur, indifferenter habendum eſt, & pro eorum inter quos vivitur ſocietate ſervandum. Et mos cujuſlibet eccleſiæ obſervandus, ne inde ſcandalum ſubſequatur. Quod tamen Gratianus intelligit de illa conſuetudine, quæ vel univerſalis eccleſiæ vel

Digitized by Google

temporum prolixitate roboratur: quia ſi pro varietate temporum vel locorum, vel aliorum variæ conſuetudines indu ntur, inventa opportunitate, reſecandæ ſunt potius quam ſervandæ. In quo etiam Auguſt. ad inquiſitores Ianuarij ſcribens, concordat pro eo; quia quamvis inveniri non poſſit, quomodo contra fidem ſint, ipſam tamen religionem confundunt, quam in pauciſſimis & manifeſtiſſimis celebrationum ſacramentis, miſericordia Dei voluit eſſe liberam.

TITULUS LVIII.

De ſexta negligentia circa cultum divinum in defectu ornamentorum, & ſine eis deſervientium.

ALia negligentia ſecundum cultum divinum eſt in eccleſiaſticis ornamentis: quia in multis eccleſiis parochialibus, & maximè in pertinentibus ad præſentationem, collationem vel diſpoſitionem religioſorum exemptorum, eſt generalis defectus veſtium & indumentorum ſacerdotalium, miniſtrorum eccleſiaſticorum, necnon & librorum, calicum & aliorum ornamentorum eccleſiaſticorum. Et in aliquibus aliis eccleſiis ſunt ita vilia & ſordida veſtimenta, quod abominationem inducunt. In nonnullis verò eccleſiis celebraturi presbyteri deſuper tunicam vel ſupertunicale, aut tabardum in conſpectu populi abſque rocheto ſeu camiſia Romana, veſtes ſacerdotales apponunt. In aliis ſacerdotibus miniſtrantes, & in eccleſiis deſervientes ſuperlicium non deferunt, nec habitum clericalem. Et in aliquibus Religionibus laici converſi ſacerdotibus ſerviunt: & in generali confeſſione quæ ante in-

Digitized by Google

troitum Miſſæ fit à ſacerdote, dicti laici & cleri- culi, & pueri more alterius ſacerdotis preſbytero celebranti reſpondent, & quodammodo abſol- vunt eundem à peccatis generaliter confeſſatis, etſi nequaquam habeant poteſtatem. Cum ita- que ſecundum doctrinam Apoſtoli ad Corinth. & ad Titum: Sacerdotem oporteat eſſe ornatum. Et in veteri teſtamento: Sacerdotes Dei & mi- niſtri templi ex præceptis Domini variis veſtibus & ornamentis, ſine quibus officium ſuum exequi non audebant, legantur fuiſſe ornati; quod de ex- teriori etiam ornatu, non ſolùm de ornatu virtu- tum intelligendum eſt, ſecundum Hieronym. & ſecundum eundem tales ſordes laudes non pa- rant. Et beatus Ioannes in Apocalyp. deſcribat contra præfatos defectus ornamentorum & abſ- que ornamentis deſervientes. Eſſet de contrariis remediis providendum, cùm ſicut Greg. 10. ait, deceat domum Domini ſanctitudo, deceat ut cujus factus eſt in pace locus ejus, ſit cultus cum debita veneratione pacificus. Quæ conſtitutio Gregor. quanquam ſancta & utilis, non ſervatur.

Miniſtrans preſbytero in altari ſit preſbyter.

TITULUS LIX.

De ſeptima negligentia: quia laici & inſacrati homines Reliquias, & Deo dicata ornamenta contingunt, & ſacrarium intrant, & Cruces portant.

ALia eſt negligentia circa divinum obſe- quium atque cultum: quia prælati permit- tunt, quod reliquiæ Sanctorum teneantur à lai- co, & etiam oſtendantur, Cruces & thuribula portentur, & alia ad cultum divinum pertinen-

Digitized by Google

tia, fiant per dictos laicos, quæ pertinent ad officium clericorum. Nec ſervantur jura nec remedia contra hæc hactenus conſtituta, ſecundum quæ conſtitutum fuit in 66. cap. Concilij Agathen. quod inſacrati miniſtri licentiam non haberent ingrediendi ſacrarium, quod Græci diaconium appellant. Et quod vaſa dominica non contingerent. Et idem ſtatutum fuit in Concil. Laodi. & in 1. Concil. Bracha. & in Concil. Martini Pap. & in Concil. Maguntino, in quo etiam fuit ſuperadditum, quod dicti laici ſecus altare ſtare vel ſedere, inter clericos non præſumerent, quando myſteria celebrantur. Item ſtatuit Sixtus Pap. cauſam dictæ conſtitutionis aſſignans, ut pro talibus præſumptionibus iratus Dominus, plagam populo ſuo imponat, & hi qui non peccaverunt, pereant: quia perit ſæpe juſtus pro impio. Et Stephan. Pap. ait, Verendum eſſe, ne ultio quæ Baltaſar percuſſit, ſuper trãſgredientes veniat, & corruere ad ima faciat. A talibus exemplum Ozeæ, qui morte ſubitanea interit, quia manum ad arcam Domini appoſuit, eſt plurimum formidandum.

Non ſolùm autem prædicta laicis prohibentur, verum etiam clericis in majoribus ordinibus conſtitutis. Nam fuit conſtitutum in Concilio Brachar. & in 43. & 5. cap. 3. Concil. Brachar. quod non liceret cuilibet ex lectoribus ſacra altaris vaſa portare, nec aliis niſi illis qui ab epiſcopo ſubdiaconi fuiſſent ordinati: quodque dicti lectores non ingrederentur ſacrarium, nec pſallerent in eccleſia exiſtentes in habitu ſeculari.

Digitized by Google

TITULUS LX.

De negligentia circa reparationem eccleſiarum & luminarium.

ALia verò negligentia dictorum prælatorum & curatorum eſt circa reparationem eccleſiarum: quia eas non faciunt reparari, nec luminaria debita in eccleſiis, dum divina peraguntur officia, fieri. Nec in aliquibus eccleſiis & monaſteriis potiſſimè religioſorum ad elevationem corporis Chriſti, tortitia accenduntur, nec campanella pulſatur, ſicut eſt debitum, & in eccleſia fieri conſuetum. Dicti etiam prælati ac curati ad prædicta onera reparationis eccleſiarum, luminaria tenenda, & ſartatecta reſtituenda frequenter contribuere nolunt, contra conſtitutionem Concil. generalis: quanquam tertia pars reddituum pro reparatione, luminadibus & ſartis tectis prædictis in Bracharen. Milevitano, & Toletano Concil. & à Gelaſio, Simplicio, & Gregor. Rom. Pontificibus extitit deputata. Super quibus eſſet de remedio executionis debitæ providendum.

TITULUS LXI.

De negligentia circa defenſionem eccleſiaſticorum jurium, & ſubditorum.

ALia negligentia dictorum prælatorum & curatorum eſt, quia multi ex eis jura eccleſiaſtica dignitatum & beneficiorum, quæ obtinent non defendunt: nec etiam ſubditos eorum contra tyrannos, nobiles, & potẽtes opprimentes eoſdem, in eorum laudibus gloriantes. Contra

quos Anacletus Pap. cunctis fidelibus ſcribit, quod nihil eſt illo paſtore miſerius, qui luporum, id eſt tyrannorum laudibus gloriatur: quibus ſi placere noluerit, erit hinc omnibus magna pernicies: quia nullus paſtor placere lupis & gregibus ovium poteſt. Tales juxta Veritatis vocem in Joanne, nequaquam gregis cuſtodiæ paſtorum ſtudio, ſed mercenariorum vice deſerviunt: quia veniente lupo, fugiunt, dum ſub ſilentio ſe abcondunt. Quos per Eſaiam Dominus increpat dicens, Canes muti non valentes latrare. De talibus etiam in Ezechiele conqueritur Dominus dicens, Non aſcendiſtis ex adverſo, neque oppoſuiſtis murum pro domo Iſrael, ut ſtaretis in prælio in die Domini. Quæ verba Gregor. in 15. ſui paſtoralis exponens ait: Ex adverſo aſcendere, eſt pro defenſione gregis libera voce hujuſmodi poteſtatibus contraire. Et, in die Domini in prælio ſtare, eſt pravis decertantibus ex juſtitiæ amore reſiſtere. Paſtores enim recta timuiſſe dicere, quid eſt aliud quam tacendo terga præbuiſſe? Quod nimirum ſi pro grege ſe objicit, murum pro domo Iſraël ſe hoſtibus opponit. Prædicta autem beatus Thomas martyr obſervans, in cælis extitit coronatus. Beatus Ambroſ. de ſe ſcribit, Libenter pro altaribus immolabo, non me vallabo circuncißione populorum, nec altaria tenebo vitam obſecrans.

Lupis & gregibus placere nõ poſſe.

Contra prælatos eccleſiam non defendentes.

Et hæc non ſolùm tangunt prælatos ſuperiores, qui ſecundum Anaſtaſium Papam aliis prælatis & curatis inferioribus defenſionis propriæ auxilio deſolatis, & qui pro debilitate & impotentia eorum ſuis ſubditorum & eccleſiarum ſuarum actibus & juribus defendendis prodeſſe non poſ-

Digitized by Google

ſunt, deberent forti brachio ſubvenire. Nam quia hoc non faciunt, quinimo multis principibus, dominis temporalibus & laicis eccleſiam & eccleſiaſtica bona, & jura ac ſubditos opprimentibus & turbantibus favent, & eis decimas & primitias & multas gratias concedunt, deſtituitur eccleſia, perditur devotio ſubditorum, eccleſiaſtica jura depereunt. Et cùm ipſas eccleſias & eccleſiaſticas perſonas gravet Romana eccleſia, & aggravantibus faveat, nervus diſrumpitur eccleſiaſticæ diſciplinæ. Nec oportet exempla ſuper præmiſſis longè quærere, cùm reperiantur de prope quodammodo & ubique.

TITULUS LXII.

De negligentia prælatorum & beneficiatorum circa diſpenſationem proventuum eccleſiaſticorum, & circa hoſpitalitatem.

EST & alia negligentia multùm periculoſa in clero univerſo circa diſpenſationem & diſtributionem eccleſiaſticorum proventuum, quorum procurationem quodammodo gerunt: cum dicti proventus ſint & eſſe debeant pauperum, ſicut in 23. epiſtola Auguſtini ad Bonifacium comitem de differentia Arrianorum & Donatiſtarum, cujus pars in decretis eſt, continetur. Ad quos concordat beatus Ambroſius dicens, quod omnia ſua, pauperum ſunt. Et Hieronym. Damaſo Papæ ſcribit, quod quicquid habent clerici, pauperum eſt: & domus illorum omnibus debent eſſe communes: & quod ipſi clerici ſuſceptioni peregrinorum, & hoſpitio invigilare & ſtudere debent.

Digitized by Google

Quatuor partes de bonis eccleſiæ olim fiebant.

Et ſecundum Concilia antiqua & canones, quatuor de redditibus & oblationibus deberent fieri portiones, quarum una eſſet pontificis, altera clericorum, alia fabricæ, & alia pauperum. Quibuſquidem pauperibus, pars hujuſmodi non diſtribuitur ut deberet : licet Ambroſius exponens id quod in Luca ſcriptum eſt, dicat : Neque enim minus eſt criminis, cùm quis poſſit & abundet, indigentibus denegare, quàm habentibus tollere: ſubdens : Eſurientum panis eſt quem tu detines, nudorum indumentum eſt quod tu recludis, & miſerorum redemptio eſt & abſolutio pecunia, quam tu in terra defodis. Tantorum ergo te ſcias invadere bona, quātis poſſis præſtare quod velis.

Hoſpitalitas hic commendatur.

Apoſtolus in apoſtolica regula de promovendis dicit, quod hoſpitalem oportet eſſe ſacerdotem : cujus rationem Gratianus aſſignat, ne videlicet ipſe ſacerdos & beneficiatus ſit in numero eorum quibus in judicio dicitur, Hoſpes eram, & non ſuſcepiſtis me. Non poteſt eſſe hortator hoſpitalitatis, qui domum propriam hoſpitibus claudit. Debet autem ad memoriam revocare quomodo Abraham, & Loth, per hoſpitalitatis opera Deo placere, & angelos hoſpitio recipere meruerunt. Quomodo angeli Sodomis hoſpitalitatis domum ingreſſi, Loth cum familia ſua liberaverunt: quomodo clauſas domos cum hoſpitibus ingreſſus ignis perdidit. Quomodo ſecundum Hieron. aliena capere convincitur, qui ultra ſibi neceſſaria retinere probatur. Apoſtolus autem ſcribens ad Timotheum ait, Exerce teipſum ad pietatem. Nam corporalis quidem exercitatio ad modicum utilis eſt, pietas autem eſt utilis ad omnia, habens proviſionem vitæ quæ

Digitized by Google

nunc eſt, ac futuræ. Ab hac ſecundum Gratianum, quiſquis alienus fuerit, in ſacerdotem ordinari non poterit. Si uxor vidua ab eccleſia recipi prohibetur quæ pauperes non recipit hoſpitio, quæ pedes ſanctorum non lavit, quæ omne opus bonum non eſt executa; multomagis ſunt prohibendi à ſacerdotio qui ab opere pietatis probantur alieni. Unde quidam hoſpitalitatis opera deſpicientes in Gangrenſi Concilio excommunicantur. Iſta hoſpitalitatis opera pluſquàm deceret in Dei eccleſia negliguntur. Et quod deteſtabile etiam eſt, à prælatis ſollicitudo diligens, & cura debita non habetur de hoſpitalibus, xenodochiis & aliis piis & religioſis locis in republica hactenus ſalubriter conſtitutis ad recipiendos & conſtruendos pauperes peregrinos, ſenes, pueros parentibus orbatos, infantes & miſerabiles perſonas, ſicut ſunt leproſi qui deberent epiſcopali providendia ali, & à perſonis aliis, ne eas inficerent, ſeparari, exemplo Mariæ ſororis Aaron ſicut in libro Numeri continetur.

TITULUS LXIII.

Quomodo dicti proventus eccleſiaſtici communiter in uſus vanos vel illicitos expenduntur.

SAnè ſi ad diſtributionem eccleſiaſticorum proventuum conſideratio habeatur, videri poteſt, quòd expenduntur in ſuperfluos, elatos & vanos uſus veſtium, ornamentorum, familiarium, apparatuum, & ſuperfluitatem ciborum & potuum, vel exinde ditantur, exaltantur, & nobilitantur parentes: & datur carni & ſanguini quod eſt Chriſti: ut de cæteris, dantibus hiſtrionibus, perſonis vilibus, & luſoribus principaliter *Datur ſanguini quod eſt Chriſti.*

Digitized by Google

taceamus. Contra quod beatus Bernardus ſcribens ait: Ego acquiſivi ſanguine proprio: tu conſumis & fulges in apparatu regio. Ego acquiſivi opprobriis & flagellis: tu conſumis in ciphis argenteis, aureis, & ſcutellis. Ego acquiſivi veſtibus nudatus: tu conſumis, ut fulgeas in veſtibus pretioſis. Ego acquiſivi manibus cruci affixis: tu conſumis manibus, taxillis & aleis dedicatis. Ego acquiſivi coronam ſpineam portando: tu conſumis molle pulvinar capiti tuo ſupponendo. Ego acquiſivi acetum & fel deguſtando: tu conſumis ciceram & merum portando. Et poſtmodum ſubjicit in alio loco idem Bernardus: Honorati incedunt Dei miniſtri de bonis Domini, cui honorem non deferunt. Inde eſt quòd quotidie cernis in frenis aureis & in ſellis & phaleris meretricius nitor apparet, intrinſecus habitus regius eſt apparatu, ut plus fulgeant calcaria quam altaria. Idem Bernardus. Quicquid præter quotidianum victum neceſſarium, & veſtitum ſimplicem de alario retines, tuum non eſt, ſacrilegium eſt, rapina eſt: præſis ut provideas, ut conſulas, ut ſerves, ut procures, ut diſtribuas ſuo tempore, ut fidelis ſervus quem conſtituit Dominus ſuper familiam ſuam. Sed ad quid? ut des illis eſcam in tempore: ut diſpenſes, non ut imperes aut diſſipes. Si multum accepiſti, multum debuiſti dare: & ſi modicum, & illud tribue. Nam qui in modico fidelis eſt, ſupra multa conſtituitur, & intrat in gaudium Domini ſui. Ad quod nos perducat ille qui vivit & regnat in ſecula ſeculorum Amen.

Verba Chriſti ad prælatos

Divus Bernardus ad prælatos.

Iſta dictata fuerunt in Concilio generali Viennæ celebrato, per Reverendum Patrem Dominum Guillelmum Dei gratia Epiſcopum Mimatenſem.

Digitized by Google

PETRO DANESIO IN PRIMIS REVERENDO VAVRENSI EPISCOPO,

Gentianus Hervetus. S. D. P.

CVm orationem meam qua interpretor ſextum canonem Concilij Chalcedonenſis, ex quo uno ferè pendet Eccleſiaſticæ aliquot iam ſeculis lapſæ diſciplinæ reſtitutio, in lucem edere ſtatuiſſem, tu unus mihi occurriſti, cui eam iure optimo potiſſimum dedicarem. Nam cùm eius interpretatio ex Græco fonte ex quo profluxit petenda ſit, quis eſt qui tuum in lingua Græca iudicium non tanti faciat, quanti eius qui in Græcis evolvendis auctoribus plurimos annos cum fructu maximo ſit verſatus? His accedit, quod cum turbulentiſsimis his noſtris temporibus, optimas, id eſt, orthodoxas religionis partes ita ſequaris, ut

Digitized by Google

à recto Catholicæ Eccleſiæ tramite ne latum quidem unguem diſcedas, in eorum tamen qui Eccleſiæ præſunt moribus multa corrigi cupias. Quod quidem niſi fiat, tot malis agitatæ Chriſtianæ reip. fruſtra alia quæritur medicina. Melius autem corrigi non poſſunt, quam ſi hic canon & recte intelligatur, & in uſum revocetur. Atque ut recte quidem intelligatur, me ſedulo laboraſſe profiteor: an autem verum ſenſum ſim aſſecutus, tuum eſto iudicium. Vt in uſum autem revocetur, ſi omni tua auctoritate & gratia, qua apud principes viros plurimum vales, ſedulo contenderis, de recta religione quæ malis miniſtrorum Eccleſiæ moribus maximum accepit detrimentum, optime mereberis. Digniſsima profecto res in quam omnes ingenij, eloquentiæ & doctrinæ nervos intendas. Quod ſi feceri, ſpero fore & ut præclarum tuum conatum Chriſtus fortunet, & te tandem immortali donet gloria. Vale. Aureliæ 12. Calend. Iulias. 1561.

Digitized by Google

GENTIANI HERVETI Aurelij oratio, qua interpretatur ſextum canonem Concilij Chalcedonenſis, qui ſitus eſt in diſtinct. LXX. Gratiani, ex quo maxima ex parte pendet reſtitutio lapſæ Eccleſiaſticæ diſciplinæ, quod attinet ad miniſtros Eccleſiæ. *Anno* 1559.

CRedo ego auditores vos mirari, quod & in hunc locum inſolens aſcenderim, & eum canonem interpretandum ſumpſerim, qui in ſcholis nuſquam hodie legitur, & ex quo pauca aut potius nulla capi poſſe videtur utilitas. Quod quidem ne me temere feciſſe exiſtimetis, priuſquam ad rem ipſam aggrediar, mei conſilij & inſtituti ratio paucis vobis eſt exponenda. Ego cum neſcio quot ab hinc annis, Aurelia, quæ mihi patria eſt, relicta, Romam eſſem profectus, & à ſanctæ Rom. Eccleſiæ Diacono Cardinali Reinaldo Polo, in Marcelli Cervini Car-

Decreta facta in Concilio Tridentino.

dinalis ſanctæ crucis, qui paucorum dierum ante Paulum quartum fuit Pontifex Max. familiam eſſem traditus, eum à ſanctæ memoriæ Paulo tertio Pontifice Max. ad Concilium legatum Tridentum ſum ſecutus. Quo in loco à congregatis illuc patribus aliquot ſanctiſſima facta fuere decreta, nempe de juſtificatione & de aliquot aliis, quæ ſunt hoc longe infœliciſſimo ſeculo apud multos controverſa: facta ſunt etiam aliquot alia decreta de reparanda Eccleſiaſtica diſciplina, quæ etſi ſunt quidem præclara, non ſunt tamen ejuſmodi vt priſcos illos mores in integrum reſtituant. Quod quidem ut fiat, omnino neceſſe eſſe mihi perſuadeo, ſi jam diu deſiderata ſit veluti poſtliminio inter Chriſtianos reditura concordia. Memini autem me Marcello legato tunc dicere, ſedulo quidem rem geri & laudandum eſſe eorum conatum, ſed meo judicio non opus eſſe tot decretis, ſufficere enim ſi vel unus Concilij Chalcedonenſis canon rectè intelligatur, & renovatus diligenter obſervetur. Atque mihi quidem viſus ſum id facile tunc illi perſuadere: nec deſperandum erat fore ut eum curaret renovandum, ſi vel Concilium non fuiſſet paulo poſt Bononiam tranſlatum, ac deinde ſuſpenſum, vel in pontificatu aliquot annos nobis fuiſſet ſuperſtes. Sed quoniam ita Chriſto viſum eſt, ut tantus vir nobis immatura morte præriperetur, non duxi committendum, ut mea de hoc canone ſententia penitus intercideret, ſperans fore ut ſi vel aliquando liberum congregetur Concilium, vel aliquis exoriatur pontifex, cui ſit unus ſcopus Chriſti gloria, verumque decus & ſplendor Ec-

cleſiæ, hæc mea quantulacunque admonitio non ſit omnino futura inutilis. Atque maxima quidem ſpe ducebar hodiernum primæ ſedis Pontif. Maximum Paulum quartum, ſummam ſuam doctrinam & pietatem, ad hoc ſanctiſſimum Eccleſiaſticæ diſciplinæ inſtaurandæ negotium eſſe collaturum: ſed incommode, imo vero infœliciter accidit, ut vixdum inito pontificatu graviſſimæ Romanorum aliquot civium injuriæ, à tam pulchro & tam neceſſario incœpto avocatum ad alia traduxerint. Neque vero nunc deſperandum eſt, divino beneficio pace reddita, eum divi Petri Cymbæ, quæ pluſquam decumanis agitatur fluctibus, quam maximam poterit opem eſſe allaturum, niſi divinam ejus mentem vel humanarum rerum æſtus, vel aggravantis ſenectutis incommoda opprimant. Nulla autem alia inveniri poteſt firmior ac validior opis ferendæ ratio, quam ſi priſcis, quoad ejus fieri poterit, in uſum revocatis moribus, veteris diſciplinæ ſacra jaciatur ancora. Quod quidem ut in hoc regno fiat quantopere cupiat Chriſtianiſſimus rex noſter Henricus, ſignificationem dedit longe maximam, quando anno ſuperiore pulcherrimum fecit edictum, quo cavebatur ut quibuſcunque ſunt commiſſa munera Eccleſiaſtica, non vicaria opera, ſed ipſi præſentes ſuum officium facerent. Quod quidem ne plene ac perfecte poſſit fieri, nihil magis obſtat quam quod canon quem hodie ſuſcepimus interpretandum, partim non ſatis intelligatur, partim magna ex parte exoleverit. Quis vere Chriſtianus & de fide recte ſentiens hodie non ingemiſcit, & non ardet dolore, cùm inconſu-

Ratio ferendæ opis labanti reip. Chriſtianæ.

tilem Chriſti tunicam videt tam nefarie diſcer-
pi, unam Eccleſiam in tot ſectas & factiones dividi, à conjuratis pietatis hoſtibus adverſus pios quas non inſidias tendi, cùm audit in nobiliſſima & frequentiſſima totius orbis Chriſtiani civitate adverſus à Chriſto traditam religionem, nocturnos cœtus fuiſſe celebratos? Horum autem malorum cauſam etiam atque etiam cogitans, vix aliam majorem invenio, quàm quod ordo ſacerdotalis, cujus tantam eſſe dignitatem divus aſſerit Chryſoſtomus, ut ea ſit præferenda regibus, & in tantam excreverit multitudinem, ut vulgo contemnatur, & tam malè ſuum munus obeat, & tam flagitioſe ac nequiter magna ex parte vitam tranſigat, ut vel odium vel invidiam ubique fere ſibi conflaverit. Noſtrorum certè adverſariorum in ſacerdotes tam vehemens & tam virulentum erupit odium, ut cum ſit ſacerdotis munus, Chriſti verbis ab eo prolatis, Chriſti verum corpus & ſanguinem conficere, & incruentam hoſtiam pro totius populi peccatis Deo offerre, non dubitarint cum Deo pugnare, & contra traditam ab Apoſtolis conſuetudinem, & totius populi Chriſtiani conſenſum, novos ritus introducentes, nec verum eſſe Chriſti corpus nec ſanguinem, nec pro peccatis incruentam offerri hoſtiam, ore ſacrilego affirmare. Divus Gregorius Nazianzenus, quo nihil unquam eruditius, nihil magis pium tota tulit Græcia, & à quo ſacras literas didiciſſe ſe ſanctus gloriatur Hieronymus, alloquitur ſacerdotes his elegantiſſimis verſibus:

Ω θυσίας πέμποντες ἀναιμάκτους ἱερῆες,
Ω ψυχῶν ταμίαι μεγαλύδεες, ὦ μεγάλοιο
Πλάσμα θεοῦ χείρεσσιν ἐν ὑμετέρῃσι φέροντες.

Digitized by Google

Iſti autem planè impij homines, ſi dicendi ſunt homines, & non cacodæmones, nec incruentas offerri hoſtias, nec verum eſſe Chriſti corpus, quæ eſt abominanda eorum impudentia, verentur aſſerere, atque adeo nullos eſſe omnino ſacerdotes. Quis enim jure ſacerdos dici poteſt, qui nec offert nec ſacrificat? Mirum eſt autem quod cum ſint eorum dogmata falſa, execranda, atque adeo plane impia, plurimos tamen, proh dolor, inveniant qui facile aſſentiantur. Cujus rei vel præcipuam eſſe cauſam mihi perſuadeo, quod cum in perditam ac flagitioſam multorum ſacerdotum vitam apud imperitos invehantur, quos non rectè ſuo fungi officio probare eſt facillimum, tam ſibi faciunt audientiam, ut cæteris quæ poſtea dicunt, cujuſmodicunque ea ſint, fides poſtea habeatur. Quod ſi eccleſiaſtica quæ aliquot ab hinc annis lapſa eſt diſciplina, in ſuum ſtatum reſtituatur, quod ut noſtris fiat temporibus faxit Chriſtus Opt. Max. vix ullum inventum iri arbitror, qui non peſtiferis erroribus aures occludat, & impia dogmata non abhorreat, & averſetur. Ad id autem efficiendum cum nihil eſſe hoc canone convenientius, nihil conducibilius mihi perſuaderem, operæ pretium eſſe duxi, ejus qualemcumque meam afferre interpretationem. Quam ſi vobis probari intellexero, auditores, ego maximum laboris mei fructum mihi cepiſſe videbor. Habetis totius mei conſilij & inſtituti rationem. Nunc reſtat ut interpretationem canonis aggrediamur. Quod dum quàm potero facillime breviſſime ſum facturus, vos rogo ut me, ut cœpiſtis, benignè & at-

Digitized by Google

tente audiatis. Canon quem ſumpſi interpretandum, eſt ſextus canon Concilij Chalcedonenſis, qui citatur in decretis diſtinctione lxx. Eſt autem ex Græco tam malè verſus, ut non mitum ſit ex eo malè intellecto, in Chriſtianam rempub. permulta derivata fuiſſe incommoda. Videor itaque rem totam facilius ac dilucidius explicaturus, ſi canonem rurſus vertens, & meam cum veteri conferens interpretationem, ſingula deinde verba exponam, & quid ex non fideli verſione erroris enatum ſit, demonſtrem. Eum itaque ſic cenſeo vertendum.

Ex malè intellecto Canone plurima derivata incōmoda.

Neminem eſſe abſolutè ordinandum, nec Presbyterum, nec Diaconum, nec omnino ullum ex iis qui ſunt in ordine eccleſiaſtico, niſi ſpecialiter in Eccleſia civitatis vel pagi, aut in martyrio, aut in monaſterio, is qui ordinatur publico edicto aſsignetur. Eos autem qui abſolute ordinantur, ſtatuit ſancta ſynodus habere talem irritam manus impoſitionem, & nunquam poſſe operari, ad probrum ejus qui ordinavit. Hactenus ſunt verba canonis. Atque in principio quidem mihi cum veteri interprete bene convenit, nempe: Neminem eſſe abſolutè ordinandum, nec presbyterum nec Diaconum. Sed videndum eſt primum quid ſibi velit Ordinari. Ordinari autem dicimus quod Græce χειροτονεῖσθαι: χειροτονεῖν autem, ſi ſpectetur vocabuli propria ſignificatio, nihil eſt aliud quam manum in altum extollere & expandere. Quoniam autem quæ populi ſuffragiis olim fiebat magiſtratuum electio, fiebat ſublatis manibus: hinc fit ut χειροτονεῖν eligere, & χειροτονεῖσθαι eligi frequenter ſignificet. Rurſus quoniam ſublatis & extenſis manibus con-

Textus canonis.

Ordinari quid.

Electio magiſtratuū fiebat ſublatis manibus.

Digitized by Google

cipiuntur preces ab Epiſcopo in ordinatione ſeu conſecratione], hinc fit ut χειροθεσία, frequenter accipiatur pro χειροτονία id eſt, manuum impoſitione. Vtramque hujus vocabuli ſignificationem notat Theodorus Balſamon, canonum apud Græcos egregius interpres, in ſuis Commentariis in Canones Apoſtolorum, cùm in primo canone χειροτονίαν ſignificare dicit electionem, in ſecundo autem manuum impoſitionem. Ea autem manuum impoſitio à Divo Paulo in Epiſtola prima & ſecunda ad Timot. dicitur χειρῶν ἐπίθεσις, in canonibus autem Græcis compoſito vocabulo dicitur χειροθεσία, quæ à pluribus quidem poteſt fieri, ut Paulo & Barnabæ ad opus à Domino ſegregatis, leguntur prophetæ & doctores Antiochiæ manus impoſuiſſe: & Paulus & Barnabas dicuntur per ſingulas civitates presbyteros conſtituiſſe: ubi Græce eſt χειροτονήσαντες, id eſt, creaſſe impoſitis manibus. Ab univerſo autem populo imponi non potuiſſe manus, eſt evidentius quam ut hic ſit dicendum. Quod autem dux quidam hæreticorum, qui noſtram oppugnans hierarchiam, quam utinam tam ædificaret charitas, quam falſa inflat ſcientia, ex hoc loco vult oſtendere propter χειροτονίας vocabulum, miniſtros Eccleſiæ creandi poteſtatem ita eſſe penes populum, ut in ea Epiſcopo nihil loci ſit omnino relictum. Quàm fallatur poteſt ex hoc quivis intelligere, quod cum in principio canonis ſit χειροτονεῖσθαι, in fine canonis ſit ἄκυρον εἶναι τοιαύτην χειροθεσίαν, id eſt irritam eſſe talem manuum impoſitionem, quæ quidem in populum minime poteſt cadere. Quamobrem cùm χειρο-

Theodorus Balſamon Canonum interpres.

Act. cap. 13.

τονία & χειροθεσία in hoc loco pro eodem uſurpetur, eſt evidens χειροτονίαν non ſignificare in hoc loco, populi electionem. Neque enim χειροθεσία idem ſignificare poteſt quod χειροτονία, ſi accipiatur χειροτονία pro ea electione quæ à populo fit ſublatis manibus. Sed utrunque idem ſignificat ſi ponatur pro manuum impoſitione: in qua ſignificatione accipi quandoque χειροτονίαν docet is quem dixi Theodorus Balſamon. Neque vero aut volo aut poſſum negare Sacerdotes aliquando electos fuiſſe à populo, quod Concilij Antiocheni canone 15. fuit juſtis de cauſis abrogatum. Sed populi tantùm erat electio quæ ἐκλογὴ dicitur: χειροτονία autem, ſeu χειροθεσία, id eſt manuum impoſitio & ordinatio erat tantum Epiſcoporum. Et tum demum rata firmaque & abſoluta erat ordinatio, cum electo manus fuerat impoſita, à tribus quidem Epiſcopis, ſi electus fuerat Epiſcopus, uno autem, ſi presbyter aut Diaconus. Quanquam autem in Concilio illo Laodiceno adempta ſit populo Sacerdotes eligendi poteſtas, propterea quod eam uſurpaverant, eaque nimis inſolenter & ſeditioſe abutebantur: eis tamen adhuc licebat, quod ſemper licuit, intereſſe Sacerdotum ordinationi. Coram omni ſynagoga, inquit diuus Cyprianus, jubet Deus conſtitui Sacerdotem, id eſt, inſtruit & oſtendit ordinationes Sacerdotales, non niſi ſub populi aſſiſtentis conſcientia fieri oportere: ut plebe præſente vel detegantur malorum crimina, vel bonorum prædicentur merita, & ſit ordinatio juſta & legitima, quæ omnium ſuffragio & judicio fuerit examinata. Ex his autem verbis Cypriani facile poſſumus intel-

Sacerdotes aliquãdo electi à populo.

Cypr epiſt. lib. 1. epiſt. 4.

Digitized by Google

ligere id, quod prius ab ipſo dictum fuerat, ipſam plebem maximam poteſtatem habere, vel eligendi dignos Sacerdotes, vel indignos recuſandi, in eo ſitum fuiſſe, quod licebat cuilibet ex populo, ſi quod poſſet crimen ordinando objicere. Quod ſi videretur ordinandus nulli eſſe culpæ affinis, atque adeo omni exceptione major, is cenſebatur omnium ſuffragio & judicio electus. Quod poſſumus etiam facile intelligere ex Concilij Carthag. canone 22. quo cavetur ut Epiſcopus ſine Concilio clericorum ſuorum non ordinet, ita ut civium aſſenſum & conniventiam & teſtimonium quærat. Eſt autem conſentaneum eam ordinandi rationem acceptam ab Apoſtolis, cùm & ſcribat Paulus in Epiſt. ad Timotheum 1. oportere Epiſcopum habere bonum teſtimonium ab iis qui foris ſunt: & Lucas dicat, quando electi fuerunt ſeptem Diaconi, Apoſtolos dixiſſe multitudini, Conſiderate fratres, viros ex vobis boni teſtimonij ſeptem. Nec aliud putandum eſt ſignificare Leonem Pontificem ſanctiſſimum, cum dicit: Nulla ratio ſinit ut inter Epiſcopos habeantur qui nec à Clericis ſunt electi, nec à plebibus expetiti, nec à comprovincialibus Epiſcopis cum Metropolitani judicio conſecrati. Et rurſus, Vota civium, teſtimonia populorum, honoratorum arbitrium, electio Clericorum in ordinationibus Sacerdotum conſtituantur. Neque enim convenit plebem tunc liberam habuiſſe electionem, cùm quæ ab ea fuerat uſurpata, Laodiceno Concilio aliquot ante ſeculis fuerat abrogata. Licuiſſe autem ordinandos accuſare, patet ex Lampridio in Alexandrum, & ex 123. novella Juſtiniani. Plebs ergo hanc ſolam habe-

Diſt. 22. Epiſcopus ſine.

Act. 7.

Cap. Nulla. 62. diſt.

Can. Vota 63. diſt.

Digitized by Google

bat poteſtatem dicendi, an ordinandus dignus ei videretur, an indignus. Cujus rei in hodiernum uſque diem quoddam remanet veſtigium, cùm in ſacris ordinationibus rogantur ij qui interſunt, ordinandus ſitne dignus: reſpondet autem quiſpiam tanquam plebis nomine, eſt dignus. Quod utinam tam ſerio ageretur, quam nihil eſt hodie magis neceſſarium ad populum in officio continendum, quam ſuo munere dignos eligi miniſtros Eccleſiæ. Ex his omnibus arbitror ſatis patere, χειροτονίαν idem eſſe quod χειροθεσίαν, utrumque autem latine dici vel manuum impoſitionem, vel ordinationem. Ordinationem autem ideo dici arbitror, quod hi quibus manus imponuntur ab Epiſcopis, à laicis ſegregati cooptentur in ordinem eorum qui ſunt Deo conſecrati. Sed nimis multa diximus de ordinatione, videamus reliqua. Quid ergo ſequitur? Abſolute ordinandum, quod Græce eſt ἀπολελυμένως. Abſolute autem dicitur ordinatus, qui nulli certo loco eſt aſſignatus, in quo ſuo fungatur officio, ut paulo poſt dicet apertius. Deinde ſequitur: Nec preſbyterum, nec diaconum, nec omnino ullum ex iis qui ſunt in ordine Eccleſiaſtico. Ita enim mihi potius videtur vertendum quod Græce eſt, μήτε ὅλως τινὰ τῶν ἐν τῷ ἐκκλησιαστικῷ τάγματι, quam ut verterat vetus interpres, nec quemlibet in eccleſiaſtica ordinatione conſtitutum. Hic videtur ſe offerre locus tractandi de ſacris ordinibus: ſed quoniam id eſſet prolixius, & vel juſtum librum requireret, in præſentia omittemus. Hoc tantum ſilentio non duco prætermittendum, tempore Apoſtolorum fuiſſe quidem duos ordines, preſbyterorum ſcilicet & Diaconorum: ex presbyteris

Quæ res maximè neceſſaria ad populum in officio continendum.

Vnde dicta ordinatio.

Abſolute ordinatus.

autem eligi ſolitum qui utriſque præeſſet, nempe epiſcopum, cujus ordo, dignitas & munus, ut à presbyterorum ordine erat ſeparatum, ita longe erat excellentius: mox autem atque adeo ipſorum Apoſtolorum tempore, ut ex eorum patet canonibus, & ex epiſtolis divi Ignatij, cùm majorem in modũ creſceret Eccleſia, Hypodiaconos & cæteros minores ordines iis acceſſiſſe. Ordinabantur autem ij omnes ex clericis qui erant totius Eccleſiaſtici ordinis veluti quoddam ſeminarium. In clericorum autem numerum non alij referebantur, quàm qui conſtituerant, ſe totos dicare miniſterio Eccleſiæ. Ij autem gradatim provehebantur ad munera Eccleſiaſtica: & diſerte cautum erat ne clerici per ſaltum promoverentur. Ex quo autem cœperunt paſſim creari clerici, nec in iis creandis ea ſpectarunt Epiſcopi, ut ex iis recte inſtitutis ſuppeteret eorum copia quos ordinarent, & ad miniſteria eccleſiaſtica gradatim proveherent: quod quidem ex eo uſu veniſſe eſt conſentaneum, quod res Eccleſiaſticæ quæ antea ſeparabantur à bonis Epiſcopi, cœperint confundi earũque uſusfructus ita viſus ſit ei eſſe permiſſus, ut rectè eas adminiſtraſse cenſeatur ſi ex prædiis nihil alienaverit, & de reditu & oblatione fidelium deſierint fieri quatuor portiones, quarum una cõferebatur in uſus clericorum. remanſerunt quidem adhuc primi minores ordines, quos optet neceſſe eſt qui provehendus eſt ad presbyterium, & citra quos non pateat ad majores aditus, ſed eorum officium ac munus quo fungebantur omnino exolevit. Quo fit ut ſoli tres ſint hodie ordines qui munera obeant *Clerici.*

Digitized by Google

quæ eis imponuntur in ordinatione, nempe Hy- podiaconi, diaconi, & preſbyteri. Quanquam ſæpe etiam preſbyteri eorum vicem gerāt, cum pauci inveniantur Hypodiaconi & Diaconi, qui non habeant, vel ſaltem ſe habere ſimulent titulum propter quem ſunt paulo poſt ordinandi preſbyteri. Sunt itaque minores quidem ordines ſacri ut ad ſacrum deputati miniſterium, etſi non ſit uſitatum eorum officium. Atque quale quidem ſit eorum omnium officium ac munus non eſt quod hic explicem, cum id in canonibus nulli non ſit obvium. Sed non poſſum ſatis mirari quid nonnullis fanaticis hoc noſtro infœlici tempore in mentem venerit, ut propter conceptum in ſacerdotes odium, preſbyteris ſeu ſacerdotibus id adimant, citra quod ſacerdotis nomen non poſſit conſiſtere. Quis enim dicendus eſt ſacerdos qui non ſacrificet? Presbyteros & epiſcopos verbo & ſacramentorum adminiſtrationi dicunt oportere incumbere, ſacrificare negant. Quaſi vero non idem ſit ſacramentum & ſacrificium, ſed diverſa ratione conſideratum: aut percipere ſacramentum Euchariſtiæ, non ſit eſſe participem hoſtiæ, quæ fuit pro nobis mactata & oblata? Quoniam autem tota hujus rei ex hoc pendet controverſia, an Euchariſtia ſit ſacrificium, eam ego eſſe verum & unicum perpetuumque immolati pro totius mundi peccatis Chriſti ſacrificium, & ex verbis Chriſti apertè probari poſſe aſſero, & hanc fuiſſe perpetuam à tempore Apoſtolorum per manus traditam ſacrificandi conſuetudinem profiteor. Papiſtam me quantum lubet appellent: malo ego cum Ignatio, Juſtino, Origene, Baſilio, Chyſoſtomo,

Sacerdos quis.

Sacramentū & sacrificiū idē eſſe, ſed diverſa ratione.

Digitized by Google

mo, Hieronymo, Ambroſio, Auguſtino, Gregorio, & denique cum omnibus Eccleſiæ Chriſtianæ doctoribus tam Græcis quam Latinis, quos omnes Euchariſtiam ſacrificium appellaſſe vel inviti fateantur neceſſe eſt, ſentiendo, Papiſta appellari, quàm à communi totius Eccleſiæ conſenſu recedendo, jure dici hæreticus. Quanquam autem ſit presbyteri munus ſacrificare, & ſacramenta adminiſtrare: abſit tamen ut in hac ſim ſententia ut exiſtimem verbi prædicationem & doctrinam in presbytero non maxime requiri, *1 ad Timoth. c. 5.* præſertim cum divus dicat Paulus in Epiſtola prima ad Timotheum, duplici honore eſſe dignos qui bene præſunt presbyteros, maximè qui laborant in verbo & doctrina. Sunt ergo plurimi quidem faciendi Sacerdotes, qui verbum Dei prædicant & docent, non ſunt tamen rejiciendi qui ſacramenta adminiſtrant & ſacrificant, quod quidem conſtat eſſe proprium munus Sacerdotis. Falluntur etiam cùm dicunt, nullum hodie Diacono relictum munus nullamque functionem. *Sua in hodiernum uſque diē Diacono relicta eſt functio.* Id autem ex eodem errore proficiſcitur. Nam cum iſti omnino tollant altaris ſacrificium, quod nobis commune eſt cum Græcis, Armeniis, Æthiopibus, & quicunque ubique terrarum cenſentur Chriſti nomine; Diaconi autem opera maxime in eo verſetur ut ſacrificanti Sacerdoti inſerviat, ablato ſacrificio, Diaconi quoque munus intercidat neceſſe eſt. quod ſi maneat, ut re vera manet, altaris ſacrificium, & ſemper eſt manſurum, Diaconi ſimul munus maneat neceſſe eſt. quomodo autem probari poterit in primitiva Eccleſia Presbytero ſacrificanti Diaconum miniſtraſſe? Prodeat divus

Digitized by Google

Ignatius qui his verbis ſcribit ad Heronem Antiochenæ Eccleſiæ Diaconum : Sine Epiſcopis nihil agas , Sacerdotes enim ſunt, tu vero miniſter Sacerdotum. Illi enim baptizant , Sacerdotium agunt , ordinant , manus imponunt, tu vero eis miniſtras , ſicut ſanctus Stephanus Jacobo, & cæteris preſbyteris. Hieronymus prodeat & divus Chryſoſtomus qui in actis Apoſtolorum ſcribit diverſos fuiſſe Diaconos , eos qui electi ſunt ut menſis inſervirent, eos qui deſerviunt myſteriis. quam Chryſoſtomi ſententiam ſequens ſexta ſynodus in xvj. capit. ita ſtatuit.

In primitiva Eccleſia presbytero miniſtrabat Diaconus. ἱερουργῦσι.

Quoniam libri Actorum tradunt ſeptem Diaconos fuiſſe electos ab Apoſtolis , patres autem ſanctæ ſynodi Neocæſarienſis in canonibus à ſe editis, aperte dixerant ſeptem debere eſſe Diaconos, ſecundum canonem , etiam ſi ſit non valde magna civitas , id autem perſuaſum iri ex libris actorum. Nos autem dicto apoſtolico ſenſum patrum accommodantes , invenimus eos eſſe oculos , non de viris qui ſerviunt myſteriis , ſed de miniſterio quod exhibebant menſis. Deinde cùm citaſſet verba Actorum , ſubjungit verba Chryſoſtomi quæ ſic habent : *Eſt mirum quemadmodum non fuerit ſciſſa multitudo ob virorum electionem , quemadmodum non ſunt Apoſtoli ab ipſis reprobati. Quamnam autem iſti habuerint dignitatem , & quam acceperint ordinationem dicere neceſſe eſt. Num Diaconorum? Atqui hoc non eſt in Eccleſiis , ſed Presbyterorum eſt ea diſpenſatio. Atqui nondum ullus erat Epiſcopus, ſed ſoli Apoſtoli. Vnde nec Diaconorum nec Presbyterorum eſſe nomen eſt evidens. Propterea*

Digitized by Google

ergo nos quoque prædicamus prædictos ſeptem Diaconos, non ſumi pro iis qui miniſtrant myſteriis, ſed eos fuiſſe quibus commiſſa erat cura diſpenſandi ea quæ erant neceſſaria iis qui erant congregati: qui quidem fuerunt nobis exemplar exercendæ humanitatis & curæ in pauperes.

Ex quibus quidem verbis divi Chryſoſtomi facile poſſumus colligere, vel ſi vera eſt ejus ſententia, diſtincta fuiſſe olim munera Diaconorum, qui Eccleſiæ proventus diſpenſabant ac diſtribuebant, & Diaconorum qui ſerviebant myſteriis: vel ſi non erant diſtincta, nec verum eſt quod dicit, ſed ut miniſtrarent menſis electi dicuntur Diaconi, quod in ſacroſancta menſa Euchariſtiam populo porrigerent, ad cujus conſecrationem, ipſi etiam ſacrum calicem Sacerdoti porrigebant. Hoc certè conſtabit in primitiva Eccleſia Diaconos non ſolum adminiſtraſſe facultates Eccleſiæ, ſed etiam ſerviiſſe myſteriis. Quinetiam ex canonibus Apoſtolorum & ex Concilio Antiocheno, quæ jubent Epiſcopi poteſtate omnia pauperibus diſpenſari per Presbyteros & Diaconos, & coërceri Epiſcopos qui ſine presbyterorum & Diaconorum conſcientia res Eccleſiæ pertractant, clarè perſpici poteſt aliud fuiſſe munus Diaconorum, quàm diſpenſare proventus Eccleſiæ. Nam cùm diſtinctum fuiſſe Presbyteri & Diaconi munus, ne ipſi quidem negent, in hac autem diſpenſatione Preſbyteros & Diaconos ſimul conjungunt canones, ſi Presbyteri aliud eſt munus quam Eccleſiæ facultates diſpenſare, de Diaconi quoque munere idipſum dicendum eſt. Quod quidem ſpirituale eo vel maxime nomine

Diſtincta erat munera Diaconorum.

Can 35.

Digitized by Google

dicendum eſt, quod ſacrorum miniſterio ſuam dicet operam. Neque vero exiſtimandum eſt magis fuiſſe ſanctam Eccleſiæ proventuum administrationem, quam Evangelij ad populum lectionem, & ad precandum exhortationem, & ſacri calicis in ſacrificio altaris porrectionem. Quanquam minimè miror ſi eam falſam induerunt perſuaſionem. Cùm enim de cœna Domini adeò perversè impieque ſentiant, ut verum corpus & ſanguinem Domini non eſſe affirment, nec pro peccatis noſtris in ea Deo offerri æternum immolati Chriſti ſacrificium dicere non dubitent, eſt eorum quidem cœna ejuſmodi, ut nihil venerandum, nihil non commune & profanum in ſe contineat. Preſbyterorum autem munus in hoc maxime differre a munere Diaconi, quod cùm Diaconus tantum miniſtret, Preſbyter ſacrificium offerat, patet apertiſſime ex 13. Can. Synodi Nicenæ, cujus hæc ſunt verba, *Pervenit ad ſanctum Concilium, quod in locis quibuſdam & civitatibus, Presbyteris Euchariſtiam Diaconi porrigunt. Hoc neque regula, neque conſuetudo tradidit, ut ij qui offerendi ſacrificij non habent poteſtatem, iis qui offerunt, corpus Chriſti porrigant.* Quo in loco Græce eſt προσφέρειν, quod offerre ſignificat. quo magis mirandum eſt inveniri hodie homineſne dicam, an cacodæmones, tam emotæ mentis, ut ſibi fidem potius haberi velint nova quædam comminiſcentibus, quam trecentis 18. patribus ex toto orbe terrarum in Chriſti nomine congregatis, quos certum eſt non ignoraſſe quęnam eſſet traditio Apoſtolorum, & quis mos totius Eccleſiæ. Sed pergamus explicare cætera.

Digitized by Google

Sequitur, Niſi ſpecialiter in Eccleſia civitatis vel pagi, aut in martyrio, aut in monaſterio is qui ordinatur, publico edicto aſſignetur. Attendite quæſo auditores. Hic eſt enim locus qui infideliter & infœliciter verſus Chriſtianę Reip. tantam attulit calamitatem, ut Eccleſiaſticam diſciplinam propemodum everterit. Sic enim vertit vetus interpres, Niſi manifeſtè in Eccleſia ſuæ civitatis, ſive poſſeſſionis, aut in martyrio, aut in monaſterio, hic qui ordinatur, meretur publicæ ordinationis vocabulum. Atque primum quidem in hoc erravit interpres, quod id quod Græce eſt ἰδικῶς vertit, manifeſte, cùm vertendum eſſet, ſpecialiter. Deinde eo quod & in Eccleſia civitatis, addidit ſuæ, cum id non ſit in Græco, & quod Græce eſt κώμης, vertit poſſeſſionis, cum dicendum eſſet, pagi. Poſtremo quod Græce eſt ἐπικηρύττοιτο, vertit mereatur, publicæ ordinationis vocabulum, cum vertendum eſſet, publico edicto ſeu potius præconio aſſignetur. Sed quænam, inquies, ſunt ea quæ ex errore interpretis in Chriſti Eccleſiam derivata ſunt incommoda? Sunt ea, ita me Chriſtus amet, maxima, & quibus niſi aliquid remedij afferatur, magnopere verendum eſt ne miniſtros Eccleſiæ ſint impendenti ruina involutura.

Canon infœliciter verſus Eccleſiaſticam diſciplinā fere evertit.

Atque primum quidem cùm in lege ſit in primis attendendum, quænam ſit mens legiſlatoris, & quidnam ad legem ferendam eum impulerit, effecit hæc mala verſio, ut à ſcopo ſanctorum patrum, qui hunc pulcherrimum canonem ediderunt, toto, quod aiunt, cœlo aberraretur. Quid enim hoc Canone cavetur? Ut nullus Presbyter, nec Diaconus, nec ullus ex ijs qui ſunt in ordine

Quid ſit in lege imprimis attēdendum.

Eccleſiaſtico abſolutè ordinetur:ſed is qui ordinatur,publico edicto aſſignetur Eccleſiæ civitatis aut pagi, aut martyrio, aut monaſterio. Quænam autem fuit cauſa hujus Canonis? Ego quidem arbitror eam facile poſſe elici, tam ex iis qui antea, quam ex iis qui poſtea editi ſunt Canonibus. Ea autem eſt, ut, ſicut certum munus erat eis impoſitum, ita etiam certus locus eſſet conſtitutus, in quo ſuo fungerentur officio, &, ut eſt in proverbio, Spartam quam nacti erant, ornarent. Atque operæ pretium quidem eſt videre, quantum laborarint noſtri majores, ut Eccleſiæ miniſtri ſe ſuis continerent finibus, nec in alienos invaderent. Hinc conſtitutæ fuerunt diœceſes & parœciæ, à quibus ne Epiſcopi, Presbyteri & Clerici diſcederent fuit ſemper pulcherrime decretum. Teſtatur id 14. Canon Apoſtolorum, qui non permittit Epiſcopo, ſua relicta parœcia in alienam tranſire, etiamſi cogatur à pluribus, niſi ſit juſta cauſa quæ eum cogat id facere, ut qui poſſit ijs qui illic ſunt pietatis verbo plus conferre, neque id ex ſeipſo, ſed multorum Epiſcoporum judicio & maxima adhortatione. Teſtatur etiam eorundem Canon 15. qui prohibet Preſbyterum & Diaconum, & quemcunque ex iis qui relati ſunt in numerum Clericorum, ſua relicta parœcia in aliam tranſire invito Epiſcopo. Quod ſi fecerit, ſuum munus ne amplius obeat, & communicet tantum inter laïcos. Teſtatur eorundem Canon quoque 31. qui deponi jubet Preſbyterum, qui ſeorſum ab Epiſcopo cœtus coëgerit, & altare contra altare fixerit. Cui ſuffragatur quintus quoque Canon Synodi Antiochenæ, quo idem omnino ſtatuitur. Cavetur

Decretũ olim fuit ne Epiſcopi à ſua diœceſi diſcederent.

Digitized by Google

autem ejus quoque undecimo Canone id quod eſt longe majus, ut nec Epiſcopus quidem, nec Preſbyter ad Imperatorem audeat proficiſci contra voluntatem & abſque literis Epiſcoporum provinciæ, & maximè Metropolitani. Cùm hæc ante Chalcedonenſem Synodum fuiſſent conſtituta, nec ea tamen ſufficerent ad continendum in officio miniſtros Eccleſię, propterea quod etſi à Synodo Nicena fuerat conſtitutum, ut Epiſcopus vel Presbyter qui à ſua Eccleſia in aliam tranſiiſſet, ſuæ reſtitueretur in qua fuerat ordinatus: facile tamen erat Canonem circunſcribere: cùm nullo adhuc Canone cautum eſſet ne Preſbyterum aut Diaconum liceret abſolute ordinare, contra Synodi Nicenæ Canonem fortaſſe non feciſſe, licet in certo ac præſtituto loco ſe non continuiſſet, videri potuiſſet Presbyter aut Diaconus, ſi modo intra parœciæ ſeu diœceſis fines ſe continuiſſet in qua fuerat ordinatus, cum tota diœceſis & parœcia dici poſſit Eccleſia. Ut omnis ergo tolleretur dubitatio, & canoni fraudis faciendæ omnis ratio excluderetur, diſertè & dilucidè hoc noſtro Canone cautum eſt, ut nemo abſolutè ordinetur, ſed certus locus ei aſſignetur, in quo ſuo fungatur munere. Et ne quis cauſari poſſet ſe generaliter Eccleſiæ fuiſſe ordinatum, & Canoni ſatis feciſſe, ſi modò in hoc, modo in illo loco, ut ei viſum eſſet munus ſuum obiret: videte quam pulchre in Canone additum ſit, εἰδικῶς, id eſt, ſpecialiter, quaſi diceret, non cuilibet Eccleſiæ civitatis, ſed certę: nempe huic vel illi, non cuivis pago, ſed certo ac definito: non cuiuis martyrio aut monaſterio], ſed ei quod fuerat nominatim expreſſum. Porrò autem ne quis *Expoſitio adverbij, εἰδικῶς.*

Digitized by Google

poſſet ullum afferre prætextum ignorantiæ, & deferendi muneris aliquam fictam aut falſam cauſam quærere, vult publico edicto ei ſignificari quo in loco, ſuo ſit munere functurus. Ut autem facilius ac melius ſervaretur quod hoc canone fuerat conſtitutum, octavo quoque hujus ſy-

8 Can. ſyn. Chal. nodi canone cautum eſt, ut Clerici Prochotrophiorum, monaſteriorum & martyriorum ſint in poteſtate Epiſcoporum uniuſcujuſque civitatis, neque per inſolentiam ſe à ſuo Epiſcopo ſejungant. Et rurſus decimo ſtatuitur, non licere

10. Can. ſyn. Chal. eodem tempore referri in numerum Clericorum duarum civitatum. Si quis verò fuerit tranſlatus ab una Eccleſia in aliam, nihil commune habeat, cum rebus prioris Eccleſiæ, aut martyriorum, aut Prochotrophiorum, quæ ſunt ei ſubjectæ.

20. Cã. eiuſdẽ. Sin contra fecerint, ſuo gradu moveantur. Vigeſimo autem canone una ſola datur exceptio, nempe ſi fortè amiſſa patria Clericus in aliam ſit tranſlatus. Secundæ quoque ſynodi Nicenæ ca-

1. Syn. Nic. 2. non primus, magnam adhibens cautionem ne ſynodi Calcedonen. Canon ulla cauſa aut prætextu circunſcriberetur, ſcriptus fuit his verbis, *Quoniam nonnulli ex Clericis contra canonicam facientes conſtitutionem, relicta ſua parœcia excurrunt in aliam parœciam, plurimum autem in hac regia civitate, & apud Principes reſident, eos citra ſui Epiſcopi & Epiſcopi Conſtantinopolitani conſenſum, non licet in ullam ædem admitti aut Eccleſiam. Quod ſi hoc pergant facere, deponantur.* Ejuſdem quoque canon 15. eſt pulcherrime ſcriptus his verbis: *Clericus deinceps neordinetur in duabus Eccleſiis. Eſt enim hoc mercaturæ & turpis quæſtus proprium, & ab Eccleſia*

Digitized by Google

ſtica conſuetudine alienum. Ex ipſa enim voce Domini audivimus: Neminem poſſe duobus dominis ſervire. Aut enim unum odio habebit, & alterum diliget, aut unum amplectetur & alterum contemnet. Vnuſquiſque ergo ſecundum vocem Apoſtolicam, in quo vocatus eſt, in eo debet manere, & in una reſidere Eccleſia. Quæ enim propter turpe lucrum fiunt in rebus Eccleſiaſticis, à Deo ſunt aliena. Ad ea autem quæ ſunt ad victum neceſſaria, varia ſunt exercitia. Ex iis ſi quis velit ea quæ ſunt ad uſum corporis, dixit enim Apoſtolus: Quæ erant mihi neceſſaria, & iis qui ſunt mecum ſubminiſtrarunt hæ manus. Et hæc quidem in hac à Deo cuſtodita civitate. In illis autem quæ ſunt extra civitatem, concedatur propter defectum hominum. Ex his facilè poteſt intelligi quænam fuerit cauſa hujus canonis. Viderunt ſancto Spiritu afflati patres, nec eſſe honeſtum, nec Eccleſiæ utile, ut qui munera ſuſceperunt Eccleſiaſtica, incertis prope vagentur ſedibus, & quæ fuit eis credita, Eccleſiæ adminiſtrationem ſuo arbitratu deſerant. Unum ergo hoc ſpectabant, ut quod munus mandaverant Epiſcopi, ij quibus erat mandatum, eo rite fungerentur, ſi ab eo loco cui erant aſſignati, nec ambitio, nec amor lucri ad alia tranſverſos raperet. Quod quidem non eſſe vſuventurum ſentiebant, ſi nec ab Eccleſia in qua erant ordinati, eis liceret diſcedere, & in duabus ſimul Eccleſiis ordinari non poſſent. Pulcherrime profecto ſcriptum reliquit divinus ille Plato, fieri non poſſe ut unus & idem multas artes exerceat, & frequenter uſuvenire, ut qui multa aſſequi cupit, is nihil omnino aſſequatur. Hoc quidem certe

Nemo multas artes ſimul exercere poteſt.

quotidie experimur magno malo reipub. Chriſtianæ evenire, ut quibus una non ſufficit Eccleſia, ij nullam, ut par eſt, adminiſtrent, imo ne adminiſtrent quidem. Quamquam autem non liceret per canones, nec Epiſcopo, nec Presbytero, nec Diacono nec cuilibet ex ordine Eccleſiaſtico, à ſua Eccleſia tranſire ad aliam: ſi tamen vel neceſſitas, vel utilitas poſtulabat ut ex una migraretur in aliam, poterant non quidem ſuo arbitratu, ſed Epiſcopus, congregata ſynodo, Clericorum & Laicorum decreto porrecto Epiſcopis, & in ejus locum ſurrogato Epiſcopo, inferioris vero gradus Sacerdos vel Clericus, conceſſione ſui Epiſcopi, ad aliam Eccleſiam transferri. quæ quidem mutatio ac migratio tum demum videbatur omnibus ſuis numeris perfecta & abſoluta, ſi ſedis Apoſtolicæ veluti quidam Colophon ei acceſſiſſet conſenſus in majoribus ordinibus: nam in inferioribus is minime erat neceſſarius. Atque videbatur quidem hac ratione pulcherrime conſtituta reſp. eccleſiaſtica, cùm & ij munera obirent qui in ordinem erant cooptati, ordinatione quidem Epiſcoporum ſi majores erant Sacerdotes, Epiſcopi vero, ſi minoris erant gradus, aut Clerici, ſed non niſi diligens præceſſiſſet examinatio: qui autem munera ſuſceperant, ea certo ac conſtituto loco ad quem ordinati ita obibant, ut ea nunquam deſerere nec ad alium locum migrare poſſent, niſi evidens vel neceſſitas vel utilitas id poſtularet, quæ vel provinciali Epiſcoporum Concilio quod ſecundo quoque anno ſemel conveniebat, vel ab Epiſcopo in ſua quibus fit quotannis ſynodo fuiſſet approbata. Videbatur itaque nihil poſſe

c. placuit & cap. ſi quis 12. c. Epiſcopus 7. quæſt. 1.

c. Mutationes, & cap. Sc as. ibidem.

ejuſmodi accidere, quod hanc diviniſſime conſtitutam Eccleſiaſticæ adminiſtrationis formam poſſet labefactare, cum ecce hic canon male verſus, & ideo non ſatis intellectus, eam, nolo dicere, evertit, ſed valde quidem certe afflixit, & loco ac gradu ſuo movit, quod & clare perſpiciamus. Age, videamus parumper quid incommodi Chriſti Eccleſiæ attulerit, *κώμης* male verſum vocabulum. Uerſum enim eſt poſſeſſionis, cum dicendum ſit pagi. Neque vero ſatis poſſum mirari quidnam ſecutus vetus interpres ita verterit: niſi pro *κώμης*, legerit *νομῆς*, ut ſuſpicatur doctiſſimus juriſconſultus F. Duarenus: quanquam ſi legerit *νομῆς*, cui tamen lectioni refragantur omnia Græca exemplaria, non eſſe vertendum poſſeſſionis ex hoc conſtat, quod poſſeſſio apud Latinos, vel rei alicujus ſignificet detentionem, vel aliquod prædium. Neutrum autem eſt ejuſmodi, ut propterea dici poſſit Presbyter vel Diaconus non abſolute ordinatus, cum abſolute ordinetur, qui non certo loco aſſignatur, in quo ſuum munus obeat, utpote Eccleſiæ civitatis, vel martyrio, vel monaſterio. Martyrium autem, ut hoc interim dicam, videtur fuiſſe aliquod ſacellum aut oratorium, in quo ſitæ erant multorum Martyrum reliquiæ, cujuſmodi forte olim ædicula Aureliæ ſita propter magnum Cœmiterium, quæ etiam adhuc lingua noſtra nomen videtur retinere. De monaſterio autem hoc tantum dicam. Olim Monachi cùm in Ægypti & Syriæ & aliarum regionum degerent ſolitudinibus, bis ſingulis hebdomadis, nempe ſabbato & die dominico conveniebant ad percipiendum ſacro-

κώμη Pagus debet verti.

Quid ſit poſſeſſio.

Quid olim fuerit martyrium.

Monachi bis ſingulis Hebdomadi-

Digitized by Google

ſanctum Euchariſtiæ ſacramentum, ut licet videre & apud divum Hieronymum, & apud Evagrium in Hiſtoria Lauſiaca, & Theodoretum in hiſtoria religioſa, quos nos haud ita pridem Latine vertimus. quo quidem tempore unus illis erat Sacerdos aliunde adſcitus, qui ſacrificium perageret, & eis ſanctam ſynaxin exhiberet, erant enim omnes laici. Poſtea autem cùm & à Divo Baſilio & deinde à Divo Benedicto redacti fuiſſent ad civiliorem vivendi rationem, cœperunt plures etiam ex ſuis habere Sacerdotes, ne externa cogerentur uti opera: quod nec ſemper eis licebat, maximè cum ad ſua & ſuorum tam vivorum quàm mortuorum expianda peccata, jam plurimi viri pij magnam vim opum in Monachos contuliſſent. Sed ut ad rem redeamus, Poſſeſſionis vocabulum ſeu alicujus rei ſignificat aut juſtam aut qualemcunque detentionem, ſeu fundum aut prædium aliquod, non eſt ejuſmodi ut propterea dicatur Sacerdos non eſſe abſolute ordinatus. Significat autem νομὴ non ſolum poſſeſſionem, ſed etiam præfecturam vel regionem, cujuſmodi erant olim τῆς Αἰγύπτου νομαὶ, id eſt Ægypti præfecturæ. Patet autem præfectura longe latius quam pagus. Et eo vocabulo ſignificari poteſt certus locus, cui qui ordinatur non cenſeatur abſolute ordinatus, cum in eo poſſit obire ſuum munus. Patet ergo quod ſive legerit κώμη, vertendum erat pagus, ſive νομὴ præfectura vel regio. Ex eo autem quod perperam vertit poſſeſſio, videamus quæſo quid acciderit. Primum quidem non ſatis intellecta fuit ratio canonis, quo factum eſt ut etiam ejus vera periret intelligentia. Nam cùm ideo factus eſſet canon ut quilibet ordina-

bus conveniebant ad percipiendũ Eucharistiæ Sacramẽtum.

νομὴ quid.

Digitized by Google

tus in certo loco ſuo fungeretur munere, ex vocabulo poſſeſſionis orta eſt falſa opinio, ideo ſanxiſſe canonem ne quiſquam abſolute ordinaretur, ut qui ordinatur habeat unde vivat. Hinc cum à ſexcentis illis Concilij Chalcedonenſis patribus damnata crederetur paupertas, factum eſt ut pro ſe quilibet eam quacunque ratione à ſe expellendam duceret, & cum in Eccleſia eſſent ſatis amplæ facultates, ad eas aſſequendas per fas & nefas aſpirarent plurimi, de ſuo interim munere minime ſolliciti. Non potuit profecto Chriſti Eccleſiam major invadere calamitas, quàm dum victus prætextu, inſatiabilis, quæ eſt teſte Divo Paulo, radix omnium malorum, avaritia miniſtrorum animis inſedit, quæ quoſlibet quo indoctiores, eo impudentiores impellit ad ambienda munera Eccleſiaſtica. Quod quidem jam ſuo tempore exoriri ægre ferens vir ſanctiſſimus & doctiſſimus Gregorius Nazianzenus, ita ſcribit in ſuo Apologetico: *Pudet me aliorum, qui cum cæteris nihilo ſint meliores, atque adeo magnum quid eſſet ſi non multo deteriores, illotis, ut dicitur, manibus & profanis animis ad res ſanctiſſimas ſe ingerunt, & priuſquam digni ſint ad ſacra accedere, ſuggeſtum ſibi vindicant, & circa ſacram menſam ſe comprimunt ac trudunt, ut qui non exemplar virtutis, ſed victus parandi rationem & materiam hunc ordinem eſſe exiſtiment, neque munus rationi reddendæ obnoxium, ſed magiſtratũ cuius nulla eſt examinatio.* Hactenus Nazianzenus, qui quod indigni ſe ad ordines ingerant Eccleſiaſticos, hanc ſtatuit eſſe cauſam, quod ordinem eſſe ſtatuant victus parandi rationem & materiam. Hinc nobis profluxere

Magna calamitas in Eccleſia

Notatur avaritia ſacerdotum.

Digitized by Google

Beneficia male conferuntur.

tot beneficiorum collationes & de beneficiis proviſiones, & cum eſſet providendum Eccleſiæ, provideretur perſonæ: & licet dicatur beneficium dari propter officium, nihil tamen minus curetur quam officium, idemque videatur & perſonæ cui proviſum eſt eſſe beneficium, & Eccleſiæ quæ à paſtore negligitur maleficium. Hinc etiam factum eſt ut cùm ex ſententia canonis ordinandus deberet ordinari ad Eccleſiam ſeu ad titulum, non ordinetur niſi habeat titulum. Ordinationem enim præcedit titulus, & priuſquam ordinetur ſemper rogatur an habeat titulum. Hinc etiam manavit tot beneficiorum indigna accumulatio, quæ cum paſſim permitteretur ab Epiſcopis, & ideo mirandum in modum ſtatus univerſæ deformaretur Eccleſiæ, eique remedium; conarentur afferre aliquot ſummi Pontifices, dum multa quidem conjungi beneficia prohibent, ſibi autem ſolvendi à canone poteſtatem reſervant, graviora reip. vulnera impoſuere. Atque primo quidem fuit eis religio temere & citra juſtam cauſam à canone ſolvere: poſtea autem cum & non malorum, maximè autem domeſticorum, importunis precibus acquieviſſent, & lucri forte plurimum ad ſe & ſuos inde redire ſenſiſſent, tanta repente exorta eſt in Eccleſiaſtico ordine confuſio, ut antiquum illud chaos rediiſſe videretur. Hinc enim prodiere tot de providendo mandata, tot præveniendi rationes, tot uniones, tot reſervationes, tot gratiæ expectativæ, quas vocant, tot quas appellant diſpenſationes: Divus autem Bernardus non dubitavit vocare diſſipationes. Hinc quod à D. Greg. juſta de cauſa permiſſum

Solvi legibus nemo debet.

Diſpenſationes.

Digitized by Google

ſemel tacitum fuerat ut unus duos gereret Epiſcopatus; cœpit paſſim trahi ad exemplum. Hinc qui quandoque ad tempus, ut quod per ætatem vel morbum exequi non poſſet, Epiſcopus impleret, datus eſt coadjutor, ita dari cœpit ut eſſet hæres viventis, quod ipſum quoque introductum eſt per eam quam vocant cujuſmodicunque ea ſit, electionem & acceſſum, propterea quod Divus Auguſtinus Valerio Hipponenſi Epiſcopo non ſucceſſerit, ſed acceſſerit. Hinc etiam fuerunt ſæpenumero Eccleſiæ ejuſmodi hominibus commendatæ, ut oves lupis commiſsas eſse dicas, cum aliquando cautum fuiſset ut ad ſex ad ſummum menſes Eccleſiæ commendarentur, inicia eſt ratio ut eſſent Commendæ quas vocant perpetuæ, maxime earum Eccleſiarum, quas, ſi Canones exacte obſervarentur, ne poſſent quidem adminiſtrare ij quibus commendantur. Hinc paſſim uſurpari cœperunt beneficiorum permutationes, quæ adeo nunc videntur licitæ, ut Epiſcopatum vix aſſecutus quem nunquam adiit, meliori, id eſt, opulentiori, ſtatim poſſit permutare. Nam qui Epiſcopatum hodie deſiderat, maxima ex parte non bonum opus, ſed opes tantum deſiderat. Hinc prodierunt quę in favorem, & cum regreſſu, artis enim vocabulis utendum eſt, fiunt renuntiationes ac permutationes, quibus introducta eſt in beneficiis quædam perpetua ſucceſſio. Hinc etiam effectum eſt ut cum quiſpiam ſolutus Canone Eccleſias aliquot poſſit obtinere, amico ſuo gratificans, & nomen ſuum ei accommodans, eam ſuſcipiat Eccleſiam, quam, ut qui nullos inde proventus percipiat, nunquam adeat. Hinc tot,

diſpationes c. Relatio 21. q. 1. c. Scripſit & c. præſentiam. 7. quæſt. 1.

Coadjutor.

Commendæ.

Permutationes in favorem & cum regreſſu.

Nundinationes beneficiorum. ut leviter dicam, exortæ ſunt cauponationes & nundinationes, ut ſi Chriſtus qualis olim erat in terris ad nos rediret, plurimos ſacerdotes flagris è templis expelleret, ſi modo inveniret: nonnulli enim raro, nonnulli numquam ea ingrediuntur. Sed quid ego ea pergo enumerare, quæ nec animo poſſe complecti, nec memoria tenere lubenter me profiteor? Atque ſi Romana quidem Eccleſia quæ eſt omnium Eccleſiarum magiſtra, in tantis Chriſtianæ reipub. malis ſe puram & integram conſervaſſet in mandandis ſaltem muneribus Eccleſiaſticis intra fines ſuæ diœceſeos, res tota loco longe meliori ſtetiſſet. *Mala ab Eccleſia Romana manarunt* Inde enim auxilij aliquid ſperari potuiſſet, unde tanquam ex metropoli per totum Occidentem ſunt fidei Chriſtianæ deductæ coloniæ. Sed magnum profecto detrimentum ex hoc accepit Eccleſia, quod cum olim urbs eſſet certis diſtincta regionibus, & certi eſſent in ea conſtituti in quibus ordinabantur qui ſua obirent munera, eo res fere ſit redacta ut maxima ex parte inanes ſint omnino tituli. Deſerta enim multis in locis urbe, quæ fuit olim ut maxima ita populo frequentiſſima, ſemel aut bis ad ſummum quotannis in Eccleſiis convenit populus in ijs quæ *Stationes.* vocantur ſtationibus, quod vocabulum Tertulliani jam tempore receptum fuit in Eccleſia, in ea quæ nunc eſt ſignificatione. Atque in iis quidem titulis, qui olim primum locum obtinebant, dicebantur Preſbyteri & Diaconi Cardinales. *Presbyteri Diaconi Cardinales.* Eorum autem hodie nomen quidem manſit, munus autem & functio propemodum intercidit, de Preſbyteris loquor & Diaconis. Epiſcopis enim Cardinalibus non deeſt populus quem

quem paſcant. Operæpretium autem eſt videre an noſter obſervetur canon in eorum creatione. Jubet quidem Canon neminem abſolute ordinari. Ij vero cum in conſiſtorio, quod vocant, pontificis creati fuerint Cardinales, aliquot poſt diebus datur eis titulus, contra atque hodie alibi fit in ordinationibus. Nam alibi quidem tum demum ordinantur ſi habeant titulum. Romæ vero cum abſque titulo ordinati fuerint, eis poſtea datur titulus. Et ſæpe etiam vſuvenit ut creandus Cardinalis reſervetur in pectore pontificis, ita enim vocant, cum inconſultis fratribus, nempe Cardinalibus, poteſt pontifex quem velit nominare Cardinalem. Hoc rite-ne fiat non eſt meum diſputare, at contra canonem quidem noſtrum fieri, videor mihi poſſe non temere pronuntiare. An autem contra canonẽ fiat, quod qui in aliis locis ſunt ordinati Preſbyteri aut Epiſcopi, Romæ rurſus fiant Preſbyteri aut Epiſcopi Cardinales, aut qui creati ſunt Cardinales, in locis etiam remotiſſimis, & quæ ſciant ſe nunquam adituros, creentur Epiſcopi, aut alia etiam munera ſuſcipiant Eccleſiaſtica, ipſi viderint. Meo quidem judicio Reginaldus Polus Rom. Eccleſiæ Diaconus Cardinalis, cùm multis aliis & virtutis & doctrinæ nominibus ſit longè clariſſimus, tum verò hoc nomine vel maximam laudem eſt aſſecutus, quod ſibi ſæpius oblatos Epiſcopatus recuſaverit, quoniam Romæ ſimul degere & Epiſcopi officio ſe fungi non poſſe videret: nec Cantuarienſis Archiepiſcopatus munus prius ſuſceperit, quam Cantuariæ figendi ſedem libera ſibi fieret poteſtas. Videbat enim, videbat vir optimus & *Reginaldus Polus.*

religioſiſſimus, religionem Chriſtianam nulla ex re majus detrimentum accipere, quàm quod Epiſcopi gregem ſuum non paſcant: paſcere autem non poſſunt, qui cum diverſorum munerum diſtineantur occupationibus, nulli poſſunt ſatiſfacere. De luxu & faſtu nihil dico, in quem cum opum eccleſiaſticarum magna vis profundatur, non tantum Eccleſiæ ipſo facto nocent quantum exemplo. Atque horum quidem malorum non minima cauſa eſt accepta ferenda nonnullis Pontificij juris profeſſoribus, qui ſummo pontifici aſſentantes & Cardinalibus, Papam eſſe ordinarium omnium ordinariorum, & nihil non poſſe ſemper habent in ore, & Cardinales Regibus æquiparantes, efficiunt ut regios ſæpe ſumant ſpiritus, & ad tolerandos ingentes ſumptus nihil quantumvis adverſum canonibus non ſibi licere perſuadeant. Longe certe ſatius eſſet Pontifici Max. à Chriſto traditam & Conciliis confirmatam poteſtatem ita prædicare, ut interea admonerent, eam non ad Eccleſiæ ruinam ſed ædificationem eſſe convertendam, & Cardinales ut intra ſuos limites ſe continerent, & tum verè ſe Reges eſſe ſcirent, ſi animos regemum... rent, & vehementioribus imperarent perturbationibus, & omnia ſua conſilia eo conferrent, ut & ipſi rectè ſuis præeſſent parœciis, & pontifici perſuaderent ut ne latum quidem unguem à veteribus diſcederet canonibus, niſi vel ſumma urgeret neceſſitas, vel evidentiſſima alicujus Eccleſiæ utilitas. Quod quidem ut fiat cum totius Eccleſiæ, tum vel ipſius pontificis maxime intereſſe, quis eſt tam cæcus qui non videat? Elapſi jam ſunt centum & quadraginta duo anni, ex quo in

Epiſcopi non paſcunt gregem ſuũ.

Adulatio profeſſorũ iuris Põtificii.

Concilio Conſtantienſi cœptum eſt agi de reformanda Eccleſia in capite & in membris. Id cùm creato Conſtantiæ Martino Pontifice Max. in aliud tempus eſſet dilatum in Concilio Baſilienſi paulo poſt ſerio agi cœptum eſt. Sed intercedente Eugenio, & ab eo Ferrariam primum, deinde Florentiam tranſlato concilio, cum Baſileæ Fœlix eſſet creatus pontifex Max. adverſus Eugenium, ſchiſma in Eccleſia exortum, effecit ut Concilium Baſilienſe non ubique approbaretur. Cujus quanquam acta fuerunt valde laudanda, non ſunt tamen ejuſmodi, ut veterem, quod eſt in primis neceſſe, omnino reparent diſciplinam. Mirum eſt autem quod qui hoc Concilium tantis laudibus extulit Æneas Sylvius, mox creatus pontifex & Pius appellatus id improbavit. Ab eo tempore uſque ad Tridentinum, nam de Lateranenſi quid attinet dicere? nullum fuit Concilium in quo ſit aliquid perfectum, quod omnium bonorum votis maxime expetitur, de antiquis Eccleſiaſticis moribus reſtituendis. At interea quot ſe partim corroborarunt, partim recentes exortæ ſunt hæreſes, quæ cùm inter ſe in cæteris propemodum diſſideant, in hoc quidem certe maxime conſentiunt, quod Rom. ſedem omnes oppugnant, & ad eam evertendam nullas non adhibent machinas, nullum non movent lapidem. Quorum quidem falſis dogmatibus cum facile reſiſtant Catholici, quid enim afferunt quod non jamdiu abhinc damnatum, & ex Orci tenebris ſit rurſus revocatum? in vituperandis quidem Cleri moribus, & inſectandis Epiſcoporum & Preſbyterorum moribus ac vitiis quod ſuum munus non recte

Conciliũ Conſtantiẽſe.
Baſilienſe.
Schiſma exortũ in Eccleſia.
Æneas Sylvius poſt Papa Pius.
Lateranenſe.
Tridentinum.
Omnes hæreſes ſedem Romanam oppugnãt.

Digitized by Google

obeant, ſe fatentur omnino inferiores, ſe enim veris vinci agnoſcunt. Et inter Hæreticos quidem & Catholicos in hoc convenit, quod lapſa ſit Eccleſiaſtica diſciplina, in eo autem diſcrepant, quod Hæretici Hierarchiam omnem & Sacerdotalem ordinem cupiant evertere. Catholici autem unitatem conſervantes, deformatæ Eccleſiæ vicem deplorant, & ut ea reformetur omnibus votis Deum obſecrant. Quæ niſi fiant, nolo malè ominari, ſed vereor ne hic cancer in dies latius ſerpat, cui tollendo nec ferrum nec flamma ſatis fuerit. Si Adrianus quidem ſextus Pontifex Max. in primis pius & doctus, tandiu fuiſset ſuperſtes donec Rom. curiam male ubique audientem, quod quidem in animo habebat, reformaſſet, & impedimenta illa, quæ quo minus in Lutherum animadverteretur obſtant, centum inquam illa Germaniæ gravamina, quæ pontificis legato in Imperij conventu, quem diætam vocant, fuere expoſita, ſuſtuliſset, pacatam hodie & tranquillam, quantum conjici poteſt, haberemus Eccleſiam. Sed dum in Hæreticos & ſeditioſos homines qui Eccleſiæ pacem perturbant, ſevera, ut par eſt, ſcribuntur edicta ac decreta, de moribus vero ultima, imo vero nulla fit quæſtio, fit ut ex noſtrorum vitiorum inſectatione in vulgi aures & animos ſe inſinuantes, & deinde ſua perverſa dogmata afferentes, facile perſuadeant. Quo fit ut uſque adeo creſcat eorum numerus, ut iis quorum eſt recta & ſyncera fides, incipiat jam eſſe formidandus. Sed de his hactenus. Redeundum enim eſt ad alterum quod reſtat exponendum incommodum, quod ortum eſt ex eo poſſeſſionis

Inter hæreticos & catholicos in hoc convenit, quod lapſa ſit Eccleſiaſtica diſciplina. Sed aliis in rebus maxime diſcrepant. Adrianus ſextus.

Digitized by Google

vocabulo quod eſt in veteri verſione. Ex eo enim orti ſunt iſti quos vocant patrimoniales tituli, qui nobis indoctorum & ignavorum incertiſque ſedibus errantium preſbyterorum tantam pepere-re multitudinem, ut ex iis poſſent in externas regiones juſtæ deduci coloniæ. Quod autem tam multi ordinentur hæc eſt in primis cauſa, quod cum ſatis juſtus videatur titulus ad hoc ut ordinetur, ſi quis habeat unde vivat: ſunt autem à tributis immunes ſacerdotes, ad aſſequendam immunitatem curant plurimi ſe referri in numerum ſacerdotum. Sunt autem etiam plurimi, qui cum ſint ut indoctiſſimi, ita etiam omnium rerum plane egeni, ſperant ſe ſacerdotio vindicaturos in otium, & ex quotidiani ſacrificij mercedula victum eſſe paraturros. Quibus autem utantur fraudibus ad circunſcribendum Canonem, cum poſſeſſionis ſeu patrimonij juſtus dicatur titulus, eſt longe evidentius quam ut ſit hoc loco diceudum. Conſtat quidem certè plurimos prædium aliquod ſeu ruſticum ſeu urbanum precario tantiſper accipere dum ſacris fuerint initiati, quod re perfecta ſtatim reddant, ut qui vel jurejurando ſe obligarint, vel ei à quo acceperant ſe reddituros caverint. Non deſunt etiam qui duodecim quandoque juratos teſtes producunt, qui aſserant eorum facultates ad ipſos alendos ſufficere, cum tamen ipſi certo ſciant ſe pejerare, adeo ut quod olim apud Græcos, nunc apud ordinandos multis in locis uſurpetur illud: Da mihi teſtimonium mutuum. Quod autem eorum teſtimonia facile admittantur non minima quoque cauſa eſt, quod dum Epiſcopi vices ſuas mandant quibuſdam avariſſi-

patrimoniales tituli indoctorũ & ignavorũ preſbyterorum magnã peperere multitudinem.

Abuſus in preſbyteris ordinãdis.

Epiſcopi ex ordinibus maxi-

mumre-ferunt quaſtũ.

mis, qui vocantur ſuffraganeis, ſi modo uberrimus eis quæſtus ſe offerat, in ſingulis examinandis nolunt eſse nimium curioſi: quanquam audio nonnullos etiam eſse epiſcopos, qui inter cæteros proventus quos percipiunt ex Epiſcopatibus, eum quoque quæſtum referunt vel maximum quem faciunt ex ordinibus, cùm tamen in jis conferendis vicaria utantur opera. Ex his itaque factum eſt ut ordine Sacerdotali nihil ſit hodie partim invidioſius, partim odioſius & contemptibilius. Et in invidiam quidem alios vocant ingentes ex pluribus beneficiis quæ vocantur accumulatæ divitiæ: alios autem in odium & contemptum adducunt craſsa ignorantia vitaque profligatiſſima & diſsolutiſſima: quos quidem ſuæ nequitiæ eo minus pudere conſtat, quod cum nullam certam habeat ſedem, eorum apud quos degunt parum aut nihil verentur exiſtimationem, ut qui mox alio ſint migraturi ſi eis viſum fuerit, & nuſquam ſperent ſibi defuturum quod ex ſacrificio eis ſolvetur pretium. Proſtant enim ubique Sacerdotes ejuſmodi tanquam mercenarij, expectantes dum quiſpiam eos conducat. Quæ quidem indignitas incogitantibus & inconſideratis hominibus magnam præbet occaſionem, ut non Sacerdotes ſolum malè audiant, ſed etiam illius unici & jugis ſacrificij quod quotidie offertur reverentia, proh dolor, omnino tollatur, cum ſanctiſſima myſteria ab indignè ea tractantibus ad quæſtum converti videant. Quæ omnia ſunt magna ex parte ceſsatura, ſi κώμη, ut diximus, vertamus, non poſseſſionem ut vetus interpres, ſed pagum, ut juſtus ſit titulus non quãtuncunque patrimonium,

Digitized by Google

ſed pagus in quo ut ſuum munus obeat ordinetur. Nec me tamen fugit recentiores aliquot pontifices in conferendis ordinibus non alio ſpectaſſe, quam ut qui ordinatur haberet unde viveret: ſed in hac ſum ſententia ut exiſtimem longe melius conſultum iri Chriſtianæ Reip. ſi verus hujus antiquiſſimi Canonis revocetur uſus, qui vel non ſatis intellectus, vel certè non obſervatus, longe graviſſima invexit incommoda. Quem quidem Canonem ego adeo plenè & perfecte optarim obſervari, ut quod eodem canone decernit ſancta ſynodus, quæ ſecus facta fuerit ordinatio, ea ſit plane irrita & nullius momenti, & minime poſſint operari qui abſolute ordinantur, ad probrum ejus qui ordinavit. Non autem quod poſtea recentiores Pontifices, in aliquot decretalibus epiſtolis, voluerunt valere quidem ordinationem, ſed ordinatum ab Epiſcopo alendum, donec beneficio collato ei providerit. Meo enim judicio plus ſemper debent habere auctoritatis quæ à plurimis à ſancto Spiritu congregatis patribus, inter quos ſunt etiam qui vicem gerunt ipſius pontificis, fuerunt conſtituta, quàm pontificum reſcripta quæ ſubinde mutantur, & tempori & perſonis quandoque ſervire non abs re judicantur. Apud me quidem non poteſt non magnum habere pondus illud præclarum Zoſimi pontificis dictum: Contra ſtatuta patrum contendere aliquid vel mutare ne hujus quidem ſedis poteſt auctoritas. Cui dicto ſi poſteriores paruiſſent pontifices, in tot forte calamitates minime incidiſſemus. Reſtat nunc ut explicemus quemadmodum fieri poſſit ut hic canon hodie tanto-

Zoſimus Pōtifex.

Digitized by Google

pere deformatus, veterem quidem, ſed jam ita deletam ut nova cenſenda ſit formam ſuſcipiat. Locus ſane difficilis. Sunt enim omnia adeo immutata & confuſa ut veteris Eccleſiæ faciem vix poſſis agnoſcere, & timendum eſt ne dum ejus ſordes & ſqualłorem vis abſtergere, ad vivum nimium reſecans, nounullis dolorem afferas intolerabilem. Nec dubito quin ſint nonnulli qui ſentiant eſſe ſatius τὰ ἀκίνητα μὴ κινεῖν, quam fruſtra laborare, & ea tentare quæ non poſſunt fieri. Nec me fugit eſſe plurimos, qui ſi de reparanda eccleſiaſtica diſciplina ſit ineunda ratio, ſint protinus reclamaturi, ut qui vel ſuam imminui potentiam, vel de ſuo quæſtu aliquid decedere ægre ferant. Qui ſunt à nobis rogandi ut publicæ cauſæ Eccleſiæ ſe paulo præbeant æquiores, & ſi nihil afferre poſſint quo oſtendant quæ mox dicturi ſumus, non eſſe Chriſtianæ reip. utilia, non committant ut omnibus aperte ſuam oſtendant avaritiam, dum privata commoda præponunt publicis in re tam neceſſaria: & Eccleſiæ ſalute ſuam quoque contineri exiſtiment, quæ culpa ſuorum miniſtrorum in maximum eſt adducta diſcrimen. Priuſquam autem de tota re aggrediar dicere quid ſentiam, dicendum eſt aliquid de Concilio Baſilienſi & noſtra pragmatica ſanctione, & de conventis inter Leonem Pontifi. Max. & Franciſcum bonæ memoriæ Regem Chriſtianiſſimum. Concilio Baſilienſi & pragmaticæ quæ ſecundum ipſum facta eſt ſanctioni, quantum Gallica debeat Eccleſia, nemo eſt qui poſſit verbis ſtatim conſequi. Nam quamvis veterem illam non omnino reſtituit diſciplinam, plurima tamen pulcherri-

Quo modo Eccleſiæ ſtatus veterem ſuſcipiat formam.

De Cõcilio Baſilienſi & Pragmatica ſanctione, & de conventis inter Leonem papam & Frãciſcum

Digitized by Google

me conſtituit, quæ rebus male affectis & exulceratis non contemnendam fecere medicinam. In eum quidem certe locum res Eccleſiaſtica tunc fuerat redacta, ut ei opis aliquid attuliſſe magnum quid fuerit ac plane divinum. Nam partim quidem mandatis, gratiis, quas vocant, expectativis, unionibus & reſervationibus agebantur ac ferebantur Eccleſiæ miniſteria: partim autem ab iis quorum erant partes Eccleſiaſticis muneribus præficere, virtutis & doctrinæ tam parva atque adeo fere nulla habebatur ratio, ut ei rei merito ſuccurrendum & conſulendum duxerit. Pulchre itaque primum decrevit, ut libere eligendi iis quorum erat, plena relinqueretur poteſtas. Deinde ut iis qui in Academiis aliquot annos ſtrenuam navarunt operam reſervaretur tertia pars beneficiorum, certis conferenda menſibus, nec cuiquam ex iis plane eſſe proviſum cenſeretur, donec ducentorum florenorum ſummam eſſet conſecutus. Præclare quidem quod doctorum virorum eſse habendam duxerit rationem: minus autem præclare, quod potius perſonæ provideat quàm Eccleſiæ. Illud quoque fortaſse minus videtur laudandum, quod cum eos apud eccleſias quæ jus habent conferendi vel nominandi, ſua nomina in ſcripta referre juſserit, & iis qui retulerint, ordine ſervato conceſserit veluti legis actionem ad vacantia beneficia, nec ambitionem & plura beneficia habendi cupiditatem videtur improbare: & dum quilibet jus ſuum perſequitur, immortales alendi lites, à quibus Eccleſiæ miniſtros decet omnino abhorrere, neceſsariam præbet occaſionem. Hinc exiſtit quod apud judices, qui

primum Regem Gallorũ.

Digitized by Google

Nulla de re frequentius diſceptatur in foro quam de cauſis benefi cialibus.

de beneficij poſseſſione tanquam de re quæ non ſit ſpiritualis, cognoſcant, de nulla re frequentius diſceptetur quam de cauſis beneficialibus. His accedit quod cum raro accidat ut unum beneficium impleat ſummam ducentorum florenorum, ſi quiſpiam ſit jam unum adeptus beneficium quod totam ſummam non impleat, & contigerit alterum vacare beneficium, ut ad id poſſit agere, à canone ſolvatur neceſse eſt. Fiet itaque ut cùm duo ſimul habeat beneficia, vel ab utroque vel ab altero ſaltem abſit neceſse eſt: cumque eodem Concilio cautum ſit, ut juxta veteres canones, non liceat ab una Eccleſia tranſire ad aliã, niſi id vel neceſſitas vel Eccleſiæ poſtulet utilitas, canone tamen ſolutus, nulla, ut ſunt corrupti hodie mores, nec neceſſitatis, nec Eccleſiæ utilitatis habita ratione; duabus præerit Eccleſiis: & cum temerariam illam & prope effrenatam à canonibus ſolvendi ſeu diſpenſandi, quam jamdiu uſurparunt pontifices, cauſa non cognita poteſtatem, vituperet Concilium, eam tamen ex eo confirmat ac ſtabilit, quod id concedat ad quod citra eam non poſſit perveniri. Raro enim accidit ut citra quam vocant diſpenſationem, unum obtingat beneficium quod implere poſſit ſummam ducentorum florenorum. Mitto nundinationes & cauponationes, quæ exercentur à compluribus antequam ad definitam illam ſummam perveniant, quæ eos ita totos occupant, ut nec lectioni nec ulli honeſtæ actioni poſſint vacare. Quinetiam permulti lites quantumvis iniquas non ſolum obviis, ut aiunt, ulnis excipiunt, ſed etiam ultro conquirunt, dum ſibi perſuaſerunt litigando jus acquiri. Mit-

to etiam quod & liberales artes, & eam quæ in rerum divinarum contemplatione verſatur ſcientiam, quam turpe eſt aliud ſibi proponere præter ſolam cognitionem, efficit ancillari quæſtui & illius annui proventus cupiditati. Hinc certe fit, ut cum gradum illum quem vocant aſſequi ſatis ſit, nec aliud requiratur quam ab Academia fuiſſe approbatum, quod ſæpe citra magnum fit negotium, plurimi quidem doctrinæ titulum, nempe gradum, ambiunt: pauci autem admodum, veram & ſolidam doctrinam perſequuntur. Complures quoque eum gradum aſſecuti, qui ad beneficia quibus inhiant eos poſſit provehere, tanquam præmio potiti ſe ſocordiæ & otio totos dedunt. Mitto etiam quod dum juris artiumque & medicinæ profeſſoribus ad beneficia patere vult aditum, non videtur magnopere requirere ut ij qui Eccleſiæ præficiuntur, ſacris literis aliquam dederint operam, quod tamen feciſſe neceſſe eſt eum qui ut qui ut verbo Dei populum paſcat ordinatur. Hæc me movent ut Concilium Baſilienſe & noſtram pragmaticam exiſtimem Eccleſiæ non ſatis providiſſe, cum iis qui aliquot annos literis dederunt operam, & ſtudiorum inſignia ſunt aſsecuti, reſervat tertiam partem beneficiorum. Etſi autem in electionibus ſedulo laboraverit, ut quovis prætextu nihil juris in iis haberet ſummus pontifex, ſed Canonici Epiſcopos, Cœnobiarchas eligerent Monachi, quoniam hoc videbatur eſſe jus eorum proprium: efficere tamen non potuit, quin, ut res hominum in dies labuntur in deterius, eorum electiones partim precibus partim pretio ſæpe tentarit atque adeo oppugna-

Multi perſequuntur gradum non doctrinã.

Digitized by Google

rit ambitio. Quod quidem fortaſſe nonnullam videtur dediſſe cauſam, ut quod ad jus eligendi attinet, Concilio Baſilienſi & pragmaticæ derogaretur ſanctioni, & conventione facta inter Leonem pontificem Max. & Franciſcum Regem Chriſtianiſſimum, Regi fieret poteſtas nominandi, jure confirmandi relicto pontifici. De qua quidem hoc tantùm dicam, nullam potuiſſe excogitari expeditiorem eligendi rationem, & in quam minus cadere poſſit crimen ambitus, quam cum nominandi ad eum defertur arbitrium, qui nec pecunia oppugnari, nec gratia inflecti, nec precibus vinci poſſit. Quod quidem facile intelliget qui conſideraverit, quàm eſset olim laborioſa & periculi plena concertatio, quoties de eligendo agebatur Epiſcopo vel cœnobiarcha, quæ tota hodie ceſsat cum ab unius Regis nutu pendet nominatio, cui vix unquam refragatur pontifex. Detur modo à rege opera ut ij ab ipſo nominentur, qui munus ſibi impoſitum ſuſtinere poſſint & velint pro dignitate, quod tamen pauciſſimos in hodiernam diem conſtat feciſſe, & in poſterum facturos eſse vix ulla ſpes eſt, ſi, ut fit, ex aulicis ſolum nominentur Epiſcopi ac Cœnobiarchæ. Fatebuntur cuncti Francorum Eccleſiæ nihil potuiſſe eſse conducibilius, quam id in unius arbitrium conferri, qui in nominando non aliud unquam ſibi proponit quam utilitatem Eccleſiæ cui vult provideri. Quod ſi in nominando hoc tantum agatur, quod abſit, ut operæ veluti merces ac remuneratio munera dentur Eccleſiaſtica, nemo erit, opinor, vir bonus & pius, qui non votis expoſcat veterem illam, non ſolius quidem cor-

Digitized by Google

rupti Cleri electionem, ſed quam à Clero factam ſuo teſtimonio univerſus populus comprobabat. Hoc quidem certe nemo eſt qui non intelligat, Epiſcopi reſidentiam adeo eſse neceſsariam, ut abſque ea populus vix contineri poſſit in officio, præſertim cum omni ex parte exoriantur Lupi qui gregem conantur diſcerpere ac devorare. Neque vero Epiſcopi ſufficit præſentia, ſi non etiam det operam ut munus ſuum recte obeat. Epiſcopi eſt proprium munus docere populum. Id ſi non poſſit præſtare, quod vel vox ſit nimis exilis, vel non ſatis valida latera, vel quæcunque alia ſit cauſa, curet ſaltem ut aliquis vir pius ac doctus, ejus vice hanc neceſſariam ſuſcipiat provinciam, & ipſe concionem ſua ornet præſentia. Incredibile eſt enim quantum moveat populum ejus aſpectus, cui intelligit ſui curam eſse mandatam. Neque vero ſatis eſse ducendum eſt, ſi tempore quadrageſimæ aut adventus Domini ad populum habeatur concio: ſed providendum eſt ut omnibus diebus dominicis ſit vir aliquis pius & doctus, qui in ſingulis Cathedralibus Eccleſiis, verbi Dei famem qua laborat populus, pro viribus conetur ſatiare. Nihil certè eſt quod Catholicæ Eccleſiæ adverſariis plus tribuat auctoritatis apud imperitum vulgus, quam frequentes quas habent ad populum conciones. Quod ſi tantum apud eos habet pondus falſa ſcripturæ interpretatio, à qua Spiritum ſanctum procul abeſse certum eſt, quid futurum eſse cenſendum eſt ſi vera Eccleſiæ dogmata in verbo Dei prædicando populo explicentur? Eſt pręterea Epiſcopo quotannis tota ſua diligentiſſime obeunda diœceſis, & de ſacerdotum

Epiſcopo quotannis obeunda ſua diœceſis.

moribus accuratiſſima facienda eſt inquiſitio: & maximopere providendum eſt ne quid uſquam deliteſcat, quod poſſit detrimentum afferre Eccleſiæ. Atque hæc quidem ut fiant, vicaria non eſt utendum opera: & cùm ſit juris divini commiſſum ſibi gregem paſcere, procul eſt expellenda falſa illa nonnullorum opinio, qui exiſtimant ſatis paſcere qui paſcit per alium, cum de mercenario ſatis conſtet quid dicatur à Domino. Ab Epiſcopatu quidem certè abeſſe vix unquam licet, niſi cum vel ad tempus juſta avocat cauſa vel gravis neceſſitas. Quod cum Tridentinum Concilium pulchre conſideraſſet, nec ut in duabus diœceſibus Epiſcopi officio quiſquam rite fungeretur fieri poſſe vidiſſet, cavit ne quiſquam habere ſimul poſſet duos Epiſcopatus. Sed quid refert unumne ſolum an plures habeas, cùm in unico quem per canonem tibi ſolum habere licet non plus reſideas, quam ſi plures haberes quos non liceret habere per canonem? Cauſa quidem illius condendi canonis quænam fuerit, nemo eſt qui non intelligat, nempe ut cum unam ſolam haberet Epiſcopus diœceſim, facilior & expeditior eſſet illi provincia, & eo melius & diligentius ſuum munus obiret. Sed quid juvat eum condidiſſè, cùm ejus effectus ſit penè nullus? Quotuſquiſque enim eſt hodie qui præſens fungitur ſuo munere? Quotuſquiſque eſt qui cum Epiſcopi ei mandatur munus, aliud ſibi proponit quam fruendos proventus, & non tum præclare ſe ſuo functum officio exiſtimat, ſi ad conferenda beneficia vicarium, ad ordines & conſecrationes ſuffraganeum, ad exercendam juriſdictionem

ſubſtituat Officialem? Quod cum ubique fieri eſt maxime dolendum, ante oculos quidem certe Pontificis, cujus eſt curare ut conciliorum inviolata maneat auctoritas, quotidie obſervari Epiſcopos qui Eccleſiis ſuis deſertis Romæ habitent, quis ſatis explicare poteſt quam ſit indignum, quantis lachrymis proſequendum? Miſerabile certe, miſerabile boni omnes illud Romæ judicant ſpectaculum, cum catervæ cernantur Epiſcoporum, qui malunt aſſectando Cardinales ſe eorum ſervitio mancipare, quam in ſua parœcia ſuum obeundo munus Chriſto ſervire. Quos certè ſi ſummus Pontifex flagellis, non ex Eccleſia, ſed ab urbe Roma ad Eccleſiam ſuam expelleret, is mihi vicarij Chriſti officio rite fungi videretur. Et interea, ſi Deo placet, exortus eſt Epiſcopus, qui non eſſe juris divini Epiſcopum in ſua reſidere diœceſi, literarum monimentis reliquit conſignatum, melius certe ſuam operam collocaturus, ſi & reſidens exemplo, & ſcribens exhortatione ut ſuo fungerentur officio Epiſcopos incitaſſet. Sed de Epiſcoporum quidem electione hactenus, qui niſi quales loco eligantur, & præſentes ſuo fungantur munere, video, video, inquam, quod tamen Deus avertat, Eccleſiæ maximum impendere periculum. De cœnobiarcharum autem ſeu Abbatum quid dicam nominatione? Dicamne præſtabilius fuiſſe, Abbates, ut Concilium volebat Baſilienſe, eligi à Monachis? quaſi vero non fatendum ſit, propter eorum vitia, quid enim? aliud dicam, juſto Dei judicio eis ablatam fuiſſe electionem? Dicamne mihi minus placere Cœnobiarcharum, quæ ex Regis nominatione hodie fit

Plurimi Epiſcopi ſerviunt Cardinalibus nō Chriſto.

Non viritus eſt ſcribere Epiſcopus, non eſſe juris divini in ſua reſidere diœceſi.

Abbatū electio.

Digitized by Google

electionem? Quaſi vero quidquam referat quid mihi homunculo, terræ pene dixerim filio, placeat aut diſpliceat, cum nominationem ab illuſtriſſimo Rege factam ſummus comprobat pontifex. Ea vero mihi videretur non ſolum non vituperanda, ſed etiam ſummis efferenda laudibus, ſi nonnulla tollerentur incommoda, quæ ſunt apertiora quam ut cælari aut diſſimulari poſsint, quæ tamen fatendum eſt non tam ipſius rei vitio, quàm culpa hominum accidiſſe. Atque vero hic referunt, quod nonnullis videtur indigniſſimum, vaciferantibus nunc omnia αἶο ποταμῶν, Olim neminem fuiſſe Imperatorem qui non prius militiæ ſtipendium meruiſſet, nullum Abbatem qui non antea fuiſſet Monachus: nunc autem ita eſſe moribus comparatum ut ex Monacho nunquam creetur Abbas. Nam nec Monachis deſunt ſua quibus fruantur beneficia, nec eis magnopere curandum eſt ſi non fiant Archimandritæ, cùm ejuſmodi onera etiam oblata deberent reſpuere, ut quæ à contemplatione & oratione, cui eos ſemper deditos eſſe oportet, avocent. Et certè ſi divinitus quandoque contigerit ut eis commendentur monaſteria, qui honeſta aliqua fructuum portione contenti, reliquam in alendis & inſtituendis monachis, in pauperibus recreandis, in ædificiis reparandis conſumant, nihil poſſet accidere optabilius, nihil magis expetendum. Sin autem ita ſe gerant Commendatarij quomodo omnes fere ſe videmus gerere, ut qui commendarunt monaſteria, eis videantur omnia comedenda propinaſse: non poterat, ita me Chriſtus amet, ea major calamitas accidere. Videmus hodie à compluri-

Commendatarii.

bus

Digitized by Google

bus teneri monaſteria, qui cùm ædificia omnia minentur ruinam, ne uno quidem lapide admoto eam fulciant: cùm indoctiſſimi ſint monachi & diſſolutiſſimi, nec eos curant certa continendos diſciplina, nec præceptores adhibent qui eos erudiant, atque utinam non eſſent etiam qui ſuo exemplo eos ad flagitia invitarent. Cùm olim ſoleret ſtatis diebus ab Abbatibus eleemoſynæ aliquid erogari, id totum in uſus ſuos convertunt, & pauperes quos alere debebant, ſubtractis alimentis occidunt. His accedit quod cum nullus ſit canon, qui vetet quo minus plurima uni poſſint commendari monaſteria, ſintque nonnulli, quorum avaritiam, &, ut ſignificantius Græcè dicam, πλεονεξίαν, ne univerſus quidem orbis terrarum ſatiaverit, frequenter accidit ut in diſtinctiſſimis locis eis commendentur monaſteria, quæ nunquam ne per ſomnum quidem viſant, ſatis habentes ſi fructus ex eis perceperint, ex quo quidnam eveniat quis eſt tam cæcus qui non videat? Hæc ergo niſi ſublata fuerint incommoda quæ ſunt longe graviſſima, quiſnam erit vir bonus, qui non veterem ſi fieri poſſit, malit electionem? Si rurſus tollantur, non hanc expeditiſſimam Regis nominationem, à qua omnis ambitio, omnis prehenſatio, omnis quæ in ſacris eſt execranda per pecuniam oppugnatio, omnis quæ per vim fit impreſſio, procul abſit neceſſe eſt, non ſummis cumulet laudibus? Sed qua tandem, inquies, ratione hæc auferri poterunt? Temerarium fortaſſe videbitur qualemcunque meam de rebus tantis proferre ſententiam, præſertim cùm in hoc florentiſſimo regno tot ſint viri ſapientiſſimi, qui

hæc & longe melius intelligunt, & ad res moderandas ſunt quaſi natura procreati, & longo rerum uſu exercitati, Reip. tamen bono, quo nihil mihi eſt carius, incitatus, & Regis Chriſtianiſſimi æquanimitate fretus, qui quantopere cupiat Eccleſiæ miniſtos ſuo rite fungi officio, cum multis aliis abunde declaravit, tum haud ita pridem promulgato de reſidentia decreto. Si hoc quod ſum dicturus eſt futurum ex uſu Eccleſiæ, ut mihi futurum perſuadeo, ut id aliquando fiat non poſſum non optare. Sin minus: meum quidem ſtudium & animi propenſionem, ut æqui boni conſulatis vos rogo & obſecro. Atque hoc primum quidem ſtatuo eſſe extra omnem controverſiam, leges ita eſſe ferendas, ut, quod præclare alicubi dicit Ariſtoteles, hominis arbitrio & voluntati minimum loci relinquatur. Nam cum ea ſit natura hominis ut facile depravetur & in pejus mutetur, hoc quoque mali accedit, quod id quod fit exemplo, jure quoque fieri exiſtimant. Quamobrem hoc mihi primum videretur providendum ut certis legum finibus homines ita contineantur, ut extra eos omnem ſibi poteſtatem interdictam intelligant. Cùm ergo inter cætera hoc ordini Eccleſiaſtico magnam afferat offenſionem, quod Commendatarij, vel propter monaſteriorum eis commendatorum multitudinem, vel quod ea ſita ſint locis disjunctiſſimis, non poſſint ea, ut deberent, viſere, & eorum curam gerere, eſſet lege certus conſtituendus numerus, ultra quem nemini liceret commendatum accipere monaſterium, & certi conſtituendi termini, ultra quos non liceret Commendatario ſuſcipere curam alterius

Leges ita ſunt ferendæ, ut hominis arbitrio minimum loci relinquatur.

Digitized by Google

monaſterij. Ita enim forte fieret ut & eos puderet in legem committere, & rex benigniſſimus ab eis interpellatus liberrimè denegaret quod per jus dare non poſſet. Concilio Tridentino cautum eſt ut non liceat canone ſolvere ad adminiſtrandum ultra duo beneficia, quibus adjuncta eſt cura animarum. Paulus quoque 4. Pontifex Max. qui navis Petri hodie clavum tenet, in hoc eſt maximè laudandus, quod in reſcriptis quibus ſolvit à canone, hanc ſemper addit clauſulam: Si modo ſecundum beneficium ab altero diſtet tantum per diætam. Quod quidem ideo facit, quod non vult nimis diſtinctum intervallum obſtare quominus poſſit commode utramque adire Eccleſiam. Hoc ipſum forte eſſet ſtatuendum in iis quæ commendantur monaſteriis. Neque vero ſunt audiendi, qui tenent monaſteriorum minorem eſſe habendam rationem, quam beneficiorum quæ adjunctam habent curam animarum. Quaſi vero non ſint etiam rationis participe anima præditi Monachi, quorum exitium de manu Archimandritarum Deus eſt requiſiturus, ſi eorum culpa id acciderit. Dolendum profecto, dolendum eſt, quod cum olim tot viri pietate & doctrina inſignes prodierint è monaſteriis, Baſilius, Gregor. Nazianzenus, Joannes Chryſoſtomus, Gregorius Pontifex Max. Benedictus, & alij innumerabiles, qui ſuis & exemplis & ſcriptis Dei Eccleſiæ plurimum profuerunt, hodie magna ex parte eſt ſumma Monachorum inſcitia cum vitio conjuncta, quæ tota ferè eſt adſcribenda Commendatariorum negligentiæ, qui non dant operam ut bonos & doctos habeant Præceptores. Valde etiam dolendum

Non minorem habendam rationem monaſteriorum quam beneficiorum curatorum.

Digitized by Google

eſt, quod cum calamitoſiſſimis his temporibus pauperum ſit maximus proventus, ablata ſint eis alimenta, quæ antequam exorirentur iſti Commendatarij, certis diebus publice ſuppeditabantur è monaſteriis. Quinetiam quis non angatur animo, cum videt templa auguſtiſſima & pulcherrima ædificia partim minari ruinam, partim jam corruiſſe, cum interim monaſteriorum proventus quomodo conſumatur quid opus eſt dicere? His certe rebus propediem futurum eſt ut niſi opportunum afferatur remedium, & monaſteria & monaſtica diſciplina funditus intereant. Non eſſet autem forte alienum lege cavere ut monaſteriorum fructus ita dividerentur, ut cum eſſet certus conſtitutus Monachorum numerus, quem non poſſet pro ſua libidine minuere Commendatarius, certi quoque aliquid conſtitueretur quo ſe poſſent alere & veſtire, eorum habita ratione, id eſt, ita frugaliter, ut non dum luxu diffunditur Commendatarius, ipſi ægri famem ſolentur. Deinde ut etiam ex eis honeſtum conſtitueretur ſtipendium, quod daretur Præceptori, qui in literis Monachos inſtitueret: ut & qui ex eis ordinantur ſacerdotes, illotis, ut aiunt, manibus ad tantum munus non accedant, & ne ſint plane, quod dicitur ὄνοι λύρας: & qui ſacris non initiantur, ex aſſidua ſacrorum librorum lectione ſuam cui eos totos dicatos eſſe oportet augeant contemplationem. Deinde ut ex eis fructibus certum quid deducatur, quod conferatur in neceſſariam tam ſacrarum ædium quam profanarum reparationem. Conſtitui autem oportet hæc omnia auctoritate Regia, ut nulla ratione liceret Commendatariis ab eis reſilire, ut cum eis commendata traderentur mo-

Salubre Conſilium.

naſteria, ſimul etiam ſcirent quænam onera ſint ab eis ſucipienda. Quæ ſi detrectent, aut minus fideliter ac diligenter procurent, cogi poſſint, in monaſterij bona injecta manu regia. Hæc ſi fiant, quæ, ut arbitror, nemo erit tam iniquus qui non eſſe intelligat æquiſſima, quis regiam nominationem per quam monaſterio præficitur Commendatarius, non pluris faciat quam turbulentam illam, litibuſque, odiis & ſeditionibus obnoxiam, quæ olim erat monachorum electionem? Si autem Commendatariorum arbitratu, imo vero libidine, qui fere omnia hodie ad uſus ſuos convertunt, cuncta temere agantur ac ferantur, de monaſteriis & monaſtica diſciplina mihi actum eſſe perſuadeo. Atque de his quidem hactenus. Reſtat autem ut oſtendamus non obſtare Pragmaticam, nec inter Regem & Pontificem conventionem, quominus noſter canon obſervetur. Sed quoniam videntur nonnulla etiam alia intervenire impedimenta, ea ſunt removenda, ut poſtquam nihil fuerit quod nos amplius remoretur, explicatiſſima & expeditiſſima ineatur ratio, noſtrum canonem in eum reſtituendi locum, unde temporis injuria & linguæ Græcæ inſcitia diu abhinc fuit deductus. Atque hoc quidem primũ valde videtur obſtare, quod cùm dixerimus hanc eſſe mentem canonis ut ordintio fiat ad Eccleſiam ſeu ad titulum non autem tum demum fiat ordinatio ſi ordinandus Eccleſiam habeat ſeu titulum: ex beneficiis autem alia ſint, ut vocant, ſecularia, alia regularia: ad regularia quidem conferenda non ſemper plenum jus habeat Epiſcopus, cùm ab Abbatum præſentatione ea ſæpe pendeant: ſed

Digitized by Google

nec ad omnia ſecularia, cum plurima multis in locis pleno jure conferat conventus Canonicorum. Quinetiam cum ab eo qui jus habet nominandi præſentetur ordinandus, non videtur in his Epiſcopus poſſe ordinare ad titulum, ſed ordinare eum qui habeat titulum. Hunc nodum mihi recte videtur perſpexiſſe & pulchre explicaſſe F. Duarenus, etſi aliud ageret, lib. 3. de beneficiis dum tractat de Regalibus. Nam cum quæcunque facta fuerit collatio beneficij, ea non prius eſt perfecta & omnibus numeris abſoluta, quam ei cui collatum eſt beneficium manus fuerit impoſita, non dicendum eſt eum eſſe ordinatum quod habeat titulum, ſed ſi viſus fuerit idoneus, eſſe ordinatum ad titulum. Quod quidem multo magis verum eſt in eo qui nominatus præſentatur, cum ei non neceſſe habeat conferre Epiſcopus, ſi eum non inveniat dignum qui ordinetur. Quantumcunque autem hodie mutata ſit vetus forma præficiendi muneribus Eccleſiæ, ut ſtatim dicemus, ſi tamen Epiſcopus jus ſuum, ut par eſt, tueatur, neque concedat ut quiſquam præter canones vicaria utatur opera, evidentiſſime apparebit illum ordinare ad titulum. Cum enim eum cui collatum fuit beneficium diligenter prius examinatum ordinaverit, poteſt eadem opera curare ut ei publico edicto ſeu præconio ſpecialis deſignetur titulus ad quem eſt ordinatus. Nec me tamen fugit in regularibus huic canoni quotidie fraudem fieri, cum cuipiam Clerico, ut vocant, ſeculari commendatur prioratus (eſt enim his jam receptis utendum vocabulis) in quo ſacra tradit obeunda alicui Monacho preſbytero, ipſe autem ne

Duarenus.

Digitized by Google

ad minores quidem ordines progreditur. Huic autem fraudi facile occurri poterit, ſi certus conſtituatur numerus ſacerdotum in monaſteriis, qui dici poterunt aſſignati titulo monaſterij, ultra quos cum non poſſit ullus ordinari Monachus niſi ad certum Eccleſiæ titulum, neceſſe erit ut vel titulo cedat Commendatarius cum ſacra obire non poſſit, vel ſe ad prioratus titulum rite & canonice ordinari poſtulet, nec tanquam ignavus fucus alienis fruatur laboribus. Sunt autem fere omnes iſti prioratuum Commendatarij ex triplici genere hominum. Aut enim ſunt aulici qui affectantur magnos Cœnobiorum Commendarios: ij autem in otio & delitiis magnam vitæ partem conſumentes, ut poſſint ſuppeditare ſumptibus, beneficia quacunque ratione aucupantur. Cùm monaſtica autem beneficia, quod Monachi non ſint, jure tenere non poſſint, per pontificem ſolvuntur à canone. Alterum genus eſt eorum, qui tantum abeſt ut mundanis non implicentur negotiis, quod ab eo qui Deo militat exigit Divus Paulus, ut etiam toti verſentur in cognoſcendis litibus & controverſiis, adeo ut ſuarum Eccleſiarum ne per ſomnum quidem eis vacet meminiſſe, niſi ſi quando de exigenda agatur pecunia. Tertium eſt Canonicorum, qui etſi eſt adeo neceſſarium ut adſint in Eccleſia, ut citra magnum ſuum detrimentum eis vix abeſſe liceat, ſibi tamen collata quæcunque beueficia etiam remotiſſimis in locis non dubitant admittere. Quoniam antem ij in cathedralibus & collegiatis, quas vocant, Eccleſiis, & juris & auctoritatis hodie habent plurimum, de his nobis eſt aliquid dicendum, quantum ex

Quales fere ſint hodie prioratuũ Cõmendatarij.

Quid D. Paulus exigat ab eo qui Deo militat.

Digitized by Google

canonibus & ex conjecturis nequaquam levibus poſſumus conſequi. Atque primum quidem illud conſtat cum ex canonibus tum ex Iuſtiniani conſtitutionibus, olim Epiſcopi & Clericorum unum fuiſſe velut corpus, cujus caput erat Epiſcopus. Alebantur autem ij omnes Eccleſiæ facultatibus, quibus adminiſtrandis conſtituebatur Oeconomus, ne eorum cura clericos avocaret à ſuo munere. Neque vero eæ ad Epiſcopi tantum & clericorum alimenta ſufficiebant: ſed & pauperes iis alebantur, hoſpites excipiebantur, ædes ſacræ reficiebantur. Quanquam autem in iis diſpenſandis præcipuum locum tenebat Epiſcopus, diſpenſare tamen non poterat niſi adſcitis preſbyteris ac Diaconis. Porro autem eorum clericorum varij erant ordines, ut qui gradatim proveherentur ad ordinem preſbyterij. Ordinabantur autem ab Epiſcopo, præſente & adſtipulante clero, & non ſine populi teſtimonio. Dicti autem ſunt clerici Canonici, quod canonicè viverent. Quanquam hoc canonici vocabulum nuſquam reperiatur in antiquis Canonibus, præterquam in Concilij Laodic. can. 14. qui vult non licere alicui canere præter canonicos Pſaltas: & in concilio Maguntiaco quod fuit tempore Caroli Magni, ex quo perſpici poteſt ejus adhuc tempore, clericos canonicos in communi ſimul vixiſſe. Atque cum Imperium quidem tenente Iuſtiniano in tantam multitudinem creviſſet numerus clericorum, ut eis alendis non ſufficerent facultates Eccleſię, edita eſt ab eo cõſtitutio ut eſſet certus ac definitus numerus clericorum. Procedente autem tempore, cum ut eſt veriſimile communio pareret diſcordiam, vi-

Canonici.

Concilium Laodicenſe. Maguntiacum. Canonici in communi ſimul vivebant.

ſum eſt commodiſsimum ut quaſi quodam communi dividundo judicio, inter Epiſcopum & clericos Eccleſiæ bona dividerētur. Hinc factum eſt ut duo vocabula mortalium generi, teſte Platone, longe pernicioſiſſima, meum ſcilicet & tuum inveherentur in Eccleſiam. Hinc factum eſt ut nihil habeat Epiſcopus commune cum cœtu canonicorum, quem vocant capitulum. Neque vero ſatis fuit inter ſe dividere prædia ac poſſeſſiones, niſi eſſet, de pauperibus interim aut nulla aut perexigua facta mentione, etiam utrorumque diſtincta juriſdictio: & eo uſque res proceſſit ut tandem perfecerint Canonici ut in plurimis locis Epiſcopus in eos nullam habeat juriſdictionem, utque ſint omnino exempti, adeo ut nec eos quidem viſitare liceat, quod tamen à Concilio Tridentino nuper fuit abrogatum, etſi nondum obſervetur. Et quod ad beneficiorum quidem attinet collationes, ut canonicatus quidem ac præbendas cum dignitatibus fere omnibus conferat Epiſcopus, niſi aliqua ſint collegia quæ jus habent eligendi: parœcias autem partim Epiſcopus, partim conventus Canonicorum, niſi vel præſentent Archidiaconi, ut qui magna ex parte levent Epiſcopum onere viſitandi, vel patroni tam laici quam Eccleſiaſtici. Atque operæ pretium quidem eſt videre quemadmodum permulti ſe gerant Canonici in his collationibus. Nam cum conferendi beneficia ſint ſtato tempore cuilibet ſuæ vices, vel in conferendo ſibi invicem gratificantur, vel ea famulis ſuis conferunt quos habent in poteſtate, ut quando vivunt fruantur ipſi collatæ Eccleſiæ proventibus, quam nec ipſi, nec quibus eam

contulerunt famuli unquam inviſunt, niſi forte ut ſe oblectent, magis quam ut vel tantillum ſuo fungantur officio. His ſic expoſitis, reſtat nunc ut videamus quemamodum fieri poſſit, ut nec Pragmatica ſanctio, nec Pontificis Regiſque conventio obſtet quo minus noſter obſervetur canon. Atque primum quidem hoc ſtatuto, in poteſtate eſſe Epiſcopi nemini concedere ut in adminiſtranda Eccleſia vicaria ullius utatur opera, ſed quilibet per ſe ſuo fungatur munere. Quod ſi fiat, quodcunque beneficium ſcholaſtico literaturæ gradum fortè conſecuto obtigerit, ſi id quidem ſit Eccleſia quæ curam requirit animarum, ad eam ordinetur, & in ea reſideat oportet, cum minimè admittatur vicarius. Sin autem canonicatus, vel, ut vocant, præbenda, Eccleſiam curam animarum requirentem, prius obtinere non poterit, quam canonicatu ceſſerit, cum in utroque ſimul ſacrum munus per ſe obire neque per vicarium adminiſtrare liceat. Quotieſcunque autem pinguius aliquod obtigerit beneficium, quod vult ſibi conferri ut ducentorum Florenorum ſummam conceſſam impleat, id poterit quidem aſſequi ſi priori ceſſerit: utrumque enim habere non poterit, cum in utroque non poſſit reſidere. Fiet itaque ea ratione ut ceſſent tot lites, tot nundinationes, tot cauponationes, quæ inter eos exercentur priuſquam ad ſummam conceſſam pervenerint. Quoniam autem hoc totum ex eo pendet ut nulli liceat conſtituere vicarium, duo cuperem regio edicto caveri: unum, quod edicto Regis Henrici de reſidentia prius cautum fuerat, nempe ut in prædia, & poſſeſſiones Eccleſiæ ejus

qui præſens non fungeretur ſuo munere, injiceretur manus Regia: alterum ut graviſſimè animadverteretur in Epiſcopū, qui vel gratis admiſiſſet Rectoris Eccleſiæ viccarium, quanto magis autem ſi accepta pecunia? Hoc quidem tanti eſt momenti, ut niſi utrumque conſtituatur, fruſtra laboretur in reſtituenda Eccleſiæ diſciplina. Neque vero eſt quod quiſpiam dicat Regem miſſurum eſſe falcem in meſſem alienam. Nam cùm ejuſdem ſit, ut Principis Chriſtianiſſimi, protegere ac tueri Eccleſiam, quid in hoc ſibi ſumat citra quod id explicari ac effectum reddi non poſſit? Quamdiu enim Eccleſiæ bonis frui licet, etiamſi ad ea nunquam accedas, ad opes quidem, ut ſunt corruptiſſima hodie ingenia, aſpirabunt & ſe ingerent plurimi, ad opus autem & ſuum officium faciendum fere nemo. quod quidem Eccleſiæ exitium afferat neceſſe eſt. Nec eſt quod exiſtimet quiſquam ægre laturum pontificem, ſi ei tollatur occaſio ſolvendi à canonibus: ægre ferent fortaſſe menſarij & ſcriptores aliqui, qui ex Eccleſiæ incommodis ſua venantur commoda, ipſe autem pontifex, cujus maxime intereſt, ut quibus commiſſæ ſunt Eccleſiæ ſua obeant munera, ut qui intelligat non alia ratione expellendas hæreſes & reddendam orbi Chriſtiano tranquillitatem, non invitus ea carebit moleſtia: maxime cùm eum non prætereat vix fieri poſſe ut recte per ſe perſpectas habeat juſtas cauſas ſolvendi à canone eos qui in regionibus habitant disjunctiſſimis: temere autem quod petitur, modo ſit aliquis prætextus, concedere, eſſe plane hominis diſſoluti, nedum ſapientis & juſti pontificis. Quanquam negari non poteſt incidere ſæpe

Regis eſt Eccleſiā tueri.

cap. de multa praben. & dignit.

tempora, ut ſit aliquis ſolvendus à canonibus; ſed id faciendum eſſe cauſa cognita nemo ſanæ mentis iverit inficias. quod quidem vel ex Lateranenſis Concilij capite, quo maxime pontificiæ nituntur diſpenſationes, pulchre poteſt intelligi. Nam circa ſublimes & literatas perſonas vult per Apoſtolicam ſedem poſſe diſpenſari. Diſpenſari quidem poteſt, ſed non paſſim & citra ullum diſcrimen: alioqui ea jam non erit juſta & legitima diſpenſatio, ſed profuſa diſſipatio: & ne putaret ſe quaſlibet ſublimes & literatas perſonas ſolvere poſſe à canone, prudentiſſime adjecit, cum ratio poſtulaverit. Quænam autem ratio hoc poſtulabit niſi vel Eccleſiæ utilitas vel neceſſitas? quæ duo ſunt ſemper ſpectanda ſi agatur de mutatione ſedis Epiſcopalis & cujuſvis Eccleſiæ. Quanto autem magis ſi agatur ut præficiatur quiſpiam duabus Eccleſiis? Quorum quidem cum non poſſit ſatis certam habere notitiam ex iis qui per equos diſpoſitos curſu citato Romam petunt: ut cauſa cognita poſſet id quod æquum eſſet ſtatuere, de ea re diſceptandum eſſet in provinciali Concilio, ſecundo quoque anno congregando, cui intereſſet Pontificis legatus, vel de Concilij ſententia a Canone ſoluturus, vel Pontifici renuntiaturus, ut ſi videatur ſolvat. Mature enim de re tanta cenſeo eſſe deliberandum, quæ tanti eſt momenti, ut ex ea vel reformatam, vel planè deformatam habituri ſimus Eccleſiæ diſciplinam. Cujus ſi in dies labentis, atque adeo iam fere omnino lapſæ non miſertus, quod abſit, Pontifex Max. obſtinato animo vellet cauſa non cognita quoſlibet à canone ſolvere, poſſet Rex Chriſtianiſſimus uno ſolo edicto de

Provinciale Cōciliū ſecundo quoque anno congregandū.

antiquis obſervandis canonibus & diſpenſationibus Roma non petendis, eadem opera & de regno ſuo optimè mereri, quod per eas diſpenſationes pecuniis mirandũ in modum exhauritur, & de ordine ſacerdotali, qui ad priſcam illam adminiſtrandæ Eccleſiæ formam revocaretur. quod quidem quàm ſit neceſſarium ex hoc poteſt intelligi, quod ſi aliquot ab hinc ſeculis integra & inviolata manſiſſet Eccleſiæ diſciplina, tot erroribus, tot ſectis & ſeditionibus, quæ ex male obito Eccleſiæ miniſterio originem cepere, nullus in orbe Chriſtiano eſſet relictus locus: Pontifici autem maximo, ut pote vero Chriſti vicario, in omnibus parendum eſt quæ pertinent ad Eccleſiæ ſalutem & ædificationem: in iis vero quæ aperte tendunt ad ejus exitium non dubium eſt quin ipſa Eccleſia & qui ejus tuendæ partes ſuſcepit Rex Chriſtianiſſimus, non ſecus ac Petro Divus Paulus ei poſſit in faciem reſiſtere, quoniam in eum juſta cadit reprehenſio. Nihil autem eſſe quod Eccleſiæ majorem afferat perniciem, quam nimis frequentes hujuſmodi diſſipationes, diſpenſationes volui dicere, exiſtimo neminem eſſe qui non ſentiat, licet ſint fortaſſe qui non lubenter id fateantur, quod privata commoda publicis anteponant. Illud quoque nequaquam videtur omnino concedendum, ut cui collatum eſt beneficium quod annexam habet curam animarum, prætextu ac favore ſtudiorum ei permittatur, ut ad aliquot annos non fiat ſacerdos. Nam cui confertur ejuſmodi beneficium, ejus ſimul electa videtur induſtria. Qui ſi ſit dignus, ſuo fungatur officio. Sin indignus, non eſt permittendum ut idonei & digni locum fruſtra occu-

per. Sed reſtat nobis adhuc unus ſcrupulus, qui niſi eximatur, non poterit noſter canon plene & perfecte ſervari. Nam cum noſtro canone caveatur ut nemo abſolute ordinetur: abſolute autem ordinari dicatur qui ordinatur ad titulum, patrimonij autem non ſit ullus, ut dictum eſt, titulus: plurimis autem Eccleſiis opus ſit multis ſacerdotibus, unus autem ſolus ad titulum dicatur ordinatus, nempe is qui eſt Eccleſiæ præfuturus, quomodo invenientur cæteri ſacerdotes qui ſerviant Eccleſiæ? Hunc ſcrupulum, ut eximamus, dicendum eſt non eſſe verum unum ſolum preſbyterum ordinari ad titulum, ſed eos omnes ordinari ad titulum, qui ordinantur ut in aliqua Eccleſia ſacra obeant. Eſt quidem unus cæteris præfuturus, quem Preſbyterum Cardinalem olim fuiſſe Romæ appellatum arbitror. Nec enim eſt conſentaneum unum ſolum Preſbyterum fuiſſe Romæ in illis qui dicuntur titulis, ſed multos quidem fuiſſe Presbyteros, unum autem Preſbyterum Cardinalem. Ut ergo canon noſter exacte obſervaretur, eſſet in ſingulis Eccleſiis definiendus certus numerus Presbyterorum, qui ad Eccleſiæ titulum ita ordinarentur, ut inconſulto Epiſcopo illinc non poſſent diſcedere, nec ad aliam transferri Eccleſiam, niſi id Eccleſiæ poſtularet utilitas vel neceſſitas. Ita fieret ut nec Eccleſiis deeſſent ſacerdotes, & ceſſaret errantium hic & illic ſacerdotum, fere dixerim colluvies, qui univerſo ordini ſacerdotali probrum ac dedecus afferunt. Ut autem ab Eccleſia procul expellatur omnis turpis lucri, & affectionis, ut ita dicam, carnalis ſuſpicio, non ſunt temere admittendæ permutationes & eæ renuntiatio-

Quid ſit abſolute ordinari

Digitized by Google

nes, quæ, ut eorum verbis utar, fiunt in favorem. Eccleſiæ enim utilitatis ſemper habenda eſt ratio, quæ niſi re rite perpenſa & examinata ſatis cognoſci non poteſt. Cuicunque autem fuerit renunciata animarum curam exigens Parœcia, ea tum demum ſit omnibus numeris abſoluta, cum is in cujus favorem facta eſt renuntiatio, ordinandus oſtenderit ſe non eſſe indignum tali munere. Sed jam tempus eſt orationi noſtræ finem imponendi, Auditores, quæ ſi vobis paulo viſa eſt prolixior, facite ut cum veſtris animis cogitetis rem tantam non potuiſſe paucis verbis explicari. Atque utinam tam in manu mea eſſet quod verbis ſum proſecutus re effectum reddere, quàm non dubito pleriſque fere omnibus eſſe perſuaſum, id Chriſtianæ Reip. fore utiliſſimum. Quid enim poſſet eſſe utilius, quam ſi Epiſcopi præſentes ſuo fungerentur munere? ſi ij quibus manus imponunt, cum & Cleri & populi fuiſſent confirmati teſtimonio, ad certam ordinarentur Eccleſiam, à qua nunquam diſcedere, nec ad aliam migrare poſſent niſi cauſa cognita? ſi monaſteriorum Commendatarij non ſolum percipiendorum fructuum curam gererent, ſed & inſtituendorum in literis Monachorum, & alendorum pauperum & reficiendorum ædificiorum rationem habendam eſſe ducerent? ſi nullus afferri poſſet prætextus, qui obſtaret quo minus quilibet ſuum faceret officium? ſi litium, nundinationum, cauponationum, quoad ejus fieri poſſet, omnes tollerentur occaſiones? ſi indoctorum, flagitioſorum, & errantium ſacerdotum infinitus tolleretur numerus? ſi permutationum & renuntiationum non alius eſſet ſco-

Repetitio corũ quæ per totam ſparſa ſunt orationem.

pus, quam Eccleſiarum, non autem perſonarum utilitas? quod ſi his etiam accederet ut tam Epiſcopalia quam provincialia concilia rite celebrarentur, & in iis de delictis ſacerdotum mature cognoſceretur, & in eos ſevere animadverteretur, quis non videt priſcam illam tandiu exoptatam Eccleſiæ diſciplinam mox eſſe reſtituendam, cujus ſacroſanctam majeſtatem non ſolum hæretici, ſed etiam ipſorum cacodæmonum univerſus extimeſceret exercitus? Sin autem hoc unum ſibi proponat, quod abſit, ordo Eccleſiaſticus, ut pro libidine bonis fruatur Eccleſiæ, interim de ſuo munere nihil omnino ſolicitus, eum ab imminentibus periculis (falſus utinam ſim vates) ne ipſa quidem ſalus ſervare poterit.

Gentianus Hervetus.

Digitized by Google

NICOLAVS CLEMANGIS ARCHIDIACONVS BAJOCENSIS, DOCTOR S. THEOLOGIÆ PARISIENSIS,

De corrupto Eccleſiæ ſtatu.

Digitized by Google

Digitized by Google

EX JOAN. TRITEMIO, ABBATE Spanheimenſi, de Eccleſiaſticis ſcriptoribus.

NIcolaus Clemangis Archidiaconus Bajocen. vir in divinis ſcripturis eruditus, & in ſæcularibus literis nobiliter doctus, metro excellens & proſa, in gymnaſio Pariſienſi magiſterium ſacræ paginæ conſecutus, magnam eruditionis ſuæ evidentiam dedit. Scripſit utroque ſtilo multa præclara volumina, quibus luculentiſſimi ingenij ſui memoriam reliquit. De quibus ſubjecta feruntur ad Petrum de Aliaco Cameracenſem & Cardinalem ſupradictum, opus inſigne quod prænotavit.

De fructu Eremi. liber I.
De corrupto Eccleſiæ ſtatu. liber I.
De novis feſtivitatibus. liber I.
De materia ſchiſmatis. liber I.
Epiſtolarum ad diverſos, & alia multa.

Claruit temporibus Sigiſmundi Imper. & Concilij Conſtan. Anno Domini M.CCCC.XVII.

Digitized by Google

SEpultus eſt Lutetiæ Pariſiorum in Regalis Collegij Navarræ (cujus & alumnus fuit) ſacello ſub lampade ante ſummum altare. Cujus ſepulchrum ibidem verſibus inſignitum eſt, qui præ vetuſtate & ſcripturæ deletione legi nequeunt.

Digitized by Google

EVBVLVS CORDATVS
Monteſio ſuo S. D.

Mittis è Germania, ubi nunc agis; ſubinde novos libellos, quibus Romanam curiam quidam ſic depingunt, ut hic vel nati vel habitaſſe videantur. Sed non eſſe novam hanc querelam, libellus Nicolai de Clemangis, jam olim ſub Clemente ſeptimo conſcriptus, teſtatur. Quem è vaticana mutuatum bibliotheca, ad te mitto. Verum quid putas hunc autorem dicturum fuiſſe, ſi vel Alexandri ſexti Epicureiſmum, vel Iulij Martialem animum vidiſſet? ſub quibus etiam in negociatione præbendaria, multæ novæ technæ repertæ ſunt ad pecunias undique corradendas, & ab illis receptæ ſunt approbatæque, magis fiſci quàm Chriſti rem agentibus. Nempe quod hic ob bellorum ſumptus innumeris egeret; ille verò filiorum petulantiam, luxuriam, & tyrannidem legitimis proventibus fovere non poſſet. Cœte-

Digitized by Google

rum ſpes eſt rem Chriſtianam melius habituram ſub Leone hoc X. quando-quidem hìc non deſunt qui huic ſeriò conſulant. Primum ut Alvaros, Sylveſtros, & quicquid eſt Summularum, & Summulariorum prorſus aboleat, quòd per iſtos mundus ſeducatur, non ubique Evangelium aut Paulum ſecutos. Deinde, ut edicat ne poſt-hac vel Scoto vel Thomæ, vel cuiquam Sententiariorum fidatur, niſi ſacræ Scripturæ teſtimoniis agenti, non autem rationibus Phyſicis aut Metaphyſicis: alioqui nihil profuturum Concilium, ſi iſtis ſua maneat autoritas. Poſtremò conſulunt ut juſſu pontificis Decretales ad Evangelium & Pauli doctrinam conferantur per aliquos bonos viros, qui non Syllogiſmos, ſed Chriſtum habeant in pectore. Nam aiunt multas quæſtum & avaritiam olere, nonnullas tyrannidem, quaſdam arrogantiam & fucum. Sed multis ſecus videtur, præcipue Religioſis. Dij rem bene vortant. Recte fecerint noſtri, ſi in tempore reſipiſcant, priuſquam &c. Vale. Datum Romæ. Calendis Iuliis. Anno M. D. XIX.

Digitized by Google

NICOLAI CLEMANGIS ARCHIDIACONI BAJOCENSIS ET DOCTORIS THEOLOGIÆ PARISIENSIS,

De corrupto Eccleſiæ ſtatu Liber.

CUm heſterno die, ſacrorum eloquiorum codicem arripuiſſem, & quæ prima fuit obvia primam Petri epiſtolam legere cæpiſſem, incidi in ea verba quibus Apoſtolus ait: Tem- 1.*Pet*.4.
pus eſt ut incipiat judicium de domo Dei. Quæ non ſicut partes cæteras epiſtolæ in tranſcurſu pervolvi, ſed lectionis impetu aliquantulum remorato, concuſſam horrore quodam quaſi repente ſuborto mentem, in his meam hærere coegi, atque in ſe verba illa altiùs tenaciuſque defigere. Occurrerunt illico animo ſatis horrenti & perturbato, præſſuræ ac calamitates quas nunc Eccleſia perfert, & quaſcunque majores multò (niſi falſum mens conjiciat)

Digitized by Google

paſſura eſt. Occurrerunt & pariter cauſæ tantorum malorum juſtiſſimæ. Nam cum Eccleſiæ pios miniſtros (quorum dos & poſſeſſio Chriſtus eſſe debet) & ab omni contagione terrenæ cupiditatis excuſſos eſſe oporteat: cùm pudicos eſſe conveniat, & ab omni inquinamento, carniſque petulantia alienos, qui cœleſtia ſacramenta preciumque digniſſimum redemptionis humanæ tractant, conficiunt, aliiſque conferunt: cum pij eſſe debeant, qui piiſſimum judicem vicaria ſorte repræſentant: cùm juſti, qui juſtiſſimum, humiles qui humillimum, concordes & pacifici, qui pacis aque concordiæ inter Deum & homines aſſertorem manibus attrectant, eſſe debeant conciliatores ac mediatores, poſtremò cũ eos deceat omni luce virtutum clareſcere, qui in ſpecula poſiti, forma & exemplar vivendi cæteris eſſe debent: ſed pro his atque aliis quibus adornari deberent virtutibus, omnium colluvione vitiorum contaminati ſunt: quid tandem mirum, ſi illis multa adverſa eveniunt, aut ſi averſus ab eis Deus, immanitate facinorum, dicat per verba Pſalmiſtæ: Odivi Eccleſiam malignantium? Atque ut pauca de vitiis ipſorum, quibus ab irato Deo jure affligi meruerunt, enumerando perſtringam, primum à cupiditate (quæ omnium fomes ac radix eſt malorum) initium ſumamus.

1. Tim. 6.

CAUSA PRIMA.

Cauſa primitiva fundationis

NEmo eſt (vt opinor) qui non ſatis audierit & mente teneat, quantùm Chriſti eccleſiæ miniſtri (viri utique probata virtute clariſſi

Digitized by Google

mi, omnique tempore laudis merito celebrandi) terrenam opulentiam contempſerint, quamque nulla cura vel labore temporalia commoda quæſierint, ſolis victu & veſtitu abundè contenti, (habentes, inquit Apoſtolus, alimenta & quibus tegamur, his contenti ſimus) quamque liberaliter rem familiarem (ſi aliunde uberior obvenerat) ad inediam pauperum ſublevandam erogare curaverint. Metuebant profectò devotiſſimi homines, ſolam rerum cœleſtium meditationem animo gerentes, ne ſi ad hæc tranſitoria amplectenda, ſuum paulò latiùs affectum adjeciſſent, tantò animus eorum à ſpirituali contemplatione (cui ſe totos devoverant) avocatus, minus in Deum ferretur, quantò eſſet ad inferiora curanda atque cogitanda magis inflexus. Docti inſuper cœleſti magiſterio, Deo pariter & mammonæ ſervire non poſſe. Sed divina agente gratia, quantò magis aſpernabantur temporalem ſubſtantiam aut gloriam, tantò illis abundantiùs omni ex parte affluebat, inſtar umbræ, quæ ſequentem fugit: at verò ſi eam fugias, ſemper indefeſſa comes inſequitur. Cernentes etenim ſœculares homines tam principes quam alij locupletes, ejuſmodi virorum Dei, ſanctam & ſynceram converſationem, ab omni terrena fece, igne divini amoris excoctam, certabant undique illis copioſiſſima bona congerere, ut ab omni cura ſoluti, fervori poſſent devotionis (abſque interruptione) liberius incumbere, beatos ſe exiſtimantes, ſi aliquid quod de ſuis opibus in uſus iſtiuſmodi contuliſſent, recipere dignarentur, & pro ſe ſuorumque expiatione peccatorum, apud divinam cle-

& dotaecc.eſiarum.

1. Tim. 6.

Matth. 6.

Digitized by Google

mentiam interceſſores fieri. Sic multis præclaris dotibus opibuſque magnificis, Eccleſia aucta & inſignita eſt. Sic fundata cœnobia, conventus inſtituti, extructa capitula atque Collegia, ſic ſedes pontificales & parochiæ exortæ: ſic templa, ſic baſilicæ pulcherrimæ ſumptibus ingentiſſimis & mirabili opere ex principum plebiumque impendio fabricatæ: ſic denique omnes gradus univerſæque profeſſiones hominum eccleſiaſticorum in ampliſſimas copias excreverunt, quas primitivi illi Patres (qui ſuis eas adquiſierunt virtutibus) non in prophanis uſibus (quemadmodum nunc plerique) conſumpſerunt, ſed aut in eleemoſinas & hoſpitalitatem cæteraque charitatis ac pietatis opera impendebant: aut ſi quid iſtis operibus menſæque frugali ſupererat, in cellas ædificandas, ſi fortaſſis alij fratres cœlitus inſpirati, religionis gratia adveniſſent, inque alia paranda, quibus parandis opus erat, convertebant. Nullus his theſaurus erat niſi bonorum operum, ſed ampliſſimus ille & refertiſſimus. Nulla argentea vaſa nec aurea, ſtanneis & fictilibus bibebatur. Nullus magnorum equorum phalerarumque apparatus, nulla hiſtrionum turba præambula, nullus calamiſtratorum aut comatorum juvenum comitatus, virgatis monſtriferis habitibus, patulis & terratenus defluentibus manicis, quaſi ritu barbarico indutorum. Fœlix erat his incolis mundus, plenæ urbes & agri populis, quos nulla aut rara lues abſumebat, plena armentis ſtabula, pecora fœtubus, pomis arbores, ſata frugibus: quia & cœli temperies, terram in ſuo influxu ad apta quæque germina fœ-

De laude Priſcorum.

Digitized by Google

cundabat: Et terra nulli obnoxia maledicto, ſed uberi benedictione, horum interventu donata, quaſi ultro ferax erat omnibus bonis. Vivebant diu homines, proſperaque valetudine fruebantur. Nulla erat domi ſeditio, nullus foris metus, pacata omnia, tuta & tranquilla. Vigebant in hominibus illius ſæculi, charitas, innocentia, fides, pietas, juſtitia, ſyncera amicitia, rara fraus aut calumnia proximo fiebat: quoniam in ſancta vita & ſalubri doctrina paſtorum totius boni exempla, ſuo gregi æmulanda, relucebant. Tanta ſiquidem apud Deum erat talium virorum ex vitæ integritate potentia, ut ſuæ interceſſionis obtentu, bona mundus ampliſſima adipiſceretur, & adverſa pauca ſentiret.

II.

De inſolentia orta ex affluentia rerum tẽporalium in eccleſia.

VBi vero (ut ferè aſſolet) paululùm ex divitiis rerumque ſecundarum affluentia, luxus & inſolentia in Eccleſiam ſubjere, tepeſcere ſenſim cœpit religio, virtus hebeſcere, ſolvi diſciplina, charitas minui, tolli humilitas, paupertas opprobrio eſſe, ſimulque parſimonia. Sed ut pompis & luxui res ſubeſſet, avaritia crebreſcere; quæ non in ſuis diu contenta finibus, aliena non modò ambire, ſed rapere & invadere moliretur, inferiores opprimere, & tam jure quam injuria ſpoliare. Et quoniam latiſſimum hunc campum ingreſſi ſumus, libet de execrabili hac peſte (quæ Eccleſiam jam adeò conſumpſit ut pauca reſtent conſumenda) paulò latius loqui. Ordiri autem rectiſſimè a prophetico poſſumus oraculo, & cum ſancto Propheta Hie-

remia de miniſtris noſtris veriſſimè hodie dice-
Hier.6. re: A minimo uſque ad maximum omnes avaritiæ ſtudent, & à Propheta uſque ad Sacerdotem, cuncti faciunt dolum. Quid enim ſatis dicere de eorum avaritia inexplebili poſſumus, quæ laïcorum omnium negociatorum cupiditatem ſuperare videtur? immò quæ ſæcularibus univerſis, (ſeu principes ſeu plebei ſint) omnis injuſtitiæ, doli, fraudis, & rapinæ provocatio eſt, & incitamentum? dum ſimplices oviculæ paſtorum exempla imitantes, quæ eos agere viderint, ſibi licere arbitrantur. Sed nos iſtius peſtis nefariæ ab ipſo ſummo vertice uſque ad pedes originem & progreſſum videamus. Poſtquam (ſicut jam dicere cœperam) ex rerum opulentia, ſtudium temporalium mentes ſervorum Domini occupare cœpit, Deo ſimul & Mammonæ, duobus dominis tam adverſariis, non potuerunt pariter deſeruire. Fuit itaque neceſſarium, ut quantum diligentiæ in unius ſervitium impenderent, tantum alteri ſubtraherent. Quanto verò amplius animum ad temporalia lucra adiecerant, tantò magis illa ſitire, tantò amplius immergi in illis, ſicque à cœleſti amore longius averti cœperunt. Hanc enim divitiarum naturam novimus, ut quò uberius habentur, eo abundantius animum ad ſui ſemper incrementum majori accendere ſoleant concupiſcentia. Ita igitur factum eſt, ut paulatim extincto in cordibus eorum ſpiritu, frigeſcente charitate, tepente devotione, Deo denique oblito, ſolis terrenis fructibus capeſcendis inhiarent, ſola in dignitatibus beneficiiſque aliis emolumenta penſarent. Nulla pror-

Digitized by Google

ſus hodierna die in aſſumendis paſtoralibus ſarcinis, in curaque animarum ſubeunda, de ſervitio divino, de ſalute ſubditorum aut ædificatione, mentio habetur: de proventuum ubertate tantummodo & quantitate quæritur. Nec verò tantopere quæritur, quanti ſit præſenti homini & in Eccleſia ritè ſervienti valor beneficij, quàm quid ſuo poſſeſſori longius ocia agenti & perpetuò fortaſſis abſuturo, annuo proventu reddere valeat. Quis enim beneficium nunc poſtulans (neque enim cuiquam quantumlibet merito abſque poſtulatione inſtanti & importuna tribuitur) in eccleſia per eum requiſita inveſtigavit, quæ illic ſanctorum dotes, quæ capſæ, quæ reliquiæ habeantur? Quis de qualitate plebis (cui præeſſe expetit) de moribus aut vitiis interrogat? Quis monaſterium cupiens, de regulæ in illo obſervatione, de tenore religionis, cultu cærimoniarum, de ſubditorum diſciplina percunctatur? Quis humerorum ſuorum vires librat, an ſufferendo oneri cui ſe ſupponere quærit, ſufficiat? Quis ſua aut ſubditorum pericula conſiderat? Quis eis prædicat aut evangelizat? Quis viam per quam ad ſalutem perveniant, facto aut verbo demonſtrat? Imò verò quis hodie prælatorum, non quacunque via poteſt, ſuos undique ſubditos ſpoliat? Quis eorum miſeretur inopiæ? paupertati condolet? ſubvenit indigentiæ? Immò quis indigentiam ipſorum non jure & injuria amplificat? Et (ut ita rem ſe habere, à ſupremo eccleſiæ vertice, uſque ad membra humilia doceamus) primum de ipſo capite à quo cœtera pendent (ſi placet) inſpiciamus.

Digitized by Google

III.

De tribus vitiis ex quibus cæteræ mala orta ſunt in eccleſia. Luxu, faſtu, & cupiditate.

POſtquam ergo affluentiæ rerum mundanarum exuberantia & (majorum virtutibus poſtpoſitis) immenſa avaritia, cum cœca ambitione, virorum eccleſiaſticorum invaſit animos (quoad hoc conſequens fuerat, ut faſtu elationis atque dominationis extolli cœperint, & luxu effœminato reſolvi) tribus dominis exactoribus, utique infeſtiſſimis, fuit ſatisfaciendum: Luxui, qui delicias vini, ſomni, epularum, munificorum ludorum, effœminatorum lenonum, ſcortorumque expoſcebat: Faſtui, qui domos excelſas, caſtella, arces, palatia lata, & abundantiſſimam ſupellectilem veſtium clariſſimarum, equorum, familiarium pompaticam requirebat oſtentationem: & ſuæ cupiditati, quæ ingentes ad hoc theſauros ſtudioſius condebat, ut ad præmiſſa explenda ſuppeterent, aut ſi ſatis aliunde proveniret, explicanda eſſent, ad paſcendam ſaltem ex figuræ numiſmatis aſpectu, oculorum delectationem. Quorum proculdubio dominorum inſatiabilium ad exequenda mandata deſideriaque perficienda, aurea (ut in fabulis eſt) Saturni ſæcula (ſi orbi hac tempeſtate recurrerent) nec ſufficere poſſe viderentur. Quoniam ergo ad ea agenda quæ hæ tres rapaces Harpiæ exquirebant, nullus quantumlibet opimus & redditibus ampliſſimus præſulatus, ſufficere poſſe compertus eſt, ſubſidia aliunde quibus eis ſatisfacerent, excogitata ſunt.

Digitized by Google

IV.

SVmmi etenim pontifices (ut tandem ad eos veniam) qui quantum primatu & authoritate ſe videbant cæteris præſtare, tantum in hujus primatus & ſupremæ poteſtatis augmentum, plerunque ſe ſuper alios libidine dominandi extulerunt, cernentes emolumenta Romani epiſcopatus, Petrique patrimonium ſuper regna quæque ampliſſimum (licet eorum ignavia ſatis jam attenuatum) ad ſtatus reverentiam, quem ultra Imperatores & reges, omniumque gentium principes in excelſo extolli ſtatuerunt, nullo modo ſuffectura, in aliena ovilia lana & lacte copioſa, incurrerunt.

De exorbitantiis per ſummos pontifices in eccleſia introductis.

V.

OMnium quippe eccleſiarum vacantium, quacunque per orbem terrarum Chriſtiana religio protenditur, omnium præſulatuum aliarumque dignitatum electione fieri ſolitarum, jura & collationes ſibi attribuerunt, electiones ipſas à ſanctis olim patribus in tanta vigilantia & utilitate inſtitutas, caſſas atque irritas eſſe decernentes: ut vel ſic ſua uberius complere poſſent marſupia, ex omnique provincia Chriſtiano nomini dedicata, molem auri atque argenti infinitam ad ſuæ opus cameræ, ſedula negotiatione congregare.

De abolitione electionum & reſervatione beneficiorum.

Digitized by Google

VI.

De Camera Apostolica, quomodo exhauserit regna pariter & provincias.

QUæ camera quanti conſtiterit, quantum univerſas eccleſias, regna pariter & provincias exhauſerit, & inenarrabile eſt & prorſus incredibile. Sed fortè Romanæ ſedis antiſtites, creationem pontificum, collationemque ſuperiorum graduum eccleſiæ, idcirco abolitis electionibus, ad ſuum revocaverunt arbitrium, ut ſua proviſione ſalubriùs conſuleretur eccleſiis, rectoreſque in illis tum laudabiliores vita, tum doctrina præſtantiores inſtituerentur. Forſan ita factum hac de cauſa quis crederet, niſi res ipſa ex adverſo reclamans, apertiùs doceret poſteaquam hæc facta ſunt, ignaros inutileſque homines (dummodo pecunioſos) ad gradus ſublimiores Eccleſiæ, patrocinio Simonis evectos. Qui ſuſcepta creditaque ovilia qualiter adminiſtrent, poſterius dicam.

VII.

De expectativis & qualitate currentium ad curiā Romanam.

SEd de ſummis pontificibus inchoatus ſermo prius mihi abſolvendus eſt. Qui ut regifico luxu ſuum, quemadmodum habebant ſuper omnes mortalium magnificentias, ſtatum exaltarent, non ſolum ea egerunt quæ de electionibus audiſtis, verùm ut aurei rivuli omni ex parte derivati, ſuam uberius curiam irrigarent, omnibus diœceſanis & patronis præſentandi facultatem conferendique libertatem, quoquove alio modo de ſuis beneficiis diſponendi, ademerunt: interdicentes illis ſub pœna anathematis, ne

auſu temerario (ſic enim illorum loquitur tritum jam frequentiori uſu reſcriptum) ſub quovis beneficio ſibi ſubjecto aliquem inſtituere præſumerent, quandiu quis occurreret ex illis, quos ſua auctoritate beneficia illa expectare conceſſerant, qui illud adipiſci vellet. Quantus vero (Deus optime) expectantium numerus, ex illo tempore, & qualium undique effluxit, atque ibi præſto fuit! Non tamen à ſtudiis aut ſchola, ſed ab aratro etiam & ſervilibus artibus ad parochias regendas, cæteraque beneficia paſſim proficiſcebantur, qui paulò plus Latinæ linguæ quàm Arabicæ intelligerent, imò qui & nihil legere & (quod referre pudor,) alpha vix noſcerent à betha diſcernere. At morum in illis compoſitio, hanc fortè ignorantiam excuſabat. Imò ſi parum docti, negligentiùs morati, ut pote qui abſque literis in ocio educati, nihil niſi impudicitias, ludos, comeſſationes, jurgia, vaniloquia ſectentur. Inde omnibus in locis tot Sacerdotes improbi & miſeri atque ignari, qui ruinæ & ſcandalo ſua turpi converſatione ſubditis ſunt. Inde in ore vulgi tantus ſacerdotum contemptus, tanta vilipenſio. Inde totius ordinis eccleſiaſtici dedecus, ignominia, opprobrium, & nimis erubeſcenda converſatio, ſi erubeſcere ſcirent: ſed frons multorum attrita erubeſcere neſcit. Olim ſummo in honore apud ſæculares ſacerdotium erat, & nihil venerabilius presbyterali ordine. Nunc verò nihil abjectius aut deſpicabilius.

Digitized by Google

VII.

De vacantiis & aliis vectigalibus eccleſiam opprimentibus.

ADjecerunt autem ſummi Pontifices perſonis eccleſiarum & eccleſiis ipſis ultra præmiſſa onera, vectigalia alia ad illam ſuam cameram, imò potius charibdim, fulciendam. Statuerunt namque, ut quoties aliquem virum eccleſiaſticum, quacumque foret dignitate vel conditione, ex iſta luce migrare contingeret, aut ſuum cum altero quovis qualecumque beneficium permutare, totiens omnis proventus primi anni ſecuturi certam ad ſummam ſuo arbitratu taxatos, ſua memorata camera acciperet. Quod ſi illam fortaſſis ſummam annua fructuum collectio, aut ex diminutione fructuum, aut alia calamitate conficere non poſſet, triennali vel quandoque quadriennali fructuum exactione ad ſummam ipſam pertingi voluerunt. Quid prælatorum ſpolia, quid creberrimas decimas omnibus eccleſiaſticis indictas, quid angarias alias commemorem? quid conceſſas principibus ſuper clero univerſo à Papa & Pontificibus exactiones, cum ſæculari in illos ſolvendi coercitione? quid retentas procurationes, & ſine ulla viſitatione ab ipſis epiſcopis & archidiaconis ibi ſubtractas? qua neſcio an majorem plagam eccleſia ſuſtineat. Quantæ enim perniciei eſt, eccleſiarum viſitationes rectorumque reformationes penitus ſuppreſſiſſe atque extinxiſſe: de politiæ verò eccleſiaſticæ deſtructione quæſtum atque emolumenta percipere? Quid infinita alia quotidiana onera tributorum ab infortunatiſſimis eccleſiarum miniſtris exacta

Permutatio.

Viſitatio.

Digitized by Google

(quæ longum eſſet exequi particulatim) referam?

I X.

ADhæc autem omnia exigenda, & ad illam ſeu cameram ſeu potius charibdim dixerim tranſportanda, ſuos per omnes provincias collectores inſtituerunt, illos videlicet quos ſcirent in extorquendo argento, vel induſtria aliqua vel diligentia vel naturæ acerbitate acriores, & qui nulli omnino parcerent, nullum eximerent, ſed vel ex ſilice aurum elicerent: quibus & authoritatem annuerunt, quoſcunque etiam prælatos anathemate feriendi extraque communionem fidelium exturbandi, niſi intra præfinitos dies de poſtulata pecunia ſatisfacere curaſſent. Quanta autem hi Collectores mala egerint, quantum pauperes Eccleſias ac perſonas oppreſſerint, ne unquam ex loco iſto pateat exitus, utiliùs eſt præterire. Hinc illæ tot querimoniæ infœlicium eccleſiæ miniſtrorum, quos audivimus & cernimus ſub importabili jugo juge portare miniſterium, immò fame pereuntes. Hinc illæ ſuſpenſiones à divinis, illæ à templi liminibus interdictiones, illa anathemata graviſſima, totiens exaggerata, quæ non niſi rariſſimo uſu & pro horrendo ſcelere à patribus infligi ſolebant, cum per ea homo à fidelium contubernio ſegregatus, in poteſtatem ſathanæ redigitur. Sed hodiernis diebus adeò invaluerunt, ut paſſim pro leviſſimo quaſi delicto, ſæpe etiam pro nullo inferantur: ſicque in nullum timorem, ſed in extremum pervenerunt contemptum. Hinc præterea illæ tantæ eccleſiarum ruinæ,

De inſtitutione collectorum &c.

Dilatia.

Excōmunicatio. Interdictum.

Digitized by Google

Illa tot monaſteriorum excidia. Illæ ſacrarum ædium tot in locis ſolo æquatarum dejectiones: dum ea quæ in illis inſtaurandis ac reficiendis impendi ſolebant, in his tot vectigalibus exolvendis impenduntur. Quinetiam, ut compertum eſt, ex illis quibus res accidit, ſacroſanctæ Reliquiæ pleriſque in eccleſiis pro horum redditione tributorum, cruces, calices, feretra, aliaque precioſa ornamenta venierunt. Quis neſcit tot Abbatibus totve aliis prælatis, cum deceſſiſſent, cameræ præ inopia obnoxij, negata funeralia, negata exequiarum ſolemnia, negatam humationem, niſi fortè in agris, aut hortulis, aut profanis aliis ſedibus clanculò tumulati ſint? Coguntur (ut videmus) Sacerdotes præ anguſtia rei familiaris, ſuas villas, ſua loca, ſua beneficia deſerere, & famelici paſſim victum quæritare, laiciſque hominibus in prophanis officiis miniſtrare. Tulerunt aliquandiu hæc onera pingues adhuc & uberes eccleſiæ; ſed jam verè omnibus longo emungendi uſu exhauſtis, ultra portare nequeunt.

X.

De litigiis curiæ Romanæ.

S. Clemens Papa agens Avinione.

PRæterea multa alia me præterire neceſſe eſt, ſi ex hac velim abyſſo emergere: quot in Romana curia ſint (ſic namque illam vocabant, quamvis longè à Roma diſtaret) fraudes, quot doli, quot calumniæ, quot per illos litium venatores pecunia corruptos, contra innocentum jura inſidiæ, quot venalia illic judicia: quantùm ibi aurum valeat ad evertendum juſtitiam: quàm raròpauper optatum finem de lite refe-

rat, ſi modo adverſarium opulentum nactus fuerit: cur tam pauci admodum quocunque nituerint titulo, abſque lite & adverſario beneficium obtineant.

X I.

NAm quid hæ tot novæ regulæ & conſtitutiones per unumquemque pontificem editæ, vltraque antiqua jura & paternas ſanctiones obſervari juſſæ, niſi quidam captioſi laquei ſunt, atque uberrima litium materia quibus illi caviloſi curiales ſophiſticique jurium perverſores, ad exuſcitationem infinitarum litium contra jus & veritatem mille nocendi artibus abutuntur, ut vix aliquis inveniatur, etiamſi titulum ſole lucidiorem demonſtraret, qui abſque controverſia beneficium tulerit? *De regulis & conſtitutionibus cancellapia.*

X I I.

ITa namque florere & fœlicem eſſe ſuam illam affirmant curiam, ſi multis undique cauſis, litibus, querelis & concertationibus clamore inſaniſſimo præſultet: contrà vero inutilem, deſertam, inopem, ſi litibus ſit vacua, ſi pace gaudeat, ſi ſuis poſſeſſoribus ſua pacificè jura permittantur. Nihil itaque hodie vel parum intereſt, quo pacto beneficium quis habeat: utrumne vero oſtio verus paſtor introeat, an doloſè aliundè vel ut latro irrumpat. Quod ſi explorator aliquis intelligens, liquido poſſet diſcrimine utrorumque internoſcere numerum, quod non eſt apud me dubium, plures nunc latrones in eccleſia repertum iri, quàm veros paſtores, *De properitate curiæ Romanæ.* *Status. Eccleſiæ.*

ut jam vera ſit Chriſti ſententia qua ait ad negociatores de domo ſua ejectos: Domus mea domus orationis eſt, vos autem eam feciſtis ſpeluncam latronum.

XIII.

De ſtatu & introductione Cardinalium.

JAm vero Cardinalium qui Papæ aſſident verba tumentia, & geſtus tam ſunt inſolentes, ut ſi artifex quiſpiam vellet ſuperbiæ ſimulacrum effingere, nulla congruentius ratione id facere poſſet, quàm Cardinalis effigiem oculis intuentium objectando. Ex ſortis tamen infimæ clericatu, in hanc elationem cum ſedis apoſtolicæ pompatus incremento, pervenerunt: quippe quibus id olim erat negotij, ut efferendis mortuis ſepulturæque mandandis inſervirent. Nunc verò philacteria ſua in tantum dilataverunt, ut non modo epiſcopos, (quos epiſcopellos ſolent paſſim vocare) ſed Patriarchas, Primates, & Archipræſules velut infra ſe poſitos deſpiciant: imò ſe jam ab illis ſupplicibus propemodum adorari ſinant: quinetiam Reges ipſos æquiparare contendant. Sed hac eorum omiſſa vanitate, quis immenſam & inextricabilem voraginem ipſorum concupiſcentiæ verbis æquare valeat? Nulla prorſus ad hoc verba ſufficiunt, nullum ingenium, nulla facundia. Quoniam vero de re iſta plenè diſſerere non noſtræ facultatis eſt, pauca ſolùm ſummatim attingam ex acervo grandiſſimo excerpta.

Origo Cardinalium.

Digitized by Google

IV.

Atque in primis, quantæ illud aviditatis eſt, quòd tantam multitudinem beneficiorum invicem repugnantium tenent? quod monachi ſimul & Canonici ſunt regulares & ſeculares? quod ſub eodem habitu omnium religionum ordinum, profeſſionum, jura & officia beneficiaque poſſident? Non quidem duo vel tria, decem vel viginti, ſed centena & ducentena, & interdum uſque ad quadragenta vel quingenta aut amplius: nec parva vel tenuia, ſed omnium pinguiſſima & optima. Quibus ſi contenti eſſent, poſtquam ad ſummam illam numeroſam perventum eſſet, nec ultra quærerent, proſperè cumpauperibus clericis, qui reliquias eorum expectant, ageretur: ſed quantumcumque ad numerum aut ſummam venerint, ad ampliorem feſtinant, & aſſidue feſtinant, & ardentius feſtinant. Novas indies gratias, novas conceſſiones petunt, quas cum ſenſerint ad finem properare, in integrum reformari, aut denuo in majus augeri ſine ulla ceſſatione expoſcunt. Sic omnia vacantia (quæ alicujus ſunt momenti) amplectuntur, omnia rapiunt, omnia auferunt: nihil omnino, ſaltem quod fructuoſum ſit vel pauculum nimis, aliis partiendum relinquitur. Nec tamen ſitis illa, unda tanta beneficiorum extinguitur, ſed vehementius ardet, & arentes animi fauces magis ſemper accendit, non modo illis fructibus omnium eccleſiarum toto orbe conſtructarum, ſed neque tota auri mole quam Tagus ſuis arenis ſecumvhit, quamque Pactolus volvit explebiles.

De multitudine beneficiorum cardinalium & eorũ incompatibilitate.

XV.

De contractibus ſimoniacis.

CErnentes igitur inopes alij & calamitoſi eccleſiaſtici, nihil ſe poſſe conſequi, ſed omni prorſus ſpe alicujus boni niſi his auctoritatibus deſtitutos, non habentes quid faciant, aut quo ſe vertant, ad hos ipſos ſe conferunt, & aut cum ſimoniaca pravitate beneficia ab eis mercantur, aut penſione annua (quod æque ſimoniacum eſt) ab illis redimunt, aut veſtigiis eorum advoluti, in ſuam familiam admitti poſtulant, ut vel longo famulatu, ſæpe etiam ignominioſo aliquem in eccleſia titulum pariant. Nam quid hodierna die eſt, quod ſibi aliquis de probis moribus vel eruditione quo promoveri valeat blandiatur? Non jam his artibus (ut quondam apud majores fieri ſolitum eſſe accepimus) ad honores eccleſiæ aſcenditur, ſed illis quos modò retuli, quaſque ſæcularium poteſtatum famulatu & importunis petitionibus paulopoſt relaturus ſum.

Simoniaci.

XVI.

De ſtatu beneficiorũ Cardinaliũ.

IN monaſteriis autem & locis aliis in quibus beneficia Cardinales occupant, quomodo Deo ſerviatur, quomodo domus & ædificia labentia reparentur, res ipſa loquitur. Omnia illic corruunt, omnia labuntur, omnia pereunt: adeo ut ſæpe oporteat omnem ab eis adminiſtrationem per laicam manum ſubtrahi, donec reparationes ibi neceſſariæ (quæ nunquam aliâs fierent) expletæ ſint. Quomodo ibi vivatur, qualis diſciplina aut regula obſervetur, nihil ad

Laici.

Digitized by Google

eos attinet, dummodo ſuorum procuratorum ſolertia burſa ſua nummis multis onuſta redeat. Sed jam diutiùs quàm oportuerit, leviora rerum mediocrium detrimenta querimur; ruinam potiùs univerſalis Eccleſiæ, ex dira ambitione horum proborum virorum profectam queramur. Quis enim neſciat feram truculentiſſimam, omnia exterminantem, conſumentem, profligantem, ſectionis ſcilicet ſchiſmaticæ horrendam peſtem, per nequitiam Cardinalium in eccleſiæ gremium injectam, fotam, auctam, propagatam, tandiu inveteratam? quæ quanta cum pernicie per tres fermè & viginti annos eccleſiam omnibus viribus, omni laude, omni honore nudaverit, quantùm eam in profundum omnium miſeriarum malorumque dimiſerit, vix Tullius (ſi reviviſceret) ſatis eloqui poſſet.

Quo anno hæc ſcripſit.

XVII.

TRanſeo ſimoniacas apud Papam interceſſiones, tranſeo patrocinia venalia: tranſeo corruptiones aut promotiones turpiſſimas & damnatiſſimas, quæ omnes ferè iſtis auctoribus & ſuaſoribus fiebant: tranſeo mercedes & ſtipendia temporalium dominorum, quæ cum maximo eccleſiæ diſpendio capiebant, ut in eorum negociis adjutores & curatores & Conſiliarij forent, magis illis proculdubio quam eccleſiæ conſulentes, imo dum eis placerent, eccleſiæ incommoda minimè curantes. Nec enumerare volo eorum adulteria, ſtupra, fornicationes, quibus Romanam curiam etiam nunc n ceſtant. Nec referre obſcœniſſimam illorum

De omiſſione multiplicium vitiorũ eccleſiæ.

Digitized by Google

familiæ vitam, à dominorum tamen moribus nullatenus abſonam. Sed nec illud etiam refero, quod uſuras & commercia publicè exercent: quod mercatoribus ac numulariis pro mutuo mutuant pecunias: qua ex cauſa numularios tabulæ, non incongruenter eos quidam vocant. Hæc omnia aliáque permulta etiam graviora (quæ longa nimium narratione oneroſam redderent orationem) prætereo.

XVIII.

De promotionibus ad inſtantiā Principum per Papam ſolitis fieri.

SEd me præterire non decet priuſquam de hac curia egrediar, quantam & quam abominabilem fornicationem Papa & hi ſui fratres, cum ſæculi principibus inierint. Namque ut ſua dominia, imo vero ut ſuam tyrannidem omnibus nec injuria ſupra modum inuiſam, inconcuſſa ſtabilitate confirmare poſſent, ſicque tuto quodcunque libitum eſſet peragere, temporalium principum, ad quorum ſe imitationem componere atque conformare in animum induxerant, captare amicitias, favores conquirere, quacunque poſſent induſtria ſtuduerunt: nunc multa beneficiorum his pro quibus exegiſſent largitione, nunc enceniis & donis, nunc promiſſis uberrimis, ſæpe aſſentationibus & gnatonicæ doctrinæ verſutis fraudulentiis. Itaque (ne longum faciam) adeo ſe & eccleſiam univerſalem eorum arbitrio ſubjecerunt atque deciderunt, ut vix aliquam parvulam præbendam niſi eorum mandato vel conſenſu in provinciis eorum tribuere auſi eſſent. Si epiſcopus aliquis obierat, ſi decanus vel præpoſitus, vel alia quæ-

Data Beneficia à Papa.

libet perſona eccleſiaſtica, quis in demortui locum ſurrogari appetens, non prius ad Regem quam ad Papam ibat? imò vero quis ita inſanus ut abſque regiis literis ad papam poſtulaturus accederet? Mirabile dicturus ſum, & quanquam vix credibile, verum: tamen ſi quis Papæ neceſſarius, propinquus, familiaris aut quolibet alio titulo dilectiſſimus, pro ſua apud eum promotione inſtitiſſet, regales ante omnia ab ipſomet pontifice jubebatur literas quærere: alioquin ſe fruſtra niti, omniaque tentamenta in vacuum abitura, quantumcunque ad gratiam illi faciendam, Papæ eſſet proclivis animus. Quàm vero importune, quam improbè, quam manu (ut ita dicam) enſifera, terreni ipſi domini per ſuos ſollicitati, Papam per ſuas quotidianas literas urgebant, nequaquam credibile foret, niſi res uſu aſſiduo promulgata, certitudinem faceret. Plus enim præceptoriis & comminatoriis ſcriptis agebatur, quàm commendatoriis vel precatoriis: quibus ſi detrectaſſent pontifices obtemperare, & alteri quam pro quo petebatur contuliſſent, certum erat illum non recipi. Sic itaque omnes vacantes præſulatus, omnia beneficia fructuoſa, ſœcularis illa familia omnium rerum eccleſiæ myſteriorumque ignora, vi atque importunitate extorquebat. Nulli eruditi viri (de literarum ſacrarum eruditione loquor) nulli probi, juſti, virtuoſi, qui curiarum limina rariùs terunt, ad ſuprema dignitatum faſtigia veniebant: ſed ambitioſi quique, ſed adulatores, ſed hiſtrionici, ſed omnibus vitiis imbuti, quales in aulis principum frequentes conſpicimus. Nam quotuſ-

quiſque hodie eſt ad pontificale culmen evectus, qui ſacras vel perfunctoriè literas legerit, audierit, didicerit? immo qui ſacrum codicem niſi tegumento-tenus unquam attigerit, cum tamen jurejurando juramentum illas in ſua inſtitutione ſe noſſe confirment? Vt pontificia tenent homines ignari & illiterati, ſic qui literati ſunt, hi ſolummodo temporalia imperialium legum præcepta Sacerdotibus interdicta, lucroſaſque ſcientias ſecuti ſunt, nihil omnino de lege divina vel ſpirituali eruditione qua plebs ad ſalutem erudienda eſt, ſentientes.

Nota.

XIX.

Quo congregatio pecuniæ eſt præcipua cura prædictorum prælatorum.

IGitur juxta morem ſuarum profeſſionum, ſummo undique ſtudio ad lucrum inhiant, non quidem animarum, ſed crumenarum potiùs quæſtum ubique explorant, quæſtum flagrant, quæſtum pietatem putant: nihil omnino agunt, niſi quod ad colligendam quacunque ex occaſione pecuniam ſuffragari poſſe crediderint. Pro ipſa altercantur, certant, jurgantur, litigant, multo æquanimius laturi jacturam decem millium animarum, quàm decem vel duodecim ſolidorum. Sed me jurè reprehendo qui æquanimius dixi, cùm nullo animi motu vel turbatione, animarum diſpendia, de quibus non modo nulla apud eos cura, ſed neque cogitatio eſt, excipiant: damna vero ſuæ rei familiaris etiam levia, furiata prope mente ſuſtineant. Denique ſi quis fortaſſis paſtor ſurrexerit, qui non hoc more incedat, aut qui pecuniam contemnat, aut avaritiam damnet, qui de-

nique non omni via ſeu juſta ſeu iniqua, aurum à ſuis ſubditis extorqueat: aut ſalutari exhortatione vel prædicatione animas lucrifacere ſtudeat, & plus in lege Domini quam in legibus hominum meditetur, extemplo in morſus ipſius omnium dentes acuentur. Illum prorſus ineptum, nec dignum Sacerdotio clamitabunt: quippe qui legum humanarum neſcius, jura ſua defendere non idoneus ſit, ſuos ſubditos regere, mulctare, & coercere per canonicas cenſuras non noverit, nihilque aliud didicerit, niſi inerti etiam otio aut ſermocinationi incumbere, quæ officia mendicantium palam eſſe aſtruunt, nulla temporali cura vel adminiſtratione, quæ utiliori occupatione ſuos animos teneat, fungentium. Jam itaque ſacrorum eloquiorum ſtudia cum ſuis Profeſſoribus in riſum atque ludibrium omnibus verſa ſunt, & præſertim (quod magis prodigioſum eſt) Pontificibus qui ſuas traditiones, divinis longè mandatis anteponunt. Jam illud egregium & præclariſſimum prædicandi officium ſolis quondam paſtoribus attributum, eiſque maximè debitum, apud eos viluit, ut nihil magis indignum aut magis ſuæ dignitati erubeſcendum exiſtiment.

Prædicatio.

De vitiis prælatorũ.

TITULUS XX.

SEd ecce dum animadverto proprias curiæ Romanæ ægritudines, ad ea (quæ una ſecum aliis etiam prælatis communia ſunt) vitia delapſus ſum, quæ tamen magis in particulari (quia locus incidit) ſuccincta relatione pertractare volo. Principio nulli debet alienum vel mi-

Digitized by Google

rum videri, ſi corradendis omni ex parte pecuniis noſtri Prælati ſummopere invigilent; ſi macri, tenues, atque exinaniti ſucco, lana & lacte ſuarum ovium incraſſare ſtudent, quibus paſtores fieri tam charè conſtitit. Muſcæ enim (ut in proverbio eſt) macie confectæ aſperius mordent; cuncta quoque animantia eſurie exinanita, avidiùs in prædam feruntur. Quamvis enim ante ſuſceptam curam paſtoriam locupletiſſimi eſſent (neque enim ad hoc indigentes ſolent admitti) tamen ex miniſterio ſibi collato ſuos ſaltem maxima ex parte evacuari loculos oportuit: quare æque non immerito ſummo iterum labore replere inſiſtunt. Exemplo ſapientis agricolæ, ut cum cremento, & grandi fœnore jacta ſemina colligere, & iterum recuperare imminutam ſubſtantiam & ſedulo ampliare poſſint: aut more vigilantiſſimi negotiatoris, univerſas merces ſuas omnibus qui eis indigent venales ponunt. Si quis apud eos clericus pro furto, pro homicidio, pro raptu, aut ſacrilegio, aut alio quovis enormi crimine in carcerem conjectus ſit, tenebriſque & aquæ edulio addictus, tamdiu pœnæ ſubjacebit, & tanquam reus ſua commiſſa luet, donec pro modo ſui cenſus aut ſuorum quæſitam à ſe pecuniam perſolverit. Ubi vero id egerit, liber & velut innocens abire ſinetur. Omnis noxa, omnis error, omnia maleficia, etiamſi capitalia ſint, per pecuniam laxantur ac delentur. Nam quid loquar de exercitio ſuæ juriſdictionis, quæ ita violenter & tyrannicè regitur, ut magis hodie homines eligant tyrannorum immaniſſimorum, quàm ſubire judicia Eccleſiæ?

Bulla.

Digitized by Google

XXI.

De promotoribus juriſdictionis Epiſcoporum, & eorum abuſibus.

DIci non poteſt quanta mala faciant illi ſcelerati exploratores criminum, quos Promotores appellant. Simplices & pauperculos agreſtes, vitam ſatis innocuam ſuis tuguriis agentes, & fraudis urbanæ neſcios, in jus ſæpe pro nihilo vocant: cauſas & crimina contra eos ſedulò confingunt, vexant, terrent, minitantur, ſicque eos per talia ſe componere, & paciſci cogunt. Quod ſi facere renuant, crebris eos citationibus quotidieque impetunt & ſupra modum infeſtant. Quod ſi ſemel qualibet occaſione præpediti comparere deſierint, cenſura illico anathematis ut rebelles & contumaces feriuntur. Si vero ad diem venire quoties vocati erunt, perſeveraverint, eorum audientias apud judicum tribunalia impedient, moraſque & ſubterfugia dilationum & interlocutionum captabunt, quæ perfacilè à foris eccleſiaſticis obtinentur: quo vel ſic longo tœdio longáque ſui temporis jactura fatigati, ſuperfuturam vexationem atque impenſam, pecuniæ pactione redimere cogantur, ne ſit pro levi delicto, pro nullo, vel pro exiguo debito, infinitarum cumulus expenſarum. *Promotores.*

XXII.

De exactionibus pro concubinis tolerandis.

IAm illud obſecro quale eſt, quod pleriſque in diœceſibus, Rectores parochiarum ex certo & conducto cum ſuis Prælatis precio, paſſim & publicè concubinas tenent? quod ſubditorum exceſſus & vitia, omniaque officia, quæ judiciis præeſſe ſunt ſolita, publicè venundant? Sed ad ea de quibus diximus & dicemus, bona ſunt hæc.

XXIII.

De collatione ſimoniaca ſacrorũ ordinũ.

ILlud vero quomodo ferendum, quod nullus ad clericatum vel ad ſacrum ordinem, vel ad quemcunque gradum eccleſiaſticũ niſi mercede accedit? quod nulli ſacramentalem gratiam requirenti manus imponunt, niſi qui certum antea precium dederit? quod omnes confeſſiones, abſolutiones, diſpenſationes venales faciunt? quod ſi aliqua beneficia ſuæ ſint diſpoſitioni devoluta, pro quæſtu ea conferunt? vel ſuis ea ſpuriis aut hiſtrionibus donant? At ſi quis forſan eis illud evangelicum objecerit, gratis accepiſtis, gratis date: non deeſt quod illico reſpondeant, ſe minimè gratis accepiſſe, quare nequaquam aſtringi ex verbo illo ut gratis tribuant. Illos denique ſolos Antiſtites eſſe aiunt, qui iſtiuſmodi ſint ſententia ligati, qui paſtorali officio abſque ſuo diſpendio ſortiti ſunt.

XXIV.

XXIV.

NOn eſt igitur quod quiſquam (niſi à vero valde devius) gratiam putet ab æquo tribui. Quomodo enim gratia, ſi non gratis data? niſi falſo putabimus, magum illum peſtiferum dira maledictione à Petro reprehenſum, qui donum Dei pecunia poſſideri exiſtimaverat. Ex iſto autem fonte profluit illa copioſa vilium atque indigniſſimorum presbyterorum multitudo. Ut enim ex ſuis ordinibus majora lucra percipiant, omnes quotquot advenerint, nullo aut parvo admodum diſcrimine, ad eos quos petierint titulos admittunt; Niſi forte, ſiqui adeo egeſtate premuntur, ut ſolvendo non ſint. Nulla de vita anteacta percunctatio eſt, nulla de eorum moribus quæſtio. De literis vero & doctrina quid loqui attinet, cum omnes ferè preſbyteros ſine aliquo captu aut rerum aut vocabulorum, moroſe ſyllabatimque vix legere videamus? Quem ergo fructum, quam exauditionem ex ſuis orationibus ſive ſibi ſive aliis impetrabunt, quibus barbarum eſt quod orant? Quomodo per ſuas preces Dominum aliis propiciabunt, quem ſibiipſis ſua ignorantia & ſuæ fœditate vitæ per ſuum miniſterium infenſum faciunt? Si quis hodie deſidioſus eſt, ſi quis à labore abhorrens, ſi quis in ocio luxuriari volet, ad ſacerdotum convolat. Quo adepto, ſtatim ſe cæteris ſacerdotibus voluptatum ſectatoribus adjungit, qui magis ſecundum Epicurum quam ſecundum Chriſtum viventes, & cauponulas ſeduli frequentantes, potando, comeſſando, pran-

De indignis & indigne promotis.

ſitando, convivando, teſſeris & pila ludendo, tempora tota conſumunt. Crapulati vero & inebriati pugnant, clamant, tumultuantur, nomen Dei & Sanctorum ſuorum pollutiſſimis labiis execrantur: ſicque tandem compoſiti, ex meretricum ſuarum complexibus ad divinum altare veniunt.

XXV.

De perpetua abſentia prælatorum ab eccleſiis ſuis.

SEd redeo ad noſtros epiſcopos, qui in omni lubricitate, ab ineunte adoleſcentia educati, tales teſtes, ut ita dixerim, miniſtros in eccleſiam introducunt, quorum geſta memorabilia. Illud à me prætermitti non debet, quod multi ex illis qui paſtorali apice potiuntur, perque annoſa tempora potiti ſunt, numquam civitates ſuas intraverunt, ſuas eccleſias viderunt, ſua loca vel diœceſes viſitaverunt, nunquam pecorum ſuorum vultus agnoverunt, vocem audierunt, vulnera ſenſerunt: niſi ea forte vulnera quæ ipſi ſuis uberibus ſpoliis per alienos mercenarios eis intulerunt. Alienos dixi, quia & ipſimet mercenarij ſunt, qui non gregis ſui cuſtodiam, ſalutem, profectum quærunt, ſed ſolam temporalis mercedis retributionem. Itaque ipſi verè ſunt mercenarij, tantum Epiſcopi habentes nomen, quia res per nomen ſignata procul abeſt. Nomen etenim Epiſcopi, ſpeculator ſonat, vel ſuperintendens. Speculatorem (inquit propheta) poſui te domui Iſrael. Hi vero ſuper ovium profectu nihil prorſus intendunt, nihil ſpeculantur, nihil proſpiciunt, ſui corporis curam agunt, ſeſe & non oves paſ-

Digitized by Google

cunt, non magnopere penſantes, quis ovibus caſus accidat, utrum morbo vel jejunio conſumptæ pereant, dum ſibi vel ex earum morte aliquid capeſſant.

XXIII.

De prælatis in curiis Principũ reſidẽtibus.

AT enim dicet forſan aliquis: Jure eis ignoſcendum eſt, ſi raro ſuas diœceſes adeant, aut ſuas tardius reviſant plebeculas; quoniam pro conſilio à principibus accerſiti, magna regni negocia tractant, innixamque ſuis humeris rempublicam regunt, tutantur, ſuſtinent, alioquin graviſſimè collapſuram: quod utique laudabilius videtur eſſe quam ſuæ privatæ rei conſulere. Primum illud nequaquam eis dederim, quod ipſi ultro à principibus tanquam conſiliarij evocentur, quinimo magnis ſumptibus amicorumque interceſſionibus hoc impetrant: non quidem zelo aliquo vel cura reipublicæ, cujus nulla apud eos charitas eſt, ſed propter ſtipendia & larga munera quæ exinde eis proveniunt, ut alieno ſumptu viventes, ſuarum proventus eccleſiarum in æraria recondant. Denique qualem reipublicæ languenti, imo extinctæ, & jam prope ſepultæ utilitatem afferunt? utinam nullam & perniciem afferrent. Nunquid ea re quæſo proſunt, quod omnium tributorum onera, quibus hodierna tempeſtate populus urgetur, ſuis calliditatibus & ſuggeſtionibus reperiunt, & reperta cumulant, & tam in longum perdurare faciunt? Unde & jam pridem uſus in regno iſto inolevit, quod aliqui epiſcopi talium exactionibus præſunt. De cauſis etiam

& querelis eorum decernunt. Num idcirco proſunt, quod ad concionem vocati, & ſuam juſſi dicere ſententiam, magis ea quæ Principi ſciunt placitura, quam reipublicæ profutura perſuadent? quod ſæpe largitione, ſæpe gratia, ſæpe etiam timore ducti, non juſta, vera, ſyncera, ſed perverſa atque noxia fallacibus adoperta blanditiis, dominorum auribus ſuggerunt? Porro an ea re adjuvant rempublicam, quod Rectoribus eorum qui eam adminiſtrant annonam, & privatè ſuper annonam communem inculcant? Quod enim ipſi faciunt, conſequens eſt, ut conſulti alios etiam facere hortentur, ne turpi inter ſe pugna, verba eorum atque acta diſſideant. Denique quis ex illis pauperum defenſator eſt? quis afflictorum conſolator? quis oppreſſorum ſublevator? quis pro pupillo patronus? quis pro inope vidua, contra calumniatorem protector? Imò verò quis magis à compaſſione atque miſeratione quorumlibet miſerabilium alienus? Pulchrè de eis Eſaias & verè loquitur ſub imagine principum Synagogæ, quorum iſti etſi ſucceſſores tempore in flagitiis, jure tamen fortè præceſſores dici poſſunt. Principes, inquit, tui infideles, ſocij furum, omnes diligunt munera, ſequuntur retributiones, pupillo non judicant, & cauſa viduæ non ingreditur ad eos.

XXVII.

Quod tales prælati mercenarij dicendi ſunt.

MIrum autem, quid illud ſibi velit, quod nunc ferè quilibet Pontifex ab Eccleſia cui præſidet, ſex vel ſeptem aut decem millia aureorum, annuatim accipiat: à Rege vero pro

Digitized by Google

ſtipendiis mille ad ſummum aureos; ſuæ tamen Eccleſiæ ovilis ſibi crediti curam pro regni famulatu derelinquit. Nonne ſaltem ut mercenarius danti majorem mercedem ſervire debebat? Sed illorum ad hæc reſponſio in promptu eſt. Licet enim amplius ſit quod Eccleſia tribuit, quã quod Princeps; attamen munus illud cum majori adjunctum, ſummam cumulatiorem conſtituit: duoque bona potiora ſunt uno. Denique fructus qui à Rege præbentur, niſi regio lateri aſſiſtant, ſciunt ſibi non datum iri: at illos qui ex ipſis veniunt, longè etiam poſitis & ab omni ſervitio immunibus, nihilominus tribui. Quid quod ſuam promotionem Rege inſtante factam, Regi ipſi, & non Deo nec Eccleſiæ imputant? Quapropter ut grati homines, illius per quem gratiam adepti ſunt nequaquam immemores, ei merito libentius ſecundum viciſſitudinem obſequij, quam illis referunt. Quid quod Regibus ſervire, & non Deo nec Eccleſiæ didicerunt? Quid quod non intentione alicujus officij in Eccleſia exercendi, ſed quietis & inertiæ in majori abundantia conſectandæ, mitram quæſierunt? Quid quod propter aſſueta ſtipendia multa apertè minima, multa etiam apertè exilia, importunitate aſſequi ſperant, quæ in ſuis eccleſiis ſervientes non aſſequerentur? At ſaltem, inquies, ſuis illic eccleſiis ne graventur aut opprimantur, ſubveniunt. Imò ſuas & alienas ipſi opprimunt, dum pro arbitrio ſæcularium poteſtatum tributa ſuper eas annuunt. Ne enim ab optimatibus, quorum negocia agitant conſiliaque frequentant, Eccleſiis plus juſto favere arguantur, quotiens de re ad Eccle-

ſiam pertinente agi contigerit, gravius adverſus illam quàm aliquis ſæcularium, inſultant. Rara his calamitoſis afflictio, quæ non à ſuis filiis originem trahat.

XVIII.

Quod nitilor eſt taliũ prælatorum abſẽtia à ſuis eccleſiis quàm preſentia.

SEd quid eorum tantoperè à ſuis ſedibus abſentiam accuſamus, cùm per ſuam ſi illic adeſſent præſentiam, veriſimilius obeſſe quàm prodeſſe poſſent? Quid enim, oro, illi proſunt, qui toto elabente anno ſuam bis aut ter intrant Eccleſiam? qui totos in aucupio & venatu, in ludis & paleſtra dies agunt? qui noctes in conviviis accuratiſſimis, in plauſibus & choreis cum puellis etiam effœminati inſomnes tranſigunt? qui ſuo turpi exemplo gregem per devia abducunt in præcipitium? qui imberbes adhuc adoleſcentuli, vix ferulam egreſſi, ad paſtorale convolant magiſterium: & tantundem de illo, quantum de nautico ſciunt officio? Difficile itaque ſatis eſt ſtatuere, qui eorum magis incommodent ſuo gregi: hi-ne qui deſerto eo, lupiſque expoſito, cum ſcurris & paraſitis in aula verſantur: an hi potius qui coram poſiti, eum per rapinam vexant, per incuriam negligunt, per errorem præcipitant. Quamvis enim mercenarios utroſque jure optimo appellaverim, pro re tamen minus parum dixi. Lupi ambo accommodatius dicendi ſunt: utrique enim quod lupi eſt, agunt, vorant, diſpergunt, lacerant, diripiunt. Hi quidem per ſeipſos: illi vero pro ſeipſis per alienos. Sentio me diutiùs quam initio putaveram, his noſtrorum Angelorum (ita

Digitized by Google

enim ſacræ Literæ Præſules appellant) præclaris miniſteriis immoratum : ſed tantæ rerum multitudini, quam breviori compendio percurrere mihi commodè non licuit, ignoſci oportet. Reliqua ſi per ſingula referrentur, ſunt multa, ſed ea paucis in generali expediam.

XXIX.

De Capellanis & Canonicis.

QVid enim de Capellanis & Canonicis longum me trahere ſermonem neceſſe eſt ? cùm uno verbo dicere liceat, ſimiles Epiſcoporum pro ſuo modo Canonicos eſſe, indoctos, ſimoniacos, cupidos, ambitioſos, obtrectatores, ſuæ vitæ negligentes, alienæ curioſos ſcrutatores ac reprehenſores : adhuc autem ebrios, incontinentiſſimos, ut pote qui paſſim & inverecundè prolem ex meretricio ſuſceptam & ſcorta vice conjugum domi teneant ; vaniloquos præterea, garrulos, tempus in fabulis & nugis terentes ; quia nihil utile noverunt, aut honeſtum in quo occupentur ; & propterea in re ſua ſeu per fas ſeu nefas agenda, in cura ventris & gulæ, in carnis voluptatibus hauriendis ſuæ vitæ fœlicitatem, ut porci Epicuri, conſtituunt ?

XXX.

De pace & fraternitate Canonicorũ.

QVam vero pacem inter ſe habeant, aut quam fraternitatem, declarant ſectæ, & ſeditiones omnibus modo in eccleſiis per infernales furias excitatæ, ut jam illa infernalis hydra ſchiſmatica in eccleſiæ vertice ab Erynnibus ſtabilita, nimia fœcunditate germinans, omnia

Digitized by Google

ferè collegia ſuo viperio ſemine infecerit.

XXXI.

De cauſa exemptionũ procurationũ vitanda. De Exemptione.

ET hos ergo Canonicos aliquis vocabit, qui ſic ab omni canone, hoc eſt, & ab omni regula abalienati ſunt? qui ut licenter & impunè omnia, quæ ferret animus flagitia, admittere poſſint, ab omni ſe caſtigatione & diſciplina ſuorum prælatorum, maxima ubique redemptione exemerunt? Fraudant itaque mutuo, fraudant pauperes, fraudant ſubditos, & ſicut Paulus loquitur, jam inter diſpenſatores Eccleſiarum merito quæritur ut fidelis quis inveniatur. Quas omnes fraudes & rapinas cum fecerint, non eſt qui eos puniat: ad Papam enim, quem ſolum judicem plerique eorum ſe habere jactant, non patet pauperi acceſſus.

XXXII.

De vita & moribus Monachorum ſuæ profeſſioni repugnantibus.

DE Monachis autem & monaſteriis late patet ad loquendum materia, niſi jam me dudum tœderet in tot tantarumque abominationum enumeratione demorari: ne tamen ſicco (ut aiunt) pede intacti abeant, paululùm aliquid dicere neceſſe eſt. Quid autem commendabile de ipſis dicere poſſumus, qui quanto magis inter cæteros Eccleſiæ filios ex votis ſuæ Religionis perfecti eſſe debebant, tanto magis abſtracti cura ſæcularium, quibus abrenunciaverunt, in ſola cœleſtium contemplatione ſuſpenſi: & quanto magis continentes, magis obedientes, minus vagabundi & à clauſtrorum

ſeptis rarius egredientes in publicum, tanto ab his omnibus rebus licet eos videre magis alienos? magis videlicet tenaces, magis avaros, magis ſæculari rei (verſis retrorſum animis) immixtos? magis inſuper lubricos, indiſciplinatos, diſſolutos, inquietos? magis per loca publica & inhoneſta, ſi modo frena laxentur, diſcurſantes? Ita ut nihil illis æque odioſum ſit, quemadmodum cella & clauſtrum, lectio & oratio, regula & religio. Quocirca monachi quidem ſunt exteriori habitu: ſed vita, ſed operibus, ſed internæ conſcientiæ ſpurcitia, à perfectione, quam habitus ille demonſtrat, longiſſime disjuncti. Fallit autem illos nimium ſua opinio. Nam quanto ſua profeſſione rejecta, terrenis magis adipiſcendis inhiant, tanto pauciora habent, tantoque dotes & redditus ipſorum magis ſemper in nihilum fluunt. Ecce omnium cœnobiorum uberrimos olim fructus, ita hodie attenuatos cernimus, ut unde centum homines vivere ſolebant, vix decem nunc ægerrime vivant. Videmus omnia labi, omniaque ſolo æquari, non ſuppetente copia qua ſaltem antiqua ædificia, à ruinæ defendantur injuria. Quod quidem merito illis evenit. Quamdiu enim juſte, ſobrie, caſte, innocenter vivendo ſecundum Regulæ ſuæ inſtituta, regnum cœlorum & non hæc temporalia quærere ſtuduerunt, tandiu eis omnia illa ſatis ſuperque fuerunt adjecta. Primum (inquit Salvator) quærite regnum Dei & juſtitiam ejus, & hæc omnia adijcientur vobis. Ubi vero a vitæ innocentia, & à quærendo regno Dei, per nefaria opera deſtiterunt, recte ab eis illa abducta ſunt, quæ veris juſtitiæ cultori-

Digitized by Google

bus, regnique quæſitoribus fuerant promiſſa. Regnum (inquit hiſtoricus) facile iiſdem artibus retinetur, quibus initio partum eſt: verum ubi pro labore deſidia, pro continentia & caſtitate libido atque ſuperbia invaſere, fortuna ſimul cum moribus immutatur. Et quod de regno dictum audis, de opibus & honoribus, cæteriſque fugacibus bonis dictum intellige.

XXXIII.

De mẽdicantibus & eorum in ani iactantia & gloria.

VEnio nunc ad Mendicantes, qui ex profeſſione arctiſſimæ paupertatis veros ſe Chriſti diſcipulos, veroſque imitatores eſſe jactant atque gloriantur: quippe qui conſiderantes (ut ipſi aiunt) illud evangelicum, Si vis perfectus eſſe, vade & vende omnia quæ habes, & ſequere me: & item illud, Niſi quis renunciaverit omnibus quæ poſſidet, non poteſt meus eſſe diſcipulus: omnium poſſeſſionum ſuarum rerumque temporalium ſpreta ſarcina onereque graviſſimo: qui eruditi præterea in Divinis literis, quibus pene ſoli hodie inſudant, pabulum verbi Dei quo populi reficiantur, aſſidua prædicatione miniſtrant: viam eis ſalutis æternæ, quam nemo alius docet, aperiunt: juſtorum digna præmia, impiorumque ſupplicia demonſtrant: ſicque animas ab interitu ſempiterno per veram pœnitentiam revocatas, ad Deum converti faciunt. Denique ſoli ipſi (ut aſſerunt) cæterorum omnium Eccleſiæ ſegniter dormitantium officia peragunt, exercent, eorumque delicta, ignorantias & negligentias ſuppplent.

XXXIV.

SEd libet ab eis quærere, ſi hunc gradum ſupremæ perfectionis Chriſtoque propinquiſſimæ, attigerunt, quid eſt quod ſuis eam verbis ita magnificant, quod inſolenter adeo inde ſe jactant, quod univerſis propterea vana gloriatione ſcripſerunt, imò quod alios omnes ſui ſtatus comparatione ab omni perfectione evacuant? Decebat enim ut alieno ore & non proprio ſuo, illa ætherea & angelica in terris perfectio laudaretur, ſi modo ſolidam laudem, non vanam, ſuſpectam, odioſam cupiebant. Nonne hæc eſt perfectorum vera juſtitia, ut numquam arbitrentur ſe perfectos? imo vero quo juſtiores fuerint, eò magis in humilitate de ſe ſentientes, longè ſe à juſtitia abeſſe exiſtiment? Nam dum de eo quod habere ſe præſumunt inaniter ſuper ſe efferuntur, id ipſum quod habebant (ſi quid tamen virtutis habebant) evaneſcit.

Quæſtio de perfectione mendicantium.

XXXV.

NOnne humilis Publicanus ſua Deo peccata confeſſus, juſtificatus à templo redire meruit, & quam orabat veniam impetrare? Superbe autem Phariſæus ſua merita prædicans & pauperculum deſpiciens, reprobus abſceſſit, & inexauditus: quoniam Deus ſuperbis reſiſtit, & humilibus dat gratiam? Videtur autem hæc parabola, contra hos quæſtuarios verbi Dei adulatores congruentiſſime inducta: quia ſicut ſynagoga ſuos Phariſæos habuit, adverſus quos

Quod humilitas eſt fundamentum perfectionis.

in Evangelio acerrime Chriſtus ſemper invehit: ita nimirum hi novi & ſubintroducti Apoſtoli, Eccleſiæ Phariſæi cenſendi ſunt, quibus omnia à Chriſto de Phariſæis dicta, & forte alia plurima neſcio an deteriora conveniunt. De quorum ſacrilega impietate, quia non multa breviandi ſtudium dicere concedit, paucas Chriſti ſaltem ſententias, per quas ab eorum inſidioſa verſutia nos cavere admonet, audiamus. Ait itaque de eis Salvator, ipſorum fontem patefaciens nequitiæ: Attendite à fermento Phariſæorum, quod eſt hypocriſis. Et rurſum: Attendite à falſis prophetis, qui veniunt ad vos in veſtimentis ovium, intrinſecus autem ſunt lupi rapaces. An non lupi rapaces ſunt, velamina ovium geſtantes, qui omnia quæ hujus mundi ſunt, verbo ſuo ſe deſeruiſſe aſſeverant, facto autem ipſo temporalia incredibili ardore concupiſcentiæ, inſidiis, fraudibus, atque mendaciis undique exquirunt? An non lupi rapaces ſunt, ovicularum vellere amicti, qui vitæ auſteritatem, caſtitatem, humilitatem, ſanctam ſimplicitatem exteriori ſpecie ſimulant, intus vero exquiſitiſſimis deliciis & variarum copia voluptatum ultra omnem mundanorum luxuriam exuberant? An non lupi rapaces ſunt, ſub ovili imagine latitantes, qui more ſacerdotum Belis, in ſuis penetralibus oblata devorant, mero ſe ac lautis epulis cum non ſuis uxoribus licet (ſæpe cum ſuis parvulis) avide ſatiantes, cunctaque libidinibus, quarum torrentur ardore, polluentes? An non lupi rapaces ſunt ovium ſimilitudinem falso prætendentes, qui cum Angeli lucis primo aſpectu appareant, Sathanæ tamen (ut

Pauli vera ſunt) non Chriſto Domino, ſed ſuo ventri ſerviunt, & per dulces ſermones & benedictiones ſeducunt corda innocentium : Sed audi adhuc quid de illis ad popoſitum Salvator dicat. Uæ vobis ô Scribæ & Phariſæi hypocritæ, qui mundatis quod de foris eſt calicis & paropſidis, intus autem pleni eſtis rapina & immundicia : qui ſimiles eſtis ſepulchris dealbatis, quæ à foris apparent hominibus ſpecioſa, intus vero plena ſunt oſſibus mortuorum & omni ſpurcitia. Quid de eis verius dici poteſt, quid apertius, quid lucidius, quam quod cœleſti ore dictum audis ? Sed & Paulus gentium Doctor prænoſcens in ſpiritu talium circa extrema tempora ſubverſorum ingreſſum, & Eccleſiam per eos multa tandem vulnera ſenſuram, ad Timotheum ſuum ſcribens, illos ſummo ſtudio declinandos hortatur. Nam poſtquam dixerat : Hoc autem ſcito, quod in noviſſimis diebus inſtabunt tempora periculoſa, & erunt homines ſeipſos amantes, cupidi, elati, ſuperbi, blaſphemi : & multa quæ his addit, ab his ſeductoribus non abhorrentia : Tandem quod eis eſt proprium ſubtexit : Habentes quidem ſpeciem pietatis, virtutem autem ejus abnegantes, & hos devita. Ex his enim ſunt qui penetrant domos, & captivas ducunt mulierculas oneratas peccatis, quæ ducuntur variis deſideriis, ſemper diſcentes, & nunquam ad ſcientiam veritatis pervenientes, homines corrupti mente, reprobi circa fidem. Rurſus quoque idem Apoſtolus ad eundem ſuum diſcipulum loquens : Spiritus, inquit, manifeſtè dicit, quia in noviſſimis temporibus diſcedent quidam a fide, attendentes

ſpiritibus erroris, & doctrinis dæmoniorum, in hypocriſi loquentium mendacium, & cauteriatam habentium ſuam conſcientiam. Quæ nemo ambigere debet de his novis Phariſæis eſſe ſcripta. Multa quoque alia de iſtorum pſeudoprophetarum aperta iniquitate, qua domum Dei perfodiunt & polluunt, ſacra in pluribus locis Scriptura commemorat. Satis eorum perfidiam, quantum ad noſtram pertinet brevitatem, detegere videtur. De qua ſi quem libeat plura videre, Cyrillum videat, & illic mira de eis inveniet, ad fidelium inſtructionem longè antequam orirentur, Spirituſancto revelante prædicta. Quanquam nec aliquot alij ſcriptores etiam defuerunt, qui de his ſubdolis illuſoribus multa valde utilia & præclara, poſt eorum introitum, ad Eccleſiæ præmunitionem & præmonitionem, prodiderunt.

XXXVI.

De impudica vita & conv.rſatione Monialium.

REſtant nunc ſolæ Moniales, ut noſtram narrationem quemadmodum polliciti ſumus, à ſummo capite uſque ad extrema veſtigia nullo prætermiſſo gradu deducamus. De his autem plura dicere (etſi plura quæ dici poſſent ſuppetebant) verecundia prohibet, ne non de cœtu virginum Deo dicatarum, ſed magis de lupanaribus, de dolis & procacia meretricum, de ſtupris & incœſtuoſis operibus pudendum ſermonem prolixe trahamus. Nam quid obſecro aliud ſunt hoc tempore puellarum monaſteria, niſi quædam non dico Dei ſanctuaria, ſed Veneris execranda proſtibula: ſed laſcivorum & impu-

dicorum iuvenum ad libidines explendas receptacula? Ut idem hodie ſit puellam velare, quod & publice ad ſcortandum exponere. Hæc ſunt quę de noſtro clero referenda viſa ſunt, quamvis multa ſciens præterij & ſilentio ſuppreſſi, quæ ſi per ſingula amplecti vellem, & in immenſum res progrederetur, nec modum habitura eſſet oratio. Quæ cum ita ſint, nemini debet mirum videri, ſi Eccleſia ex talibus aggregata, multis moleſtiarum aculeis, multiſque adverſis turbinibus quatitur. Mirum potius & ſtupendum videri debet, ſi tot vitiis atque impuritatibus ſerviens, à flagellis immunis evadet.

XXXVI.

I Nunc, & confer hanc vitam, hos mores, hæc regimina, cum primæva Patrum diſciplina, cum majorum charitate, continentia, ſobrietate, diſtricta ſeveritate; videbis (niſi talpa cœcior es) tantam inter ea diſtantiam, quantam inter lutum & aurum. Iam ſiquidem his diebus noſtris, in quos fines ſæculorum devenerunt, ab aureo capite illius prægrandis ſtatuæ quam vidit in figura Nabuchodonoſor, paulatim ſemper in deteriora per argentum, æs, & ferum prolabendo, ad partem pedum luteam ac fictilem pervenimus.

Cōparatio virorū modernorum cū moribus priſcorū patrum.

XXXVII.

ITa vero, Deus Optime, vineam tuam electiſſimam, quam tua olim dextera ipſe plantaſti, cui ſepem & combuſtam maceriam ad ferarum malignarum coercendam incurſionem

Cōverſio auctoris ad Deū.

Digitized by Google

circũdediſti;itane,inquam,deſtructa ſepe,diruta maceria,deſpectam ac degenerem effectam? Ita-ne vepribus & ſpinis completam? Ita-ne pro uvis dulcibus, quas ex ea præſtolabaris, labruſcis, ſceleribus onuſtam, ut vix per eam tranſiens eandem eſſe recognoſcas, quam tanto olim ſtudio, tanta cura & cultu nobilitaveras? Ecce jam univerſæ feræ eam diripiunt, omnia agri pecora conculcant. Hinc aper de ſilva exterminat, inde ferus ſingularis univerſa impetu vaſtans ac perfringens, egregia quæque depaſcitur. Averte obſecramus, Domine, iram tuam & virgam furoris tui à vinea tua, & de cœlo ſancto tuo miſerentibus oculis ſuper eam reſpice; & ſi non propter nos, qui indigni ſumus, ſaltem propter nomen tuum ineffabili clementia glorioſum. Scimus noſtris impietatibus hæc & majora deberi ſupplicia. Scimus peccata noſtra ſuper arenam multa, ſuper omnem acerbitatem gravitatemque graviſſima: ſed etiam ſcimus è regione tuam immenſam miſericordiam omnia hominum peccata, non modò quæ perpetrata ſunt, ſed quæ poſſunt in mentem cadere, ſumma incerta ſupergredi. Scimus tuam benigniſſimam pietatem nunquam ignoſcendo defeſſam, tuum ſemper antevenire judicium, imo ſuper tua opera univerſa præſtare. Scimus te parentem eſſe, nos (quamtumlibet degeneres) attamen filios. Pro magno autem peccato filij, ſatis eſt patri parum ſupplicij. Sed ſcio quid obſiſtit quo minus nobis miſerearis & ignoſcas, id ipſum volens & appetens; quia nequaquam reſipiſcimus ab erratis, quia ad te ingemiſcentes reverti non volumus: quod utique

que per ſervos tuos prophetas tuæ in nos vindictæ prenuncios, tanta cum diligentia nos admones, legem hanc nobis, qua miſereri debeas, per eos inſinuans. Sed nos qui ad tua mandata dura ſumus cervice, & indomabili corde, ad veniam vocantem non audimus, te excitantem contemnimus, te ſuadentem aſpernamur, te promptum atque voluntarium ad præterita omnia (ſi modo præteritorum pœniteret) condonanda, per nova & pejora facinora quotidiè provocamus. Proinde ad voces noſtras obſurdeſcis, tuamque manum adhuc extentam à noſtra percuſſione non revocas; ſed novis potius contumaciis, nova indeſinenter flagella cumulas.

XXXIX.

Excuſatio Auctoris ſuper generali deformitate accuſationis eccleſiaſticorũ.

NOlo autem ut quis exiſtimet per ea quæ eccleſiaſticorum præmiſſa ſunt, me omnes prorſus eccleſiaſticos nullo excepto comprehendere velle. Scio illum non mentitum eſſe nec mentiri poſſe, qui dixit: Petre rogavi pro te, ut non deficiat fides tua. Nec ſum neſcius in ſingulis quibuſque ſtatibus aliquos & fortè plurimos bonos, juſtos, innocentes eſſe, abillíſque maleficiis quæ ſupra memorata ſunt, ſeparatos. Sed tanta eſt improborum in ſingulis profeſſionibus exuberantia, ut vix inter mille unus reperiatur, qui id quod ſua profeſſio exigit, ſynceriter faciat. Quin etiam ſi ſimplex aliquis, ſi caſtus, aut frugalis in collegio aliquo vel conventu, latam & lubricam perditorum viam non ſectetur, fabula & ridiculum cæteris efficitur, inſolenſque & ſingularis, in-

ſanus aut hypocrita continuo appellatur. Unde & multi ſunt qui ad bonam frugem devenirent, ſi cum modeſtis & bonis degerent. Hac ratione abſtracti per malorum conſortia ad malum trahuntur, dum talia inter ſuos contubernales nomina ſubire verentur. Inde eſt illud Pſal. utique veriſſimum: Cum electo electus eris, & cum perverſo perverteris.

XXXX.

Quare de bonis viris Auctor ſilet.

QVamobrem nemo admiretur, ſi rari hoc tempore ſinceritate aut innocentia fulti in Eccleſia ſint, tot ſceleratis in omni loco ad mala impellentibus, & per mille inſidias ſollicitantibus. Itaque propter multitudinem nequitiæ, ita privilegiatæ, de bonis ſiletur, qui aliis comparati, parvo nimis in numero atque momento ſunt: ut dum ſermo de policia Eccleſiæ, aut de membris ejus incidit, tanta turba prævaricatorum totam Eccleſiam in tyrannidem adducit eo loquendi more, quo pleriſque in locis Scriptura utitur. In Geneſi namque legitur, Omnis caro corruperat viam ſuam; & tamen eo tempore quo propter peccata hominum cataclyſmus erupit, Noë vir juſtus coram Domino repertus eſt, & propterea cum ſuis in Arca ſalvatus. Rurſus in libro Pſalmorum ſcriptum eſt. Omnis homo mendax, omnes declinaverunt, non eſt qui faciat bonum. Et tamen idem ipſe qui hoc dixit, deinde de ſe teſtimonium habet, quia inveniſſet eum Dominus virum ſecundum cor ſuum.

Digitized by Google

XXXXI.

IGitur cum ad hunc modum magiſtratus Eccleſiarum & cætera officia ſe habeant, quis dubitat, niſi Dei animadverſione, mala eis quæ patiuntur accidere? Res mira, ut ſupra diximus, & inſolita videri debet, ſi quid eis proſperum accideret. Nonne per totam divinorum voluminum ſeriem bona nobis hoc pacto à Deo promittuntur, ſi legem ipſius ſervemus, mandata teneamus, in præceptis ambulemus, fœdus nobiſcum ab eo initum non irritum faciamus? Quod ſi nefariis operibus teſtamentum ejus profanemus, pactum & legem irritemus, juſſa & traditiones poſtponamus, qua fronte bona ab eo petere aut ſperare præſumemus? Neceſſe eſt ſortem alterutram ſubeamus, aut proſperorum præmia, ſi mandatis obedierimus; aut ſupplicia, ſi tranſgreſſores ſumus: quia numquam mentiri novit, qui pro operum qualitate, utraque tribuenda ſpopondit. Quid Synagogam, quæ typus Eccleſiæ fuit, ſecumdum quod Paulus dicit omnia illis in figura contigiſſe; quid eam, inquam, proſtravit, deſerique à Deo & cladibus opprimi, niſi ejuſdem malicia fecit? Si igitur, juxta parabolam Ezechielis de duabus ſororibus Oolla & Ooliba, ſorori majori ſimilia geſſit, imò eam flagitiis & fornicationibus amplius inſaniendo ſuperavit, quomodo ſibi credet impune cedere? Expergiſcere tandem aliquando ex longiori tuo ſomno, ô infœlix ſoror Synagogæ. Expergiſcere, inquam, aliquando, & tuæ ebrietati diu ſatis (ut ita dicam) edormitæ mo-

Quod ſtatus Eccleſiaſticus meritò patitur.

dum impone, Prophetamque iſtum & cæteros vide, lege, intellige: ſi tamen non uſquequaque tua ebrietas prophetæ teſtimonio cor abſorbuit. Si ergo ulla in te ſani cordis ſcintilla ſupereſt, Prophetarum dicta ſedulo revolve. Tu, inquam, illic ſtatum & tuam confuſionem non utique dormitantem, ſed è vicino impendientem conſidera. Videbis quis te exitus expectet, quamque male & periculoſe in his ſordibus tamdiu jaceas. Quod ſi Prophetas non audis, nec de te dum tot mala nunciant locutos arbitraris, ipſe te fallis & periculoſo nimium errore deſipis. De te enim illi locuti ſunt, & quæ minantur onera ſuper te, niſi reſipis, relapſura debes agnoſcere. Sed fac eorum vaticinia aliò ſpectare, quid de prophetia Joannis in Apoc. cenſes? An non illam ſaltem ad te aliqua ex parte pertinere putas? num pudorem ita cum ſenſu perdidiſti, ut hæc neges? Illam ergo intuere, & lege damnationem magnæ meretricis ſuper aquas multas ſedentis, illicque tua facta præclara contemplare, & tuos futuros caſus.

XXXXII.

PORro cum omnia Imperia & regna gentium quantumcunque potentia, magna, vel dura, ob ſuas injuſtitias & ſuperbias deleta audias, everſa videas, atque peſſundata; tu quæ ſolidam humilitatem, ſuper quam fundata eras, nullos impetus turbinum metuentem, tam longe abjeciſti, tuumque cornu tam in altum extuliſti, quomodo exciſo atque avulſo tuo humili fundamento, tantam ſuperbiæ molem, quam deſuper ex-

Digitized by Google

tendiſti, non ruituram putabis? Cœpit jam pridem tua ſuperbia nequaquam ſe ferens palam, ſed lente quidem & pedetentim, & propterea à plurimis ruina illa non eſt percepta. Nunc vero in modum torrentis in tota perceps ageris, & ex illo præſertim tempore, quo abominandum hoc ſchiſma te invaſit, quod profecto ad primas tuas comprimendas nequitias intolerabiles & inſanias falſas divina ſuper te iracundia venire permiſit: quo ſic vel regnum tuum Deo grave, gentibus odioſum, juxta evangelicam veritatem, in ſeipſo diviſum deſolaretur, fractumque & diſſipatum concideret; non quidem quod fides eccleſiæ in hoc mundano conflictu militantis curſu periclitari debeat, quæ fundata ſupra firmam petram, ſtabilis & inconcuſſa manſura eſt. Sed loquor de temporali potentatu, de gloria & delitiis, quibus uſque ad nauſeam & oblivionem ſui ipſa Eccleſia inebriata eſt, de quibus in damnatione meretricis vindicibus angelis præcipitur: Quantum glorificavit ſe & in delitiis fuit, tantum date ei tormentum & luctum. Nam ut ea quæ longinqua ſunt, de Græcorum à nobis diſſidio propter noſtrorum ſuperbiam & avaritiam orto, de contractis limitibus Catholicæ Religionis per totam penè orbis terrarum vaſtitatem olim porrectæ: ut hæc inquam, & alia nonnulla vulnera pridem Eccleſiæ infligi cœpta non repetam, nonne ſaltem ruina illa, qua urbem Romanam, ſedem ac caput Eccleſiæ, ſic ruere & collabi videmus, Eccleſiæ ipſius & totius ejus Imperij deſolationem propinquare nunciat, ſicut deſtructionem Hieruſalem ſecuta de proximo eſt Judæorum & Sy-

nagogæ diſperſio? Quomodo enim diu ſtabit aut vigebit, quæ ſua deſtructa ſtatione & capite perdito, vaga & inſtabilis per orbem diſcurrit, & quaſi jam peregrina aut hoſpes in mundo, de uno loco ad alium migrare cogitur? Ex illo planè ſuam cladem imminere prænoſſe debuit, ex quo propter ſuas fornicationes odibiles, Roma urbe relicta Avinionem confugit. Ubi quanto liberius, tanto apertius & impudentius vias ſuæ ſimoniæ & proſtitutionis expoſuit, peregrinoſque & perverſos mores, calamitatem inductores, in noſtram Galliam invexit, rectiſque uſque ad illa tempora moribus frugalibus, diſciplina inſtante, nunc vero luxu prodigioſo uſque adeo ſolutam, ut merito ambigere poſſis utrum res ipſa auditu mirabilior ſit, an viſu miſerabilior. Verum aliâs forſan de Gallia: nunc de Eccleſia loquamur, quæ maligno neſcio quo pacto loca quibus inſederit, ſuo fermento inficere conſuevit, caſuſque perniciei ac ruinæ illis eſſe, quanquam non gratis aut abſque ultione. Vicem enim ei debitam Italia reddidit, quæ nudam & ſuo patrimonio paulòminus ſpoliatam ſuis ſedibus ejecit. Mala verò ipſa Gallia inops per eam facta reddere incipit, ut impleatur illud prophetiæ præſagium; Confunderis ab Ægypto, ſicut confuſa es ab Aſſur. Et illud: Filia Babylonis miſera, beatus qui retribuet tibi retributionem tuam, quam retribuiſti nobis. Poſtquam enim importabili ſarcina peccatorum exigente, furiale malum ſchiſmatis irrepſit in Eccleſiam (ut omittam quæ per alterum tunc apud N. de Papatu contendentem geſta ſunt, potius hæc ſcribenda illis

relinquam qui cum eo converſati, certiùs mores illius atque eorum quos ſecum habebat enarrare poſſunt) quid Clemente noſtro quoad vixit miſer abilius, qui ita ſe ſervum Gallicis principibus adjecerat, ut eas ferret injurias & contumelias, quæ ſibi quotidie ab aulicis inferebantur, quas vix deceret in viliſſimum mancipium dici? Cedebat ille furori, cedebat tempori, cedebat flagitantium importunitati: fingebat, diſſimulabat, largiter promittebat, diem ex die ducebat, his beneficia dabat, illis verba. Omnibus, quos aut ars aſſentatoria, aut ludicra in curiis acceptos fecerat, ſummopere placere ſtudebat, eoſque beneficiis promereri, quo talium patrocinio dominorum gratiam & favorem aſſequeretur, & ſimilia, &c. His itaque & juvenibus nitidis & elegantibus, quorum maximè conſortio gaudebat, ſingulos fere vacantes Epiſcopatus ceteraſque præcipuas dignitates impendebat. Denique ut Principum benivolentiam faciliùs aſſequeretur, aſſecutam foveret, fotamque conſervaret, conſervatam amplificaret, plurima ultrò donaria atque xenia illis dabat, quaſcunque ſuper clero exactiones petere voluiſſent, annuebat, ultro ſæpiùs etiam ingerebat. Sicque omnem clerum ſæcularium magiſtratuum diſpoſitioni ita ſubjiciebat, ut magis quilibet eorum Papa, quàm ipſe putaretur. In hac triſtiſſima ſervitute, non dico præſidentia, tria (vel ſupra) temporum luſtra, cum incredibili Eccleſiæ attritione conſumpta ſunt.

Digitized by Google

XXXXIII.

Quod Eccleſia prius humilianda eſt quã erigenda.

QVia verò Eccleſia ſeipſam humiliare, vel tot flagellis attrita, contempſit, rectè ab illo qui plus æquo exaltata humiliat, eliſáque & humiliata ergit, prius humilianda erat, ut in gratiam à qua exciderat rediret, poſtea erigenda atque ſublevanda: priùs deſolanda, poſtea conſolanda: prius percutienda, poſtea ſananda. Nam quod ad reintegrandam ipſam Eccleſiam, funeſto hoc ſchiſmate dilaceratam attinet, fruſtra aliquid per nos effici ſperamus. Non hoc humanis operibus, non ulla arte, aut gratia agendum eſt: altiorem plane manum res iſta depoſcit, & neceſſe eſt ſi unquam uniri debeat, idem ipſe Medicus ſit, qui vulnus intulit; quia & tam acerbum tamque immedicabile vulnus eſt, ut nulla opera curari valeat. Multa ſuper hac re tractata ſunt, multa agitata vel cogitata, multa conſcripta, multa conſulta, multæ legationes ſuſceptæ: verùm quo plura miſcuimus & moliti ſumus, eo res aſſidue implicatior atque turbatior evaſit, Deo labores noſtros irridente, imò jugiter irritante, qui noſtra ſine ejus adjumento ſolertia illud ipſius opus explere credidimus. Adde quod indigni ſumus & pacem ab eo impetrare, & pacem habere: quia non eſt pax impiis, dicit Dominus: qui rurſum per Prophetam ait, Erit opus juſtitiæ pax. Denique nato in carne Domino, Angelorum exercitus pacem ſuo prædulci carmine in terra denuncians, ſolis eam hominibus bonæ voluntatis futuram nunciavit.

Digitized by Google

XXXXIV.

QVod autem à Domino hæc peſtis ſchiſmatica proceſſerit, ex quibuſdam in Zacharia ſcriptis licet aperte colligere. Legimus ſiquidem in illo propheta, qui multa de futuris temporibus, & noviſſimis Eccleſiæ tribulationibus ſub prophetico velamine prætexuit, quod Deus ſummus paſtor, omnium aliorum caput & regula, in duabus virgis paſcit gregem ſuum, quæ ſunt decus & funiculus: quia decoris moribus & fraterna charitate præditi eſſe debent, qui volunt in Eccleſia populis praeeſſe. Charitatis enim, quæ eſt vinculum perfectionis, funiculus triplex eſt, qui difficile rumpitur, quia in Deum & proximum & ſeipſum tendit. Verùm ſi anima paſtoris divinis minime juſſis obtemperans, ſua, & non quæ Dei ſunt quærit, & turpi in Deum operatione variaverit, contrahitur anima ejus ſuper eos, præcidenſque virgas ſuas ab eis ſubtrahit: pro decore ignominiam & dedecus, pro nectente autem funiculo, ſchiſmata, contentiones, & virulenta dimittens diſſidia. Et hoc pacto irritum facit fœdus ſuum cum Paſtoribus pariter & ovibus percuſſum, germanitatemque inter eos diſſociat: quia plerunque pro culpa ſuperiorum, ipſi etiam ſubditi puniuntur, ſicut propter reatum David in populi numeratione, populus plaga peſtilentica peſſima percuſſus legitur. Conſtat autem primam virgam, quæ decus vocatur, propter vitia Paſtorum jam ante annos multos ab Eccleſia præciſam ac ſublatam, eo videlicet tempore, quo

De duabus virgis Dei quibus gregem ſuum paſcit.

probroſos illos mores, de quibus antea memini, induerunt. Ex illo quidem fluere, infirmari, langueſcere, retro ſublapſa referri cœpit Eccleſia. Quippe quæ vernanti exuta decore, pallidam & obſcuratam, in terramque dejectam faciem gerebat, poſtquam ejuſmodi languor nulla fomenti opitulatione medicatur, ſed diuturna incuria neglectus adeo per moram temporis invaluit, adeoque membra univerſa pererrando totum corpus occupavit: ſicque obſeſſum tenuit, ut jam vix ultra ſibi invicem membra ipſa cohærere poſſent. Et ut verum eſſet illud propheticum, A planta pedis uſque ad verticem capitis non eſt in eo ſanitas, ſublata eſt virga ſecunda, funiculus, qui invicem membra ejus colligabat: quæ nunc rupto pacis vinculo, nefandum ſchiſma horrendumque prorſus diſſociat.

XXXXV.

Quod fuit initium cõculcationis.

PVtant quippe nonnulli, (quia multa de hoc ſchiſmate & futura Eccleſiæ per ipſum deſolatione, divino ut creditur inſtinctu, jamdudum prælocuti ſunt) teterrimam Eccleſiæ totius ex eo conculcationem, incredibilemque vaſtitatem, per terreni violentiam Imperij, cujus multa ſibi jura occupavit, orituram: quo terrenis tandem exuta copiis quæ aliena glutierat, malè trita evomat, filioſque fornicationum, quos cum Principum importunitate, cum improbiſſimo mercatu plurimos genuit, morte, fuga, exilio, fame & captivitate oppreſſos lugeat. Quę fortaſſis perſecutio maturiùs quàm plerique putant, cervicibus eorum incubitura eſt. Ma-

gna enim eis fundamenta, niſi valdè obcæcati ſumus, jam jacta ſunt, quæ quotidie magis ac magis à terra ſurgere, & in apertam jam lucem erumpere nemo eſt (ſi modo ſenſum habet) qui non valeat animadvertere. Et profectò juſtiſſimo Dei judicio tanta malorum inundatione obruenda & conquaſſanda eſt, quæ in tantam omnium abominationum inſaniam excrevit, ut nulla alia via caſtigari, aut ad priorem innocentiam redigi poſſe videatur. Præceſſerunt infinita ſigna, admonitiones, comminationes, increpationes, clades, verbera, flagella, quæ ipſam ad ſanam mentem, ne inſtantia talia pareretur, revocarent: ſed nihil eſt omnibus his actum, imo incaſſùm omnia conſumpta. Fruſtra (inquit Propheta) conflavit conflator, malitiæ eorum non ſunt conſumptæ: fronte enim contra Deum obfirmata, omnia contempſerunt, & velut equus infrenis, poſt ſuas concupiſcentias rapidiori ſemper impetu concurrerunt.

XXXXVI.

QVis igitur tibi (ô Chriſte) modus reſtat, ſi tuam Eccleſiam, à tanta ſorde ſcoriæ, in quam argentum ejus & aurum verſa ſunt, emundare diſponis? Multa, ut totam ſcoriam ipſam repurges, multa, inquam, conflatili arte aut purgatorio igne opus eſt ad aurum reparandum, & ut ab Eccleſiæ fornace projicias, & puro illi nitore rutilantia metalla iterum inducas. Et ſi tuam præterea vineam labruſcis ſenticoſiſque virgultis palmites ſuffocantibus obſeptam, infructiferam, vis ad naturam reducere, quis me-

Si Eccl ſia florere & fructificare habeat.

lior modus id agendi, quàm inutiles ſtirpes; eam ſterilem efficientes, quæ falcibus amputatæ pullulant, radicitus evellere, vineamque ipſam aliis agricolis locatam, novis rurſum ac feracibus & fructiferis palmitibus inſerere? Neque enim, teipſo teſte, aut de ſpinis poſſunt vuæ colligi, aut de tribulis ficus. Sed & arborem nullum fructum ferentem excidendam ipſe ſanxiſti, & igne cremendam. Fallitur igitur quiſquis labores & dolores Eccleſiæ his malis quæ jam patimur, finiri exiſtimat. Hæc non niſi exigua ſunt dolorum initia, & ſuavia quædam eorum quæ ſuperſunt præludia. Sed tempus erat ut portum, ingruente jam tempeſtate, peteremus, noſtræque in his periculis ſaluti conſuleremus: ne tanta procellarum vis quæ laceram Petri naviculam validiori turbinis impulſu, quam ullo aliâs tempore, concuſſura eſt, in mediis nos fluctibus cum his qui merito naufragio perituri ſunt, abſorbeat.

FINIS.

Digitized by Google

DE EMENDATIONE ECCLESIÆ

LIBELLVS AVTHORE

REVERENDISSIMO DOMINO

PETRO DE ALIACO

CARDINALI CAMERACENSI.

Digitized by Google

tus Princeps [illegible], quo de[illegible] Pontifices, ut tandem Romanorum [illegible] palàm emendatam ad Evangelium [illegible]ſam cerneret priùs quam vita defungeretur!

Induxit Concilium in Conſtantia Germaniæ. Ipſe in Britanniam navigavit, in Arragoniam profectus eſt, Galliam adiit amore concordiæ. Quam ubi tandem obtinuiſſet, & jam Odo Columnenſis in Pontificem electus, & Martinus quintus appellatus eſſet, exuberanti gaudio velut extra ſe raptus planè ſperabat Eccleſiaſticos proceres emendationi publicæ ſtatim operam daturos. At pientiſſimum Principem novus Pontifex bellè eluſit, aſſerens ſe de hac re per otium cogitaturum, in primis adeundam eſſe Romam, cuius templa abſente iam annis aliquot Pontifice, paſſim collaberentur, & quod Petri patrimonium vocant, è tyrannorum manibus eripiendum. Quaſi vero non præſtet quidquid eſt Romæ ſacellorum corruere, ſi morum emendatio poſſit obtineri.

Quo modo Sigiſmundus à Pontifice deluſus.

Templa ſemper reſtitui poſſunt, & opibus ornari. Emendatio ope divina habet opus, animis Principum in hoc laborantibus. Sic eluſus fuit Sigiſmundus Cæſar, qui alioqui natus videri poterat ad Chriſtianiſmum orbi reſtituendum: ejus adhuc extant in Germa-

nica lin-

Digitized by Google

manica lingua de omnium ordinum emendatione pro tota Republica Chriſtiana graviſſimæ conſtitutiones.

Idem animi videtur habuiſſe Petrus ab Aliaco Cardinalis Cameracenſis, qui licet infectus eſſet Theologia iſta Scolaſtica, quæ eſt ingenioſa cum ad conſcientias in nugis aggravandas, tum rurſus ad inveniendas excuſationes in peccatis multo ſolertiſsima, temperare tamen ſibi non potuit, quin hunc libellum, quem diu ſuppreſſum nunc emittimus, pro publica morum emendatione à ſe conſcriptum, patribus in Conſtantia Germaniæ iuſſu Cæſaris Sigiſmundi congregatis offerret. Quo tamen haud plus effecit, quam abhinc aliquot annos Raimundus Cardinalis Gurcenſis ſua privatim monitione. Nam cum is commodum Romam revertiſſet, onuſtus auro Germanico, quod ſuprema ſua legatione fungens, ex diſtractione theſauri illius indulgentiarum exhauſti corraſerat (meritorum Chriſti videlicet, & ſanctorum, quæ illis ſuperabant cum iudice Deo rationem ineuntibus) fortè in Senatu purpuratorum (Conſiſtorium illi vocant) rogatus eſt, quidnam de Roma ſentirent Barbari, quando ad illos tanta benignitate merces indulgentiarum importarentur. Reſpondit Raimundus: Totum orbem conqueri de luxu faſtuque Cardinalium. Quod niſi vos, inquit,

Digitized by Google

emendatos viderint, erit in periculo Reſpublica noſtra. Id cum pluribus verbis repeteret, cuncti contrahebant ad hunc ſermonem frontes & humeros ſuos, qui Italis mos eſt. Cæterum, *ut optimus Pater deinceps taceret de reformatione re valde odioſa Romæ, de qua nimium cæperat loqui, bono haud dubiè zelo motus, communicato prius conſilio convenit inter* Cardinales, *ut unus ex ipſis notæ audaciæ ſic ſenem pudefaceret: Quod ordo noſter apud Barbaros malè audit, tu ipſe in cauſa es, qui tam copioſo famulitio, tanto luxu veſtium & epularum, tantoque ſplendore domeſticæ ſuppellectilis uſus es, ut invidiam & tibi & nobis compararis! atque hæc cum ſtomachi ſignificatione prolocutus eſt. Intellexit rem ſtatim optimus pater, & deinceps ſiluit. Itaque Deus Optimus Maximus orandus eſt, ut illuſtret cœcas hominum mentes & pectora cæca. Nam à nobis nulla ſpes eſt, quos omnes communis culpa velut eodem faſce conſtringit. Vale Lector.*

Digitized by Google

DE REFORMATIONE ECCLESIÆ

LIBELLVS REVEREND. PATRIS D. PETRI DE ALIACO CARDINALIS CAMERACENSIS

OBLATVS PRIMORIBVS ECCLEſiaſticis in Concilio Conſtantienſi, juſſu Cæſaris Sigiſmundi congregatis. Anno M. CCCC, XV. menſe Novembri.

PRÆFATIO.

De reformatione Eccleſiæ dudum plura per me ſcripta nunc compendioſius recolligere, & ſacri generalis Concilij Conſtantienſis examinationi & correctioni præſentare decrevi. Quæ Eccleſiæ reformatio quàm neceſſaria olim fuerit & amplius modo ſit, evidenter oſtendit deflenda ipſius deformatio,

Digitized by Google

de qua lamentabiliter conquerebatur beatus Bernardus ſermone triceſimotertio ſuper Cantica, ita dicens: Serpit hodie putrida tabes per omne corpus Eccleſiæ, & quo latius eo deſperatius, eoque periculoſius quo interius. Nam ſi inſurgeret apertus hæreticus, mitteretur foras & areſceret: ſi violentus inimicus, abſconderet ſe forſan ab eo. Nunc verò quem ejiciet, aut à quo abſcondet ſe? Omnes amici, & omnes inimici. Omnes neceſſarij, & omnes adverſarij. Omnes domeſtici, & nulli pacifici Omnes proximi, & omnes quæ ſua ſunt, quærunt. Miniſtri Chriſti ſunt, & ſerviunt Antichriſto. Honorati incedunt de bonis Domini, qui Domino honorem non deferunt. Et enumeratis quibuſdam exceſſivis abuſibus Eccleſiaſticorum, ſubdit. Olim prædictum eſt, & nunc tempus impletionis advenit. Ecce in pace amaritudo mea amariſſima. Amara prius in nece Martyrum, amarior poſt in conflictu Hæreticorum, amariſſima nunc in moribus domeſticorum. Non fugare, non fugere eos poteſt, ita invaluerunt, & multiplicati ſunt ſuper numerum. Inteſtina & inſanabilis eſt plaga Eccleſiæ. Et ideo in pace amaritudo ejus amariſſima. Sed in qua pace? Et pax eſt, & non eſt pax. Pax à Paganis, pax ab hæreticis, ſed non profecto à filiis. Vox plengentis in tempore iſto. Filios enutrivi & exaltavi, ipſi autem ſprè-

Non ergo fiet reformatio niſi multum laborioſè.

verunt me. Spreverunt & maculaverunt me à turpi vita, à turpi quæſtu, à turpi commercio, à negotio denique perambulante in tenebris. Si hæc à beato Bernardo dicta ſunt, nunc multo magis dici poſſunt, quia ex tunc de malis ad peiora proceſſit, & in omni tam ſpirituali quam ſæculari ſtatu abiecto decore virtutum in variam cecidit turpitudinem vitiorum. Propterea extunc quidam ſpirituales mala hæc ſubtilioris intelligentiæ oculo prævidentes, præſentis Eccleſiæ perſecutionem, & huius ſchiſmatis horrendam monſtruoſamque diviſionem, ſubſtractionem quoque obedientiæ ab Eccleſia Romana, & alia plura ſcandaloſa inde ſequutura prædixerunt. Sicut patet in libris Abbatis Ioachim & Hildegardis, quos non eſſe contemnendos, quorumdam magnorum doctorum probat authoritas. Hæc autem Deus miſericordiſſimus, qui ſolus ex malis bona novit elicere, ideo permittere credendus eſt, ut eorum occaſione Eccleſia ſua in melius reformetur. Quod niſi celeriter fiat, audeo dicere, quod licet magna ſint quæ videmus, tamen in brevi incomparabiliter majora videbimus, & poſt iſta tonitrua tam horrenda, maiora alia horribiliora in proximo audiemus. Eapropter ſummo opere vigilandum eſt circa reformationem Eccleſiæ. Ideo circa hoc aliquas conſiderationes particulares ſcribere, & pruden-

Digitized by Google

Digitized by Google

DE EMENDATIONE ECCLESIÆ

LIBELLVS AVTHORE

REVERENDISSIMO DOMINO PETRO DE ALIACO CARDINALI CAMERACENSI.

Patribus olim oblatus in Concilio Conſtantienſi congregatis, quod Chriſtianiſſimus Princeps Sigiſmundus Auguſtus convocarat, non tam ob Eccleſiæ concordiam, quam communis morum emendationis ſpe. Quæ quominus proceſſerit, per hunc non ſtetit, ſed per Eccleſiaſticos Germanicæ ſimplicitati imponente Romana aſtutia.

AD LECTOREM.

CVjus cor eſt tam lapideum, quod non commoveatur? cujus oculi tam ſicci ſunt, ut non madeſcant undis lachrymarum, qui cogitet quid intentatum reliquerit Chriſtianiſſimus

ille Princeps Sigiſmundus Auguſtus, quo diſſentientes in concordiam redigeret Pontifices, ut tandem Rempublicam Chriſtianam pulchrè emendatam ad Evangelicam amuſſim cerneret prius quam vita defungeretur?

Indixit Concilium in Conſtantia Germaniæ. Ipſe in Britanniam navigavit, in Arragoniam profectus eſt, Galliam adiit amore concordiæ. Quam ubi tandem obtinuiſſet, & jam Oddo Columnenſis in Pontificem electus, & Martinus quintus appellatus eſſet, exuberanti gaudio velut extra ſe raptus planè ſperabat Eccleſiaſticos proceres emendationi publicæ ſtatim operam daturos. At pientiſſimum Principem novus Pontifex bellè eluſit, aſſerens ſe de hac re per otium cogitaturum, inprimis adeundam eſſe Romam, cuius templa abſente iam annis aliquot Pontifice, paſſim collaberentur, & quod Petri patrimonium vocant, è tyrannorum manibus eripiendum. Quaſi vero non præſtet quidquid eſt Romæ ſacellorum corruere, ſi morum emendatio poſſit obtineri.

Quo modo Sigiſmundus à Pontifice deluſus.

Templa ſemper reſtitui poſſunt, & opibus ornari. Emendatio ope divina habet opus, animis Principum in hoc laborantibus. Sic eluſus fuit Sigiſmundus Cæſar, qui alioqui natus videri poterat ad Chriſtianiſmum orbi reſtituendum: ejus adhuc extant in Germa-

nica lin-

manica lingua de omnium ordinum emendatione pro tota Republica Chriſtiana graviſſimæ conſtitutiones.

Idem animi videtur habuiſſe Petrus ab Aliaco Cardinalis Cameracenſis, qui licet infectus eſſet Theologia iſta Scolaſtica, quæ eſt ingenioſa cum ad conſcientias in nugis aggravandas, tum rurſus ad inveniendas excuſationes in peccatis multo ſolertiſsima, temperare tamen ſibi non potuit, quin hunc libellum, quem diu ſuppreſſum nunc emittimus, pro publica morum emendatione à ſe conſcriptum, patribus in Conſtantia Germaniæ iuſſu Cæſaris Sigiſmundi congregatis offerret. Quo tamen haud plus effecit, quam abhinc aliquot annos Raimundus Cardinalis Gurcenſis ſua privatim monitione. Nam cum is commodum Romam revertiſſet, onuſtus auro Germanico, quod ſuprema ſua legatione fungens, ex diſtractione theſauri illius indulgentiarum exhauſti corraſerat (meritorum Chriſti videlicet, & ſanctorum, quæ illis ſuperabant cum iudice Deo rationem ineuntibus) fortè in Senatu purpuratorum (Conſiſtorium illi vocant) rogatus eſt, quidnam de Roma ſentirent Barbari, quando ad illos tanta benignitate merces indulgentiarum importarentur. Reſpondit Raimundus: Totum orbem conqueri de luxu faſtuque Cardinalium. Quod niſi vos, inquit,

Digitized by Google

emendatos viderint, erit in periculo Reſpublica noſtra. Id cum pluribus verbis repeteret, cuncti contrahebant ad hunc ſermonem frontes & humeros ſuos, qui Italis mos eſt. C*æterum, ut optimus Pater deinceps taceret de reformatione re valde odioſa Romæ, de qua nimium cæperat loqui, bono haud dubiè zelo motus, communicato prius conſilio convenit inter* Cardinales*, ut unus ex ipſis notæ audaciæ ſic ſenem pudefaceret: Quod ordo noſter apud Barbaros malè audit, tu ipſe in cauſa es, qui tam copioſo famulitio, tanto luxu veſtium & epularum, tantoque ſplendore domeſticæ ſuppellectilis uſus es, ut invidiam & tibi & nobis compararis! atque hæc cum ſtomachi ſignificatione prolocutus eſt. Intellexit rem ſtatim optimus pater, & deinceps ſiluit. Itaque Deus Optimus Maximus orandus eſt, ut illuſtret cœcas hominum mentes & pectora cæca. Nam à nobis nulla ſpes eſt, quos omnes communis culpa velut eodem faſce conſtringit. Vale Lector.*

Digitized by Google

DE REFORMATIONE ECCLESIÆ

LIBELLVS REVEREND. PATRIS D.

PETRI DE ALIACO CARDINALIS CAMERACENSIS

OBLATVS PRIMORIBVS ECCLEſiaſticis in Concilio Conſtantienſi, juſſu Cæſaris Sigiſmundi congregatis. Anno M. CCCC. XV. menſe Novembri.

PRÆFATIO.

DE reformatione Eccleſiæ dudum plura per me ſcripta nunc compendioſius recolligere, & ſacri generalis Concilij Conſtantienſis examinationi & correctioni præſentare decrevi. Quæ Eccleſiæ reformatio quàm neceſſaria olim fuerit & amplius modo ſit, evidenter oſtendit deflenda ipſius deformatio,

Digitized by Google

de qua lamentabiliter conquerebatur beatus Bernardus ſermone triceſimotertio ſuper Can*tica , ita dicens :* Serpit *hodie putrida tabes per omne corpus Eccleſiæ , & quo latius eo deſperatius , eoque pericloſius quo interius. Nam ſi inſurgeret apertus hæreticus , mitteretur foras & areſceret : ſi violentus inimicus , abſconderet ſe forſan ab eo. Nunc verò quem ejiciet , aut à quo abſcondet ſe ?* Omnes *amici, & omnes inimici. Omnes neceſſarij , & omnes adverſarij. Omnes domeſtici , & nulli pacifici Omnes proximi , & omnes quæ ſua ſunt , quærunt. Miniſtri* C*hriſti ſunt , & ſerviunt Antichriſto. Honorati incedunt de bonis* Domini *, qui Domino honorem non deferunt. Et enumeratis quibuſdam exceſſivis abuſibus Eccleſiaſticorum , ſubdit. Olim prædictum eſt, & nunc tempus impletionis advenit. Ecce in pace amaritudo mea amariſſima. Amara prius in nece Martyrum , amarior poſt in conflictu Hæreticorum, amariſſima nunc in moribus domeſticorum. Non fugare , non fugere eos poteſt , ita invaluerunt, & multiplicati ſunt ſuper numerum. Inteſtina & inſanabilis eſt plaga Eccleſiæ. Et ideo in pace amaritudo ejus amariſſima. Sed in qua pace? Et pax eſt , & non eſt pax. Pax à Paganis , pax ab hæreticis , ſed non profecto à filiis. Vox plengentis in tempore iſto. Filios enutrivi & exaltavi , ipſi autem ſprè-*

Non ergo fiet reformatio niſi multum laborioſè.

verunt me. Spreverunt & maculaverunt me à turpi vita, à turpi quæſtu, à turpi commercio, à negotio denique perambulante in tenebris. Si hæc à beato Bernardo dicta ſunt, nunc multo magis dici poſſunt, quia ex tunc de malis ad peiora proceſſit, & in omni tam ſpirituali quam ſæculari ſtatu abiecto decore virtutum in variam cecidit turpitudinem vitiorum. Propterea extunc quidam ſpirituales mala hæc ſubtilioris intelligentiæ oculo prævidentes, præſentis Eccleſiæ perſecutionem, & huius ſchiſmatis horrendam monſtruoſamque diviſionem, ſubſtractionem quoque obedientiæ ab Eccleſia Romana, & alia plura ſcandaloſa inde ſequutura prædixerunt. Sicut patet in libris Abbatis Ioachim & Hildegardis, quos non eſſe contemnendos, quorumdam magnorum doctorum probat authoritas. Hæc autem Deus miſericordiſſimus, qui ſolus ex malis bona novit elicere, ideo permittere credendus eſt, ut eorum occaſione Eccleſia ſua in melius reformetur. Quod niſi celeriter fiat, audeo dicere, quod licet magna ſint quæ videmus, tamen in brevi incomparabiliter majora videbimus, & poſt iſta tonitrua tam horrenda, maiora alia horribiliora in proximo audiemus. Eapropter ſummo opere vigilandum eſt circa reformationem Eccleſiæ. Ideo circa hoc aliquas conſiderationes particulares ſcribere, & pruden-

Digitized by Google

tum examinationi proponere dignum duxi; nec omnes quidem, quia ad hoc & majori libro & majori ingenio opus eſſet, ſed utiliores, & meo judicio magis neceſſarias, & per quas ad omnes alias via poterit facilius aperiri.

Prima autem conſideratio erit de reformandis circa totum corpus Eccleſiæ.

Secunda, de reformandis circa ejus caput, ſcilicet circa ſtatum Papæ & Romanæ Curiæ.

Tertia, de reformatione principalium Eccleſiæ partium, ſcilicet Prælatorum.

Quarta, de reformandis circa Religiones & Religioſos.

Quinta, de reformandis circa cæteros Eccleſiaſticos.

Sexta, de reformatione laïcorum Chriſtianorum.

Digitized by Google

DE REFORMATIONE ECCLESIÆ

CIRCA TOTUM CORPUS Univerſalis Eccleſiæ.

PRima conſideratio eſt de his, quæ videntur reformanda circa totum corpus univerſalis Eccleſiæ. Ubi primo occurrit eſſe expediens & neceſſarium, quod ſæpius quam hactenus factum ſit, generalia Concilia celebrentur.

Item, videtur expediens quod etiam ſæpius celebrarentur Concilia Provincialia; quia ut patet 18. diſtinct. Decreti, ſancti Patres propter Eccleſiæ utilitatem, primo ſtatuerunt ea bis in anno celebrari.

Poſtea vero propter faſtigationes, & ut opportunè haberentur, hi qui congregandi ſunt ſtatuto Synodali definierunt, omni excuſatione remota modis omnibus ſemel in anno fieri, & depravata corrigi. Unde & Epiſcopi, qui ad Synodum venire contemnunt, & Principes qui hoc prohibent vel impediunt, vel Metropolitani qui abſque rationabili cauſa hoc agere negligunt, Canonicis pœnis ſubjacent, ut hæc

probantur in dicta diſt. quaſi per totum, & in multis Canonibus Conciliorum, ut in ſecundo capitulo Carthaginenſis Concilij tertij, & in alio capitulo Toletani Concilij ſexti, & in tertio capitulo quarti Concilij Toletani, ubi ſic legitur: Nulla penè res diſciplinæ mores ab Eccleſia Chriſti magis expellit, quam negligentia ſacerdotum, qui contemptis Canonibus ad corrigendos mores Synodos facere negligunt. Et certe hodie docet experientia, quot & quanta mala ex hujuſmodi negligentia proveniant. Et ideo neceſſe eſt providere, ut hujuſmodi Concilia ſæpius fiant, & ſi non ſemel in anno juxta rigorem Canonum, ſaltem de triennio in triennium ad evitandum vexationes itinerum, laborum & expenſarum, & quia omne rarum, pretioſum. Et ſi dicatur, quod hodie non eſt opus generalia aut Provincialia Concilia congregare, ſicut fuit in primitiva Eccleſia: & quod ad tollendum vexationes Prælatorum in hujuſmodi Conciliis, Romana Eccleſia ſeu Papalis Curia poteſt ſufficienter caſibus emergentibus reſpondere.

Reſpondetur, quod hoc non eſt utique verum. Tum primo quia experientia docet, quod propter defectum Conciliorum, & maximè generalium totius Eccleſiæ, quæ ſola poteſt audacter & intrepide omnes corrigere, ea mala quæ univerſalem tangunt Eccleſiam, diu remanſerunt impunita, incorrecta, & adeo creverunt & inveterata ſunt, ut tandem multa injuſta & iniqua ſub prætextu fictæ & corruptæ conſuetudinis licita reputentur.

Nota bene.

Item, multi ſuſpicantur, quod hæc diſſimu-

laverit Romana Curia, & ſuper hoc Concilia fieri neglexerit, ut poſſet ad ſuæ voluntatis libitum plenius dominari, & jura aliarum Eccleſiarum liberius uſurpare. Quod non aſſero eſſe verum. Sed quia contra eam hujuſmodi laborat infamia, debent ad eam purgandam ſuper congregatione Conciliorum generalium & Provincialium providere. Alioqui, juxta dictum Auguſtini, ſi famam ſuam negligit, crudelis eſt.

Item, illa ſanctiſſima Romana Curia, ſcilicet Petri & Apoſtolorum, licet potuiſſet ſine congregatione Concilij, per Epiſtolas vel alias vias, cauſas & negotia Eccleſiæ faciliter terminare, tamen legitur quatuor Concilia celebraſſe, ſicut patet in Actis 12.15.16. cap. Unde per hoc exemplum inſtructionis de ſæpe congregandis Conciliis, ſuis poſteris reliquerunt. Nam ſicut Chriſti, ſic & Apoſtolorum ſuorum à capite noſtro eſt inſtructio, juxta illud Apoſtoli: Imitatores mei eſtote, ſicut & ego Chriſti.

Item, in quarto cap. Canonis dicit Iſidorus: Quod quia ante tempora Conſtantini, non erat Epiſcopis licentia conveniendi in unum, ſcilicet publicè per modum Concilij generalis, ideo Chriſtianitas in diverſas hæreſes ſciſſa eſt: Et ita dicere poſſumus modo, quod propter defectum celebrationis Conciliorum Eccleſia in diverſa ſchiſmata, & alia immemorabilia mala fortè etiam ad hæreſes diſponentia, proh dolor! lapſa eſt, ſicut experientia docet.

Item, ſi Concilia celebrata fuiſſent, veriſimile eſt, quod hoc nefandum ſchiſma non tam diu perduraſſet, nec forte ſchiſma Græcorum. Unde hujuſmodi ſchiſmatibus debuiſſet cito per Con-

Digitized by Google

cilium generale provideri, ut in primitiva Eccleſia docuerunt Apoſtoli, prout legitur Actuum ſexto, quod quia ortum eſt murmur Græcorum adverſus Hebræos &c. ſtatim duodecim Apoſtoli ipſum convocata multitudine ſedaverunt.

Similiter Actorum decimoquinto, orta diſſenſione propter obſervantiam legalium, ſancti Paulus & Barnabas aſcenderunt ad Apoſtolos in Hieruſalem. Unde patet, quod valde damnabiliter peccaverunt illi Principes & Prælati, qui pro ſedatione hujuſmodi ſchiſmatis convocationem Concilij neglexerunt aut impediverunt.

Item, aliqui ſunt caſus ardui neceſſario reformandi, in quibus non poteſt commodius quam per generale Concilium provideri: ſicut patet primo de reformatione Romæ Curiæ, quæ, ut infra dicetur, neceſſaria eſt reformari, ſicut nec contempſit à generali Concilio plures principatus, honores recipere: quia licet principaliter Romana Eccleſia principatum habuerit à Domino, tamen ſecundario à Concilio, ut dicit gloſſ.17. diſt. ſup. cap. Concilia.

Item, reformatio totius corporis Eccleſię & particularis Eccleſiæ Romanæ, eſt de arduis pertinentibus ad fidem. Nam ejus generalis deformatio non mediocriter fidem tangit, & per conſequens ejus reformatio. Ideo in hoc non debet Papa aut ejus Curia deliberationem Concilij reſpuere, quia ſicut dicit gloſſ. 19. diſt. ſuper. cap. Anaſtaſius. Papa debet requirere Concilium Epiſcoporum, ubi agitur de fide. Quod non ſolum intelligo de articulis fidei, ſed de arduis tangentibus univerſalem ſtatum fidelis Ec-

cleſiæ. Quod notat Archidiaconus 15. diſt. in cap. ubi dictam gloſſ. approbans addit, quod nimis periculoſum eſſet fidem noſtram committere arbitrio unius hominis. Et idcirco Papa in caſibus novis & arduis ad deliberationem Concilij recurrere conſuevit.

Item, duo ſunt arduiſſimi caſus fidem & fideles omnes mutabiliter & miſerabiliter concernentes, quibus eſſet per generale Concilium neceſſario providendum.

Unus eſt de modo providendi contra Sarracenos & alios infideles, fidem & Chriſtianitatem impugnantes, & nunc multo periculoſius quam à multis retroactis temporibus fecerunt contra Eccleſiam Catholicam inſurgentes.] Quibus ſi celeriter non obvietur, timendum eſt, ne Conſtantinopolitanum Imperium jam multipliciter ab eis laceratum & vexatum, penitus deſtruatur. Ac deinde Romanum Imperium jam diviſum, & penè ad ruinam pręparatum invadant, & ſic Eccleſiam deſtruant jam ſchiſmate laceratam, ut ſic via præparetur adventui Antichriſti, de quo prædixit Paulus: Niſi venerit diſſenſio primum, &c. quod exponit gloſſ. de duplici diſſenſione ſeu diviſione; una ab Imperio, alia ab Eccleſia Romana, quæ prævenire debet Antichriſtum. Et utramque jam præſentialiter multi devoti fideles non immerito pertimeſcunt.

Alius caſus eſt de modo providendi circa Græcos, ut ad unitatem Romanæ Eccleſię reducantur, quod nunc maximè opportunè fieri poſſe videtur, dum eorum Imperator inter Latinos degens à Romana Eccleſia & dominis temporalibus, præcipuè à Francorum Rege contra in- *Hoc eſſet homines cogere.*

fideles cogitur auxilium & ſubſidium poſtulare. De viis autem & modis circa dictos caſus ſervandis ſcripſerunt plures fidei zelatores, & ſpecialiter frater Humbertus de Romania, quondam magiſter quintus Ordinis Prædicatorum, tractatum utilem compoſuit, ut ſuper his provideretur in Concilio generali Lugdunenſi ſub Gregorio Papa decimo celebrando.

DE REFORMATIONE CAPITIS, HOC EST, STATVS PAPALIS, ET SVÆ ROMANÆ CURIÆ ET CARDINALIUM.

SEcunda conſideratio eſt de his quę reformanda videntur circa caput corporis Eccleſiæ, id eſt, circa ſtatum Papæ & ſuæ Romanę Curiæ.

Et primo tollendus eſſet deteſtabilis abuſus, à quo primo ſchiſma originem traxit, ſcilicet quod una natio ſive regnum, aliquando ultra, aliquando citra montes, in ſcandalum reſiduæ Chriſtianitatis, ita diu Papatum tenuit, ut poſſet dicere: Hæreditate poſſideamus ſanctuarium Dei. Quod quam deteſtabile ſit præcipuè in Papatu, oſtendit ille qui ait: In veritate com-

Digitized by Google

peri quod non ſit perſonarum acceptor Deus, &c.

Item, pro dicta proviſione eſſet ſtatuendum, quod de cætero major pars Cardinalium non poſſet aſſumi de uno regno, ſive de una natione, ſicut quandoque hactenus factum eſt, in magnum ſcandalum plurimorum, ſed quod de diverſis Regnis & Provinciis indiſtinctè juxta perſonarum merita aſſumantur. Quia ſicut apud Deum, ita apud Dei miniſtros non debet eſſe acceptio perſonarum. Et videretur ſufficere quod de una Provincia ſolum eſſet unus Cardinalis, ut in eorum promotione & multiplicatione tolleretur, vel ſaltem reſtringeretur & arctaretur carnalis affectio promoventis. Et ut per aſſumptos de diverſis Provinciis, diverſitas morum & ſtatuum earundem, Romanæ Eccleſiæ, innoteſceret ad utilitatem & ſalutarem proviſionem incolarum.

Item, quia una cauſa præſentis ſchiſmatis fuit, quod Cardinales nimis tardaverunt declarare, & fideles ſufficienter informare, quod primam electionem feciſſent vi & metu. Ideo ad tollendũ ne alias ſimilis ſcandali detur occaſio, expediens videretur arctari aliquod tempus, ita quod talis exceptio deberet allegari, & ultra quod nec illa nec alia exceptio contra Papæ electionem poſſet per Cardinales opponi. Et eſſet etiam per Concilium declarandum, quis de hujus cauſa metus haberet cognoſcere. Quia Joannes And. ſuper Clement. de elect. quærit, quis de hujus cauſa metus cognoſcere haberet, ſi allegaretur circa electionem Papæ. Et reſpondens dicit, quod iſta nondum deciſa, nec

proviſa, egebunt proviſione.

Gravamina ab Eccleſia Romana.

Item, neceſſaria erit reformatio & proviſio circa gravamina, quæ Romana Eccleſia infert aliis inferioribus Eccleſiis & Prælatis. Et maximè in tribus, de quibus conqueritur præallegatus frater Humbertus, in dicto tractatu ſuo parte 2. cap. 11. ubi dicit, quod cauſa diſpoſitiva ſchiſmatis Græcorum inter alias una fuit propter gravamina Romanæ Eccleſiæ in exactionibus, excommunicationibus & ſtatutis.

Tria gravamina.

Gravamina exactionum Papalium.

De primo gravamine, & contra hanc multitudinem & magnitudinem exactionum, providendum eſſet tripliciter.

Primo, per diminutionem pompoſorum ſtatuum & exceſſivarum expenſarum, ut ſic Romana Eccleſia minus eſſet oneroſa ſubjectis, & ut etiam eis eſſet exemplum humilitatis & forma virtutis, inſtar Chriſti, cujus ipſa vicariatum & à quo primatus honorem tenet, qui ait: Diſcite à me, quia mitis ſum & humilis corde.

Secundo, per diminutionem & arctationem hujuſmodi exactionum, ſic ſcilicet, quod certa ſumma rationabilis determinaretur & limitaretur pro moderato ſtatu Papæ & Cardinalium, ſubjectis Eccleſiis imponenda, & per diœceſes proportionabiliter diſtribuenda, & à diœceſanis recolligenda, & in certis terminis ſolvenda Romanæ Curiæ, ultra quam ſummam nova exactio non poſſet imponi ſine auctoritate & conſenſu generalis Concilij.

Cardinalium numerus minuendus.

Tertio, per diminutionem numeri Cardinalium, ita quod non eſſet tantus nec tam oneroſus numerus ipſorum, ſicut hactenus fuit, ne Romanæ Curiæ dici poſſet: Multiplicaſti gen-

Digitized by Google

tem, & non magnificaſti lætitiam.

Item, circa ſtatum Cardinalium & aliorum Eccleſiaſticorum providendum eſſet, quod deinceps non tenerent illam monſtruoſam & multipliciter ſcandaloſam beneficiorum multitudinem: de quo abuſu antiqui ſapientes conqueſti ſunt, ſicut Guillemus Epiſcopus Pariſienſis in Verbo abbreviato de verbis & vitiis. cap. de ſignis avaritiæ Eccleſiaſticorum. quorum rationes expediret diligenter examinare, & pro ſedatione conſcientiarum, quid ſuper hac re tenendum ſit, declarare.

De ſecundo gravamine ſupra tacto, ſcilicet multiplicatione excommunicationum, & ex conſequenti irregularitatum, quas Romana Eccleſia in ſuis conſtitutionibus pœnalibus, & maxime in quibuſdam novis Decretalibus impoſuit, & ſæpe per ſuos collectores in multorum ſcandalum fulminavit, & ad cujus exemplum alij Prælati leviter & pro levibus cauſis, ut pro debitis, vel hujuſmodi pauperes excommunicatione crudeliter percutiunt, neceſſe eſt providere, cum hoc ſit contra jura, ut 11. quęſt. 3. cap. Nullus eum ſine concord. Nam gladius Eccleſiæ, videlicet excommunicatio, qui in primitiva Eccleſia, veneranda raritate erat formidabilis, jam propter abuſum contrarium, contemptibilis effectus eſt, ſicut oſtendit doctor ſubtilis Ioannes Scotus ſuper quarto Sententiarum, diſt. 18. Qui tamen contemptus valde periculoſus eſt, quia excommunicatio major, quæ anathema dicitur, æternæ eſt mortis damnatio, & non niſi pro mortali debet imponi crimine, & illis qui aliter non potuerunt corrigi, ut

Gravamen excommunicationũ Papalium.

Attende.

Digitized by Google

habetur 11. quæſt. 3. cap. Nemo. cui concordat gloſſ. extra. de verb. ſig. ex parte.

Gravamen Papaliũ ſtatutorũ, Canonum & Decretalium.

De tertio gravamine ratione Eccleſiæ, quod imponit aliis in oneroſa multitudine ſtatutorum, Canonum & Decretalium, & maximè illorum quę videntur ad graves pœnas, & præcipuè ad mortales culpas obligare. Et eadem ratione de ſimilibus ſtatutis ac Conſtitutionibus Synodalibus Pręlatorum providendum erit de rationabili alienatione hujuſmodi onerum, ne de Pręlatis Eccleſię verificetur, quod de Phariſęis & ſacerdotibus Synagogę à Chriſto improperando dictum eſt. Imponunt onera gravia & importabilia in humeris hominum, digito autem nolunt ea movere.

Item, ſuper quibuſdam aliis gravaminibus per Romanam Eccleſiam aliis Prælatis & Eccleſiis ſuperinductis adhibenda erit proviſio, videlicet ſuper collationibus beneficiorum & electionibus dignitatum.

De Collationibus beneficiorum & prælaturarum.

Similiter ſuper conceſſionibus exemptionum, quas Romana Eccleſia pluribus Religionibus, Abbatibus & Conventibus ac Capitulis, in præjudicium Prælatorum conceſſit, de quibus jam olim plures devoti Eccleſiæ zelatores conqueſti ſunt, ſicut Beatus Bernardus in libro ad Eugenium Papam, & alij.

Vſurpatio Officiariorũ Romanenſium.

Similiter de pluribus aliis honoribus, reverentiis & præeminentiis, quas quidem Officiarij Romanæ Curiæ ſuper alios Prælatos uſupaverunt. Et multis eorum particularibus exceſſibus, de quibus longum eſſet per ſingula diſcurrere, perutilis & neceſſaria erit proviſio.

Hic autem propter dictos exceſſus dudum quandam

Digitized by Google

opinionem recitavi, quam nuper in tractatu de Eccleſiaſtica poteſtate, tanquam erroneam reprobandam eſſe declaravi, videlicet quorumdam detractorum Romanæ Eccleſiæ, qui in ejus odium prætextu quorumdam abuſuum, ſtatum Cardinalium, quem inutilem & damnoſum, nec ab Apoſtolis, vel Conciliis inſtitutum, & ſine cauſa rationabili uſurpatum, tanquam oneroſum Eccleſiæ, extirpandum eſſe dixerunt, ſicut olim de ſtatu Corepiſcoporum factum eſſe legitur 68. diſtinct. cap. Corepiſcopi.

Cardinales abolẽdi, ſicut Corepiſcopi ſublati ſunt.

Hunc autem errorem in hac ſancta Synodo Conſtantienſi quodammodo reſſuſcitare aliqui præſumpſerunt. Qui utinam attenderent juxta doctrinam Chriſti, prius trabem de oculo ejicere, quam feſtucam de oculo fratrum, imò patrum ſuorum. Utinam attenderent ſtatum Epiſcoporum & aliorum Prælatorum, cæterorumque Eccleſiaſticorum, ac etiam laïcorum innumeris abuſibus & vitiis deformatum. Nec tamen ideo hujuſmodi ſtatus diſſipandos eſſe atque perdendos, quoniam in multis offendimus omnes: ſed vitium vel abuſus corrigi debet, & non ſtatus deſtrui, vel ſuis debitis juribus defraudari, ſicut boni medici officium eſt, ab infirmo morbum tollere, & non infirmum corpus deſtruere.

Qui hoc præſumpſerunt, multum ſapuerunt.

Pulchra comparatio.

Utinam denique conſiderarent, qualiter domini Cardinales pro reformatione Eccleſiæ, ac ſtatus ipſorum ſe effectualiter paratiores obtulerunt, quam quicumque alij cujuſcumque ſtatus. Imo plura membra Eccleſiæ hic ſuæ reformationi reſtiterunt, cum tamen reformatio-

Digitized by Google

nem capitis importune peterent. Quia ergo Romana Eccleſia in capite & in membris ſuis ſe cum ratione temperare ſtuduit, juſtum eſt, ut ſubditæ Eccleſiæ eidem, ſuoque regimini rationabiliter obtemperare & ſubeſſe debeant, juxta verbum Senecæ: Multos reges, ſi ratio te rexerit.

DE REFORMATIONE PRÆLATORUM.

TErtia conſideratio erit de reformatione Eccleſiæ circa partes ejus principales, videlicet majores Prælatos. Unde providendum erit quod tales eligantur, qui non ſint juvenes indiſcreti, aut immorigerati, aut carnales ſpiritualium ignari, ſed graves ætate & moribus, eminentes ſpirituali ſcientia & doctrina, qui in ſuis rebus non ſint ſtrenui, & in Eccleſiaſticis remiſſi, nec propria magis quàm communia jura procurent, qui angarias & impoſitiones, vel hujuſmodi gravamina ſubjectis non imponant, qui per ſingulos annos Parrochias ſuas cum fructuoſo affectu viſitent, qui potentes & tyrannos populi oppreſſores arguant & corripiant, qui divinis ſcripturis ſtudeant, & non ſcientiis practicis & litigioſis totaliter inhæreant, qui verbis aut ludis joculatorum & mimorum, aut pu-

blicis ſpectaculis vel ſuperfluis conviviis non delectentur, ſed moderato habitu & temperato victu contenti, etiam in menſa, lectioni divinarum ſcripturarum intendant, & ut brevius dicam, in omnibus tales ſint, ut cæteris ſint fidelibus in exemplum, ſicut & eſſe tenentur, cum illis in officio ſuccedant, quibus à Christo dictum eſt: Vos eſtis lux mundi, & vos eſtis ſal terræ, &c. & multa ſimilia.

Item, ut tales ad prælaturas aſſumerentur, & non indigni & inſufficientes, providendum eſſet, quod electiones Prælatorum non faciliter aut leviter, ſed cum diligenti & gravi examinatione confirmarentur, etiam ſi nullus ſe opponeret: quia non ſufficit bono patrifamilias conſtituenti cuſtodem theſauri ſui, quod nihil mali ſibi de illo opponatur, niſi etiam ipſe aliis tacentibus de ejus idoneitate diligenter inquirat.

Item, quia ſtultum eſſet, patrem-familias theſaurarium facere Epiſcopum ſine ſubjecto populo, ſicut ſæpe fecit Romana abuſio in contemptum ſtatus Epiſcopalis, de quibuſdam ſolum titularis Epiſcopis mendicantibus & gyrovagis.

Item, quia mali Prælati rarò de ſuis exceſſibus corriguntur, quia non citò etiam contra notoriè malos profertur ſententia, ſed per multos annos differtur, & ſæpe ejus punitio totaliter negligitur, idcirco abſque timore mala perpetrant, & plerique eorum, ſuſpenſionis, excommunicationis, irregularitatis, ac alias juris pœnas contemnunt. Ideo providendum erit, quod circa talia viſitatio & inquiſitio fiat, ut ta-

Digitized by Google

lium vita & fama in Provincialibus Conciliis, vel ſi opus ſit, quandoque in generali Concilio ſummo Pontifici referantur, & ad eorum depoſitionem ſeu aliam condignam correctionem procedatur. Et licet hodie Concilium non deponat vel reſtituat Epiſcopos, ſed ſolus Papa, ut diſt. 2. quæſt. 6. Ideo, ſicut notat gloſſ. 11. quæſt. 3. cap. Epiſcopus. ſuper verbo Synodo. tamen fortè nunc expediret ad antiquum morem illius capituli reverti, ut à generali Synodo damnarentur, vel abſolverentur Epiſcopi, vel ſaltem quod hoc fieret in præſentia Synodi, ut ſic magis ceſſarent inordinatæ affectiones, quæ ſolent in talibus juſtam ſententiam impedire.

Item, ſi non placeret ſervare illum antiquum rigorem Carthaginenſis Concilij quarti, ut Epiſcopus vilem ſuppellectilem, & menſam ac victum pauperem habeat, & dignitatis ſuæ authoritatem fide & opere & vitæ meritis quærat: ſaltem placeat moderari quod exceſſiva pompa Prælatorum in veſtibus, ornamentis, familiaribus, equis, conviviis & ferculis, ad congruam temperantiam reſtringatur, & quod expenſæ in talibus ſuperfluæ, ſicut fieri debet, pauperum neceſſitatibus applicentur.

Item, tollatur monſtruoſus ille abuſus, quo quidam Prælatorum armis ſpiritualibus depoſitis, arma corporalia aſſumunt in campis, ſicut Principes ſæculares, & ſæpe cum oppreſſione pauperum, & crudeli effuſione ſanguinis, cum tamen David ab ædificatione templi, quia vir ſanguinum erat, prohibitus ſit.

Item, ſi non placet ſervare illum juris rigorem, quod non liceat Epiſcopis à ſua Eccleſia

plus tribus hebdomadis abeſſe, ſaltem provideatur, quod ſine ſpeciali licentia & rationabili cauſa diu Eccleſias ſuas in præjudicium animarum non deſerant, ſicut hodie multi Prælati faciunt.

Item, quod monſtruoſius eſt, Religioſi & Monachi, qui plus ſunt officiales fiſci quam Chriſti in Curiis Principum, & cathedris judiciorum, ut cameris computorum, & aliis actibus ſæcularibus militantes contra ſtatuta Canonum, ut diſt. 11. quæſt. 1. Cum te quidem. cum ſuis ſimilibus.

Item providendum erit, quod Prælati in ſuis Synodis, & eorum officiales in ſuis Curiis, non ad repletionem burſarum intendant, ſed ad correctionem vitiorum, emendationem morum, & ædificationem animarum. Et quod exactiones pro ſigillis & litteris moderentur, & pœnæ pecuniariæ vel tollantur vel temperentur, aut in totum vel partem ad pios uſus notoriè applicentur, & quod pœna excommunicationis non leviter, ut ſupra tactum eſt, feratur. Et quod litium prolixitates quæ pauperes ſpoliant, & multos de ſuæ juſtitiæ proſequtione deſperare faciunt, modis congruis reſcindantur. Et quorumdam Advocatorum & Procuratorum inſolentia intolerabilis reprimatur.

Item, ſi obſtante conſuetudine non placet ſervare illam rigoroſam regulam contra ſimoniam jure humano impoſitam, ut nihil pro ordinatione aut pallio detur aut accipiatur, ut habetur cap. 5. Epiſtolæ tertiæ Gregorij Papæ, & multæ aliæ quæ ſcribuntur in antiquis iuribus, ſaltem ſuper his eſſet aliqua moderatio adhi-

Digitized by Google

benda, & pro conſcientiarum ſedatione etiam multitudini errantium piè condeſcendendo, aliqua declaratio facienda, juxta illud Nicolai Papæ, qui præſidens in Synodo Conſtantinopolitana dixit: Quia ergo uſque adeo verenda ſimoniaca pernicies hactenus inolevit, ut vix aliqua Eccleſia valeat reperiri, quæ hoc morbo non ſit aliqua ex parte corrupta, & tanta talium multitudo eſt, ut dum rigorem Canonici juris ſuper eos ſervare non poſſumus, neceſſe ſit ut diſpenſatoriè ad piæ condeſcenſionis ſtudium animos noſtros ad præſens inclinemus, à Symoniacis conſecratos in acceptis ordinibus manere permittentes. Hoc enim temporis nimia neceſſitas permittendum à nobis extorſit, &c.

Similiter eadem vel majori ratione permiſſio & condeſcenſio facienda eſſet ſuper pluribus aliis juribus & conſtitutionibus, quæ communiter in ſcandalum plurimorum non ſervantur. Ut verbi gratia; Quod nihil omnino liceat accipere in diſtributione graduum, ordinum adminiſtratione vel Sacramentorum, vel ſepulturarum, aut hujuſmodi ſpiritualium vel ſpiritualibus annexorum. Quod non liceat quemcumque Epiſcopum vel Clericum die Dominico abſentem eſſe à ſervitiorum ſolemniis; quod Clerici ad matutinum & veſpertinum officia venire teneantur; quod non liceat Clericis ante tertiam horam prandere; quod nullus ſacerdotum à quinquageſima ad Paſcha carnes comedat; quod ſacerdotes per Adventum jejunent. Et ſic de multis aliis ſimilibus, de quibus videretur expediens declarare, quod non eſſent præcepta, ſed conſilia.

Digitized by Google

Et ſimiliter de obſervantia jejunij quadrageſimalis, quantum ad quaſdam perſonas, & quoad quaſdam circunſtantias eſſet moderatio adhibenda. *Ieiunia.*

Item, quia Prælatis de divino cultu ſpecialis cura eſſe debet, circa hujuſmodi reformationem, quæ neceſſaria eſt, providendum eſſet, quod in divino ſervitio non tam oneroſa prolixitas, quàm devota & integra brevitas ſervaretur; quod in Eccleſiis non tam magna imaginum & picturarum varietas multiplicaretur; quod non tot nova feſta ſolemnizarentur, quod non tot novæ Eccleſiæ ædificarentur; quod non tot novi ſancti canonizarentur, quod præterquam diebus Dominicis, & in majoribus feſtis ab Eccleſia inſtitutis liceret operari poſt auditum Officium: cum quia in feſtis ſæpe magis multiplicantur peccata, in tabernis, in choræis, & aliis laſciviis, quas docet otioſitas: tum quia dies operabiles vix ſufficiunt pauperibus ad vitæ neceſſaria procuranda. Quod in hujuſmodi feſtis ſcripturæ apocryphæ, aut hymni novi, vel orationes, ſeu aliæ voluntariæ novitates non legerentur, omiſſis antiquis & authenticis & jam in Eccleſia conſuetis. Et quod generaliter omnis novitas & varietas, ac uſuum diverſitas in horis ac aliis divinis ſervitiis, quantum fieri poſſet, vitaretur, juxta Decretum Toletani Concilij 11. de quo 12. diſt. cap. De his. & multa alia utilia eſſent per Prælatorum diligentiam providenda, quæ per ſingula diſcutere longum eſſet.

Prælixitas ſacrorum. Pictura templorũ. Nova feſta. Nova templa. Noui ſancti. in feſtis Sanctorum poſt rem divinã redeundũ ad labores. Ineptiæ recentiorum nõ legenda in templis.

DE REFORMATIONE RELIGIONVM ET RELIGIOSORVM.

De Monachis. QUarta conſideratio erit de his, quæ reformanda eſſent circa ſtatum Religioſorum. Et primo videtur, quod tanta Religioſorum numeroſitas & varietas non expediat, quæ inducit ad varietatem morum, & quandoque ad contrarietatem & repugnantiam obſervationum, & ſæpe ad ſingularitatem & ad ſuperbiam & vanam extollentiam unius ſtatus ſuper alium.

Et maximè videtur neceſſarium, quod diminuerentur Religiones ordinum mendicantium: quia tot ſunt & in numero Conventuum, & in numero ſuppoſitorum, ut eorum ſtatus ſit oneroſus hominibus, damnoſus leproſariis & hoſpitalibus, ac aliis vere pauperibus & miſerabilibus indigentibus, quibus convenit jus & verus titulus mendicandi, ipſis quoque Curatis Parrochialibus, & ſi bene conſideretur, etiam præjuciales omnibus Eccleſiæ ſtatibus, & ſpecialiter hujuſmodi Religioſis intolerabilis, & eorum profeſſioni contrarius, & maxime in multiplicatione magiſtrorum bullatorum, & ſæpe in-

Digitized by Google

dignorum, ipſis Religionibus oneroſorum.

De qua materia & eorum variis exceſſibus pauca loquor, quia ſunt plures Doctores, qui de hoc abunde ſcripſerunt.

Item, providendum eſſet ſuper correctione Quæſtuariorum prædicantium, ſive Religioſorum, ſive ſæcularium, quoniam ſuis mendaciis & immunditiis maculant Eccleſiam, & eam ridiculam reddunt, & officium prædicationis maxime honorandum jam contemptibile efficiunt. Unde prædicatio quæ propter ſui reverentiam ad Prælatos pertinet, non eſſet tot & talibus vilibus Quæſtuariis & mendicantibus permittenda.

Qu·ſtores, qui Reliquias ſanctorũ circumferunt.

Item, cum in Calcedonenſi Concilio ſtatutum ſit, ut habetur diſt. 16. q. 1. Qui vere, quod Monachi tantummodo intenti ſint jejuniis & orationi, in locis ubi renuntiaverunt ſæculo remanentes, nec Eccleſiaſticis, nec ſæcularibus negotiis propria monaſteria deſerendo inſiſtant: providendum eſſet quod nec etiam occaſione ſtudij clauſtra relinquerent, vel ſaltem moderandum quod ſolum ratione ſtudij Theologiæ, cum nimis multi ſęculares hodie ſtudeant in litium facultate, ipſa quoque Theologia in ſtatu ſęcularium paucos habeat ſectatores propter abuſum Romanę Curię, quæ Theologos contempſit, & in omni Eccleſiaſtico gradu lucrativarum ſcientiarum ſtudioſos prępoſuit, cum tamen primitivi Theologi Eccleſiam ędificaverint, quam aliqui barritatores deſtruxerunt, & nunc eam quaſi ad extremam ruinam deducere videntur, adeo ut jam horrendum quorumdam proverbium ſit, Ad hunc ſtatum veniſſe Ec-

Antiqui Theologi Religionem plantarunt.

Digitized by Google

cleſiam, ut non ſit digna regi, niſi per reprobos.

Item, nunc maxime opus eſſet ad obviandum inſulribus infidelium, quod reformarentur Religiones militares, & ad ſervandum fidem, mores & Patrum regulas, & ad priores inſtitutiones cogerentur.

Moniales. Item, circa clauſtra Monialium, quæ jam proh dolor! ultra quam dicere audeam, dehoneſtatæ ſunt, eſſet correctio adhibenda. Et inter alias proviſiones hoc videretur expediens, quod nulla Religio mulierum ſuſtineretur, niſi tales haberent reditus, unde poſſent ſufficienter ſuſtentari in ſuis domibus recluſæ ſine mendicitate & diſcurſu: & quod de earum Eccleſiis ſeu quorumcumque aliorum Religioſorum monaſteriis, vel Prioratibus, vel domibus, vel ſpiritualiter in moribus deſtructis, vel in rebus temporaliter deſolatis, fieret applicatio ad alia clauſtra, in quibus religio ſervaretur, ut per talem Religioſarum domorum unionem ſuperflua numeroſitas Religionum reſtringeretur, & reſidua paucitas bonorum & devotorum commodius ſuſtentaretur.

Item, in monaſteriis eſſet inviolabiliter obſervandum, quod nullus niſi infirmus, aut debilis, aut hoſpes, comederet extra Refectorium: quia experientia docet, quod ubi hoc ſervaretur, aliæ religionis obſervantiæ tenerentur facilius.

Item, pro ſerenandis conſcientiis devotorum Religioſorum, ſummo opere cavendum eſt eis, ne à Principibus aut aliis, reditus ſuos, aut alia ad ipſorum ſuſtentationem pertinentia, pro-

Digitized by Google

curent ex injuſtis exactionibus, aut quomolibet illicitè acquiſitis. Ne etiam jura Prælatorum, Eccleſiarum, & ſacerdotum Parrochialium indebite occupent, ſive in decimis, ſive in aliis proventibus Eccleſiaſticis. Ne etiam in præjudicium ordinariorum ab eorum ſubjectione juri divino conſona, & in Calcedonenſi Concilio ſanctorum Patrum decreto firmata, ut patet diſt. 26. quæſt. 1. cap. Qui vere, per opportunam humanorum privilegiorum impetrationem & violentam exemptionem damnabiliter ſe ſubducant. Nam ſecundum aliquos, non eſt mediocriter dubitandum, an tales ſint in ſtatu ſalvandorum, ut patet ex deductione Cantoris Pariſienſis in verbo abbreviato, cap. 37.

Item, in quibuſdam Religionibus devotis, quæ regulæ beati Benedicti rigorem ſuperaddunt in prolixitate vigiliarum & orationum, & auſteritate jejuniorum & abſtinentiarum, & aliis variis obſervantiis afflictivis, videretur providendum de indiſcreta moderatione, & maxime circa infirmos, ut ſalva Chriſti lege nihil eis quod diſcreti medici conſuluerint negetur, ſive in eſu carnium, ſive in aliis quibuſcumque commoditatibus humanæ fragilitati & naturali indigentiæ opportunis. Alioquin non dixiſſet Chriſtus: Non eſt opus ſanis medico, ſi non conceſſiſſet opus eſſe infirmis medicorum conſilio.

Digitized by Google

DE REFORMATIONE CÆTERORVM ECCLESIASTICORVM.

QVinta conſideratio erit de his, quæ reformanda ſunt circa ſtatum inferiorum, Eccleſiarum & Eccleſiaſticorum virorum.

Et primo generaliter eſt providendum, quod in Eccleſiaſticis beneficiis juxta eorum eminentias ponantur perſonæ benemeritæ, & non præferantur fatui & ignari ſcientificis & ſapientibus, nec iuvenes ſenibus, nec illis de una patria quorum vita & converſatio nota eſt & probata, aliqui extranei & alieni in moribus, linguis & conſuetudinibus. Nec potentes aut nobiles pueri Clericis probatis & famoſis doctrina atque moribus. Nec advocati aut intenti ſcientiis lucrativis, vel curiales, aut dominorum temporalium ſervitores, ſacræ ſcripturę doctoribus, ſicut à multis jam retroactis temporibus Romana Curia facere conſuevit. Et ideo erit expediens, quod Ordinarij, qui in ſuis locis habere poſſunt & debent bene meritarum notitiam perſonarum, iuxta earum merita, beneficia conferant, vel ſaltem quod eorum collatio non omnino tollatur, ita tamen quod ut obvietur eo-

rum abuſibus, poteſtas ordinaria limitetur. Ut verbi gratia, quod non poſſint dignitates & beneficia majora conferre, niſi Doctoribus in Theologia, vel in Iure, quandocumque in ſuis vel propinquis diœceſibus erunt aliqui hujuſmodi: quod non poſſint etiam niſi Graduatis vel nobilibus, vel aliàs bene meritis conferre curas, perſonatus vel alia beneficia valoris centum librarum vel ultra in portatis. Et ita de multis ſimilibus proviſionibus, per quas & digni promoverentur, & multi nobiles & alij ingenioſi ad ſtudium litterarum provocarentur, & Univerſitates ſtudiorum florerent, & (quod valde optandum eſt) importunæ & violentæ preces dominorum temporalium pro indignis ceſſarent, quæ hodie quam periculoſè fiant, docet experientia. Hæc autem quæ de Graduatis dicta ſunt, per modum exempli ponuntur, quæ etiam moderari poſſunt, & alia addi, ad proviſionem aliorum ſufficientium, licet non Graduatorum.

Academiarum reformatio.

Item, providendum eſſet, quod Univerſitates ſtudiorum reformarentur, & per Prælatos ſcientificos viſitarentur: ut gradus diſtribuerentur dignis ſine favore aut acceptatione perſonarum, & cum rigore examinis in ſcientia & moribus, & doctrinæ utiles reſecatis ſuperfluis aut minus utilibus legerentur: ut inſtructores Rhetoricæ & Linguarum Græcæ & Latinæ, quarum ignorantia multipliciter damnoſa eſt, haberentur. Et ut aliis ſtudioſis actibus Reipublicæ tam ſpirituali quam temporali utilibus juvenum ingenia exercerentur.

Attende de lingua Græca.

Item, adhibenda eſſet correctio circa mores Eccleſiaſticorum, qui jam nimis (proh dolor!)

Digitized by Google

ſunt corrupti ira, gula, luxuria, pompa, prodigalitate, otio, & aliis generibus, quod cedit in grave laïcorum ſcandalum. Et maxime obviandum eſſet illi ſcandaloſiſſimæ conſuetudini ſeu potius corruptelæ, qua plures hodie non verentur tenere etiam publicè concubinas. Et quia adverſus eos pœnæ juris, ſuſpenſionis, excommunicationis, irregularitatis non proficiunt, contra tales in hac vel aliis inhoneſtatibus publicis incorrigibiles, haberet locum pœna depoſitionis ab officio vel beneficio.

Item, quia Archidiaconi ab Eccleſia inſtituti ſunt ut ſerviant Epiſcopis, ut habetur originaliter Actuum ſexto, & ſpecialius declarantur eorum officia, 13. diſtinct. quaſi per totum. Ideo providendum erit, ut debita officia exerceant, vel cum ſint Eccleſiæ oneroſi, penitus extirpentur, ſicut ſupra de Corepiſcopis dictum eſt.

Hieronymus. Item, quia dicit Hieronymus: Pauci ſacerdotes, multi ſacerdotes: pauci merito, multi numero. Ideo contra hanc ſcandaloſam multitudinem eſſet ſummo opere obviandum, per hoc quod non promoverentur, niſi digni & benè morigerati, habentes ſcientiam ligandi & ſolvendi, & intelligentiam divini ſervitij.

Item, ad obviandum ignorantiæ ſacerdotum jam promotorum, in Eccleſiis Cathedralibus & notabilibus Collegiatis eſſent ſcribendi aliqui breves tractatus, & etiam in Synodis publicandi tam in Latino quam in vulgari ſuper inſtructione neceſſaria de virtutibus & vitiis, de articulis fidei, de Sacramentis, de modo confeſſionis & hujuſmodi.

Digitized by Google

Similiter in hujuſmodi Eccleſiis deberet eſſe aliquis Lector Theologiæ, qui legeret ſecundum & tertium & quartum Sententiarum: vel recipiendo utiliores materias dictorum librorum, eas ſub brevitate applicaret ad expoſitionem & intelligentiam Epiſtolarum & Evangeliorum, quæ in Eccleſia per anni circulum recitantur.

Bibliotheca Eccleſiarum, liber Côciliorũ generalium perutilis & neceſſarius.

Similiter in dictis Eccleſiis, & maximè in Metropolitanis deberent eſſe notabiles librariæ Theologicæ, & Juris Canonici, ac librorum moralium, & maxime quod magnus liber Conciliorum generalium, qui modo rarus eſt, licet ſit perutilis & neceſſarius, à Metropolitanis in magnis Eccleſiis reponeretur.

Bernardus in libr. de conſiderat. ad Eugen Papã laudatur.

Item, quia correctio ſubjectorum ſæpe per eorum appellationes impeditur, & datur peccandi audacia, etiam circa eas adhibenda moderatio eſt, ne in earum nimis facili receptione & admiſſione inferiores Prælati à Metropolitanis vel Romana Curia in ordinaria executione juſtitiæ gravarentur, ſicut jam dudum beatus Bernardus conquerebatur in libro de conſideratione ad Eugenium Papam. Qui liber in hoc & in aliis multis pro reformatione Eccleſiæ non mediocriter utilis eſt, & plures ejus libri & Epiſtolæ.

Digitized by Google

DE REFORMATIONE LAICORVM ET PRINCIPVM.

SExta & ultima conſideratio erit de reformandis circa ſtatum laïcorum Chriſtianorum, & maxime Principum, à quorum moribus dependet morigeratio populorum; quia ut dicit Poëta:

Regis ad exemplum totus componitur orbis.

Et iterum:

Mobile mutatur ſemper cum Principe vulgus.

Et ideo provideant Principes Chriſtiani, ut titulum ſuæ Chriſtianitatis quem verbo confitentur, opere non negent, contra Chriſti doctrinam, & per vias ei contrarias in conſpectu ſui populi corruptis moribus incedentes, ſuis malis exemplis mores ſubditorum corrumpant.

Item, quod liberos ſuos in bonis operibus ac moribus, & in litterarum ſcientiis informari faciant.

Item, ut non ſolum à ſe, ſed à ſuis familiaribus & domeſticis, ſuperfluam & ſuperbam vanitatem, avaritiam & tyrannidem abjiciant.

Item, quod populum ipſis ſubjectum bonis moribus

Digitized by Google

moribus ædificare ſtudeant, eos à luxuria, avaritia, otio & à cunctis vitiis Reipublicæ contrariis retrahant, & ſpecialiter à Dei & ſanctorum blaſphemia, quæ ſæpe in juramentis & perjuriis committitur, arceant.

Item, quod malas conſuetudines juri divino & humano contrarias in ſuis ſubjectis per conſilium Theologorum & aliorum prudentium repellant.

Item, quod artes magicas & alias ſuperſtitiones divina lege damnatas, & omnes errores & hæreſes fidei contrarias diligentius evellant & deſtruant.

Item, quod ad fidei exaltationem; divini cultus honorem; Eccleſiæ reformationem, invigilent ad ea quæ ſupra & infra pro hujuſmodi reformatione notata ſunt, & alia quæcumque utilia diligenter laborent.

Item, quod zelo juſtitiæ contra perſecutores & oppreſſores Eccleſiæ, pauperum & debilium excandeſcant, & eorum injurias propulſare non tardent. Vicinis quoque & peregrinis fidem Catholicæ fraternitatis obſervent.

Item, contra Sarracenos & alios fidei adverſarios potenter inſurgant; & nunc dum maximè opus eſt poſt purgatam & reformatam Eccleſiam, infidelium inſultibus viriliter ſe opponant, ac propter hoc guerras & bella quæ jam proh dolor! & in Imperio & in Regnis Chriſtianis in contumeliam Chriſtiani nominis crudeliter ſæviunt, miſericorditer compeſcant, & ad Chriſtianam pacem & unionem reducant: Alioqui infallibiliter verificabitur verbum Chriſti: Omne regnũ in ſe diviſum deſolabitur:

Item, quod Judæis propter vilem quæſtum turpiter non faveant, eos videlicet inter ſubjectos ſuos morari permittendo, niſi vel Chriſtianis ſerviendo, agros colendo, vel alias mechanicè laborando, & non uſuras damnabiles in damnum Chriſtianorum exercendo.

De Iudæis non ſpoliandis ſi ad nos tranſeant.

Item, quod Judæorum converſorum bona non rapiant, ſed ad vitæ neceſſitatem eis poſſidere permittant, ne egeſtate compulſi apoſtatent, & Chriſtianos impietatis arguant.

Item, multa alia eſſent per Principes cum generali Concilio Eccleſiæ contra ſtatum Chriſtiani populi reformanda, quæ ſi impediant, imo ſi ea diligenter non promoveant, timendum eſt eis, ne contra ipſos manus Domini, prout jam incipit, gladium ſui furoris exerceat.

Item propter præmiſſa expedit, quod Reges & Principes mittantur ad generalia Concilia, non ad onerandum & confundendum, ſed ad hortandum, & confortandam Eccleſiam, & ad ea quæ ibi decreta fuerint, quantum in eis eſt, exequendum.

Item, quia juxta Evangelicam ſententiam quam etiam experientia rerum magiſtra docet, inter Reges gentium & Principes ſæculi ſæpe ſit contentio, quis eorum videatur eſſe major, quam contentionem Chriſtus inter diſcipulos ſuos vitari docuit. Ideo non videtur expediens, quod de cætero in generalibus Conciliis pro deliberando ad partem ſuper rebus gerendis fiat diviſio per nationes vel regna, quia talis modus dividendi magis eſt ſæcularis quam Eccleſiaſticus, & ad contentiones de majoritate vel ſuperioritate diſpoſitionis. Sed juxta Eccleſiaſti-

Digitized by Google

cas ſanctiones & ſanctorum Patrum obſervantias, magis videtur eſſe procedendum per Provincias Eccleſiaſtico more diſtinctas.

Tamen quia hujuſmodi Provinciæ valde inæqualiter ſunt diviſæ in diverſis mundi regionibus, ideo expediens videretur hanc moderationem obſervari, quod ad conſtituendam Provinciam in Concilio generali, non ſufficeret minor numerus quam duodecim nobilium perſonarum, quarum ſex ad minus eſſent Prælati vel Ambaſiatores Regum, Principum, vel Univerſitatum generalium ſtudiorum, aut Doctores in Theologia, vel in Jure, & illorum ſex ad minus duo eſſent Epiſcopi, non titulares aut girovagi, alij vero ſex ſint in minoribus dignitatibus Eccleſiaſticis conſtituti, vel in aliqua Facultate Graduati.

Quando verò in aliqua Provincia non eſſet talis numerus aut talium perſonarum, quod ſuppleretur de aliis vicinis Provinciis, & conſtitueretur una ex pluribus, quæ denominaretur ab illa, cujus ibi eſſent plura aut notabiliora ſuppoſita. Et quod hujuſmodi perſonarum electio fieret in Conciliis Provincialibus, generale Concilium præcedentibus.

Et ibidem ordinaretur de ſtipendiis, expenſis & ſumptibus per modum ſubſidij charitativi Eccleſiaſtico more, & non ſæculari authoritate vel poteſtate imponendi & exequendi.

Item, quia Eccleſia non poteſt Principes ad prædicta reformanda temporaliter adigere, expediens erit, quod per generale Concilium ipſos ad ea monitis ſalutaribus exhortetur, ut

Digitized by Google

ſic faciendo quod in ſe eſt, apud ſummum judicem excuſetur.

Nec ſolum opus erit exhortatoriis verbis, ſed etiam bonorum morum & in melius reformatorum actuum exemplis, quia plus movent exempla quam verba, ideo cœpit Jeſus facere & docere. Unde nihil eſt, quod tam efficaciter poſſit, ſive ad bonum, ſive ad malum Principes & alios laïcos inducere, ſicut facta exemplaria Eccleſiaſticorum. Ideo ſuper illud Matth. 21. Et intravit Ieſus in templum, &c. dicit Chryſoſtomus: Sicut de templo omne bonum egreditur, ita de templo omne malum procedit. Si enim ſacerdotium integrum fuerit, tota Eccleſia floret. Si autem corruptum fuerit, omnium fides & virtus marcida eſt. Sicut cum vides arborem pallentibus foliis, intelligas quod vitium habet in radice: ſic cum videris populum indiſciplinatum, ſine dubio cognoſce quod ſacerdotium non eſt ſanum. Et inde patet, quod neceſſaria ſit Eccleſiaſticorum reformatio, cum morum ſuorum deformatio tam periculoſa ſit, & cunctis fidelibus populis tam damnoſa.

Avertat autem miſericors Dominus ab Eccleſia ſua hanc contumeliam, ut omnes Prælati, ſacerdotes, aut alii Eccleſiaſtici hujus lamentabilis deformationis reperiantur culpabiles. Sed ſicut olim ipſe ſibi in Iſraël ſeptem millia virorum reſervavit, quorum genua non ſunt curvata ante Baal, ſicut legitur tertij Reg. 19. cap. Sic hodie in omni ſtatu Eccleſiæ aliquos reſervaſſe credendus eſt, qui zelo Chri-

Digitized by Google

ſtianæ legis accenſi, deformatos mores in melius reformabunt, & ſuis ſalutaribus verbis & exemplis alios informabunt. Quod ipſe præſtare dignetur, qui Eccleſiam ſuam pretioſo Filij ſui ſanguine redimere dignatus eſt.

Libelli de Reformatione Eccleſiæ, quem Dominus Petrus de Aliaco Cardinalis Cameracenſis, Patribus in Concilio Conſtantienſi congregatis obtulit M. CCCC. XV. ipſo die Calendarum Novembris, finis.

Digitized by Google

Digitized by Google

CONCILIVM
DELECTORVM
CARDINALIVM,
ET ALIORVM
PRÆLATORVM;

de emendanda Eccleſia, S. D.N. D. Paulo III. ipſo jubente conſcriptum, & exhibitum, Anno M. D. XXXVIII.

Digitized by Google

Digitized by Google

CONCILIVM DELECTORVM CARDINALIVM, ET ALIORVM

PRÆLATORVM, DE EMENDANDA Eccleſia, S. D. N. D. Paulo III. ipſo jubente conſcriptum, & exhibitum, Anno M. D. XXXVIII.

BEATISSIME Pater, tantum abeſt, ut verbis explicare poſſimus, quàm magnas gratias Reſpublica Chriſtiana Deo Optimo Maximo agere debeat, quod te Pontificem hiſce temporibus ac paſtorem gregi ſuo præfecerit, eámque quam habes mentem dederit: ut minimè ſperemus cogitatione eas quas Deo gratias debet, conſequi poſſe, nam ſpiritus ille Dei quo virtus cœlorum firmata eſt (ut ait propheta) labantem, imò ferè collapſam in præceps, Eccleſiam Chriſti per te reſtaurare, & huic ruinæ

Digitized by Google

manum ut videmus ſupponere decrevit, eamque erigere ad priſtinam ſublimitatem decorique priſtino reſtituere. Certiſſimam divinæ hujus ſententiæ conjecturam nos facere valemus, quibus ſanctitas tua ad ſe vocatis mandavit, ut nullius aut commodi tui, aut cujuſpiam alterius habita ratione, tibi ſignificaremus abuſus illos, graviſſimos videlicet morbos, quibus jampridem Eccleſia Dei laborat, ac præſertim hæc Romana curia, quibus effectum propè eſt, ut paulatim ac ſenſim ingraveſcentibus peſtiferis his morbis magnam hanc ruinam traxerit, quam videmus. Et quoniam ſanctitas tua ſpiritu Dei erudita: qui (ut inquit Auguſtinus, loquitur in cordibus, nullo verborum ſtrepitu) probè noverat principium horum malorum inde fuiſſe, quod nonnulli Pontifices tui prædeceſſores prurientes auribus, ut inquit Apoſtolus Paulus, coacervaverunt ſibi magiſtros ad deſideria ſua, non ut ab eis diſcerent, quid facere deberent, ſed ut eorum ſtudio & calliditate inveniretur ratio, qua liceret id quod liberet. Inde effectum eſt, prӕterquam quod principatum omnem ſequitur adulatio, ut umbra corpus, difficillimuſque ſemper fuit aditus veritatis ad aures principum, quod confeſtim prodirent Doct. qui docerent Pontificem eſſe dominum beneficiorum omnium: ac ideo quum dominus jure vendat id, quod ſuum eſt, neceſſario ſequi, in Pontificem non poſſe cadere ſimoniam. Ita quod voluntas Pontificis qualiſcumque ea fuerit, ſit regula qua ejus operationes & actiones dirigantur: ex quo proculdubio effici, ut quicquid libeat, id etiam liceat. Ex hoc fonte, ſancte pa-

ter, tanquam ex equo Trojano, irrupere in Eccleſiam Dei tot abuſus & tam graviſſimi morbi, quibus nunc conſpicimus eam ad deſperationem ferè ſalutis laboraſſe, & manaſſe harum rerum famam ad infideles uſque. Credat ſanctitas veſtra ſcientibus, qui ob hanc præcipuè cauſſam Chriſtianam Religionem derident, adeò,ut per nos,per nos inquimus,nomen Chriſti blaſphemetur inter gentes. Tu verò, ſanctiſſime Pater, & verè ſanctiſſime, edoctus à ſpiritu Dei, præter veterem illam tuam prudentiam, quum totus in hanc curam incubueris, ut ſanatis ægritudinibus, Chriſti Eccleſia tuæ curæ commiſſa bonam valetudinem recuperaret, vidiſti, inde incipiendam medicationem, unde primum ortus eſt morbus, ſequutuſque doctrinam Apoſt. Pauli, vis eſſe diſpenſator non Dominus, & fidelis inveniri à Domino: imitatus etiam ſeruum illum, quem in Evangelio Dominus præfecit familiæ ſuæ, ut det illis in tempore tritici menſuram, ac propterea decreviſti nolle quod non liceat, nec vis poſſe quod non debes. Ideoque nos ad te accerſiviſti, imperitos quidem ac tam magno negotio impares, non parum tamen affectos cùm honori & gloriæ ſanctitatis tuæ, tum præcipuè inſtaurationi Eccleſiæ Chriſti, ac graviſſimis verbis injunxiſti, ut omnes hos abuſus colligeremus, tibique illos ſignificaremus : obteſtatus nos reddituros eſſe rationem hujus negotij nobis demandati Deo optimo, ſi negligenter ac infideliter ageremus. Atque ut omnia liberius inter nos tractari poſſent, tibique à nobis explicari, jurejurando nos diſtrinxiſti, addita etiam excommunicatio-

nis pœna, ne cuipiam aliquid hujus noſtri muneris proderemus. Nos igitur tuo imperio parentes collegimus, quanto paucioribus fieri potuit, hos morbos eorumque remedia, ea inquam quæ pro tenuitate ingenij noſtri excogitare potuimus. Tu vero pro tua bonitate, ac ſapientia omnia reſarcies, ac perficies, in quibus pro tenuitate noſtra offenderimus. Uerum ut omnia certis quibuſdam finibus complectamur, cum ſanct. tua, & ſit princeps provinciarum harum quæ ſubſunt ditioni Eccleſiaſticæ, ut ſit Pontifex univerſalis Eccleſiæ, ſit etiam Epiſcopus Romanus, nihil nobis dicendum ſumpſimus de his, quæ pertinent ad hunc principatum Eccleſię, quem tua prudentia optime regi videmus: tangemus tantum ea quæ pertinent ad officium univerſalis Pontificis, & nonnulla quæ ſunt Romani Epiſcopi. Illud verò ante omnia, beatiſſime Pater, putamus ſtatuendum eſſe, ut dicit Ariſtoteles in Polit. ſicut in unaquaque Repub. ita & in hac Eccleſiaſtica gubernatione Eccleſiæ Chriſti hanc præ omnibus legem habendam, ut quantum fieri poteſt leges ſerventur. Nec putemus nobis licere diſpenſare in legibus, niſi urgenti de cauſa & neceſſaria. Nulla namque pernicioſor conſuetudo in quavis Repub. induci poteſt, quàm hæc legum inobſervantia, quas ſanctas majores noſtri eſſe voluerunt, earumque poteſtatem venerandam & divinã appellarunt. Scis tu hæc omnia opt. Pont. legiſti jampridem apud philoſophos & Theologos: illud verò non tantum huic proximum, ſed longè prius & potius ſuperiore putamus, non licere Pont. & Chriſti vicario in uſu poteſtatis

clavium, poteſtatis inquimus, à Chriſto ei collatæ, lucrum aliquod comparare. Hoc etenim eſt Chriſti mandatum: Gratis accepiſtis, gratis date. His primum ſtatutis, cùm ſanct. veſtra ita gerat curam Eccleſiæ Chriſti, ut miniſtros plurimos habeat, per quos hanc curam exerceat. Hi autem ſunt clerici omnes, quibus mandatus eſt cultus Dei, Preſbiteri præſertim, & maximè Curati, & præ omnibus Epiſcopi. Idcirco ſi gubernatio hæc ſit rectè proceſſura, primo danda eſt opera, ut hi miniſtri idonei ſint muneri, quo fungi debent.

Primus abuſus in hoc parte eſt ordinatio clericorum, & præſertim præſbyterorum, in qua nulla adhibetur cura, nulla adhibetur diligentia: quod paſſim quicunque ſint, imperitiſſimi ſint, viliſſimo genere orti ſint, malis moribus ornati ſint, adoleſcentes admittantur ad ordines ſacros, & maximè ad præſbyteratum, ad characterem, inquam, Chriſtum maximè exprimentem. Hinc innumera ſcandala, hinc contemptus ordinis Eccleſiaſtici, hinc divini cultus veneratio non tantum diminuta, ſed etiam propè jam extincta. Ideo putamus optimum fore, ſi ſanctitas tua primò in hac urbe præficeret huic negotio duos aut tres prælatos, viros doctos, & probos, qui ordinationibus clericorum præeſſent. Injungeret etiam Epiſcopis omnibus, adhibitis etiam pœnis cenſurarum, ut id curarent in ſuis Diœceſibus. Nec permittat ſanctitas veſtra ut quiſpiam ordinetur, niſi ab Epiſcopo ſuo, vel cum licentia deputatorum in urbe, aut Epiſcopi ſui: inſuper ut in Eccleſiis ſuis quiſque Epiſcopus magiſtrum habeat, à quo

clerici minores & literis, & moribus inſtruantur, ut jura præcipiunt.

Abusus alius maximi ponderis eſt in collatione beneficiorum Eccleſiaſticorum, maximè curatorum, & præ omnibus Epiſcopatuum, in quibus uſus invaluit, ut provideatur perſonis, quibus conferuntur beneficia, non autem gregi Chriſti & Eccleſiæ. Ideò in conferendis his beneficiis, Curatis inquam, ſed præ aliis Epiſcopatibus, curandum eſt ut conferantur viris bonis, doctiſque: adeo ut per ſe poſſint fungi illis muneribus ad quæ tenentur: inſuper illis quos veriſimile eſt reſidentiam facturos. Non ergo Italo conferendum eſt beneficium in Hiſpania, aut in Britannia, aut è contra: hoc ſervandum eſt tam in collationibus, quas vacant per deceſſum, quàm in ceſſionibus, in quibus nunc tantum habetur ratio voluntatis cedentis, nullius prætereà rei. In ceſſionibus his, ſi quiſpiam præficeretur probus unus pluresve, bene factum iri putaremus.

Alius abuſus, quum beneficia conferuntur, ſeu quum ceduntur aliis, irrepſit in conſtituendis ſuper eorum fructibus, penſionibus. Imo quandoque cedens beneficio, omnes ſibi fructus reſervat. Qua in re illud eſt animadvertendum, nulla alia de cauſa, nulloque alio jure penſiones conſtitui poſſe, niſi ut quaſdam eleemoſynas, quæ in pios uſus & indigentibus concedi debent. Nam redditus ſunt annexi beneficio, ut corpus animæ: ideò ſua natura pertinent ad eum, qui beneficium habet, ut poſſit ex eis vivere honeſte pro ſuo ordine, ſimulque queat ſuſtinere impenſas pro divino cultu & templi, ſacrarumque

ædium reparatione, vt quod reliquum eſt, impendat in pios uſus. Hæc eſt enim natura eorum reddituum. Verùm ſicuti in rerum naturæ adminiſtratione nonnulla fiunt à natura particulari præter inclinationem univerſalis naturæ: Sic in Pontifice, quoniam eſt univerſalis diſpenſator bonorum Eccleſiæ, ſi viderit eam fructuum portionem, quæ in pios uſus expendi debet, aut ejus partem in pium quempiam alium uſum, ut expendatur magis expedire, poteſt proculdubio id facere. Ideo jure merito penſionem ponere poteſt, ut ſubveniat egeno, præſertim clerico, ut honeſte queat vitam ducere pro ejuſdem ordine. Ideò omnes fructus reſervari, adimique id omne quod divino cultui, ſuſtentationique habentis beneficium tribui debet, magnus eſt abuſus. Itemque penſiones dari clericis divitibus, qui commode & honeſte vivere queunt ex redditibus quos habent, magnus certe abuſus, tollendus uterque.

ALIUS item abuſus in permutationibus beneficiorum, quæ fiunt cum pactionibus, quæ ſimoniacæ omnes ſunt, nulloque reſpectu habito niſi lucri.

ABUSUS alius omnino auferendus, qui calliditate quadam nonnullorum peritorum jam invaluit in hac curia: nam quum lege cautum ſit beneficia teſtamento legari non poſſe, quum non ſint teſtatoris, ſed Eccleſiæ, & ut res hæc Eccleſiaſtica ſervaretur communis bonorum omnium, non autem fieret privata cujuſpiam, invenit humana non tamen Chriſtiana induſtria, plurimos modos, quibus huic legi illudatur.

Nam fiunt renuntiationes Epiſcopatuum, alio-

rumque beneficiorum primo cum regreſſu, addunt reſervationem fructuum, addunt reſervationem collationis beneficiorum. Inſuper cumulant reſervationem adminiſtrationis, faciuntque hoc pacto Epiſcopum, qui nullum jus habet Epiſcopi: alterum verò cui jura omnia Epiſcopi competant: non tamen Epiſcopum.

Videat Sanctitas tua, quo proceſſit aſſentatoria illa doctrina, qua tandem effectum eſt, ut id liceat, quod libeat. Quid quæſo eſt hoc? niſi hæredem beneficij ſibi conſtituere. Alius præter hunc inventus eſt dolus, quum ſcilicet coadjutores dantur Epiſcopis petentibus, minus idonei, quàm ipſi ſint, ita ut niſi quiſpiam claudere oculos voluerit, liquido videat hæredem ea ratione inſtitui.

Item lex eſt antiqua inſtaurata à Clemente, ne filij præſbyterorum habeant parentum beneficia, ne ſcilicet res communis hoc modo fiat privata: diſpenſatur tamen (ut audivimus) in hac veneranda lege. Noluimus tacere, id quod veriſſimum eſſe quivis prudens per ſe judicaverit, nullam rem magis conflaſſe hanc invidiam clericis, unde tot ſeditiones ſunt ortæ, & aliæ inſtant, quàm hanc averſionem commodorum & proventuum Eccleſiaſticorum à communi ad rem privatam: antehac omnes ſperabant, nunc in deſperationem adducti, acuunt linguas contra hanc ſedem.

Alius abuſus eſt in expectativis & reſervationibus beneficiorum, quibus & datur occaſio, ut aliena mors deſideretur, & libenter audiatur. Præcludunt etiam aditum ſupremum dignioribus quum vacant, dant litibus cauſſam.

Omnes

Omnes has putamus tollendas eſſe.

Abusus alius eſt, eadem calliditate inventus. Nam quædam beneficia incompatibilia jure ſunt & appellantur, quæ ex ipſa vi nominis majores noſtri admonere nos voluerunt; non deberi ea uni conferri: nunc in his diſpenſatur, non tantum duobus, ſed pluribus: & quod pejus eſt, in Epiſcopatibus. Hunc morem, qui ob avaritiam tantum invaluit, tollendum ducimus, præſertim in Epiſcopatibus. Quid de unionibus, beneficiorum ad vitam unius, ne ſcilicet obſtat illa beneficiorum pluralitas ad obtinenda incompatibilia, nonne eſt mera fraus legis?

Alius etiam abuſus invaluit ut Reverendiſſim. Cardinalibus Epiſcopatus conferantur ſeu commendentur, non unus tantum, ſed plures: quem, Pater Beatiſſime, putamus magni eſſe momenti in Eccleſia Dei. Primò quidem, quia officium Cardinalatus, & officium Epiſcopi incompatibia ſunt. Nam Cardinal. eſt aſſiſtere Sanct. tuæ pro gubernanda univerſali Eccleſia: officium autem Epiſcopi eſt paſcere gregem ſuum, quod præſtare bene & ut debet haud poteſt, niſi habitet cum ovibus ſuis, ut paſtor cum grege. Præterea Pater ſancte, hic uſus maxime obeſt exemplo. Quomodo namque hæc ſancta ſedes poterit dirigere & corrigere aliorum abuſus, ſi in præcipuis membris abuſus non tollerentur? Nec ob id quod Cardinales ſint, putamus eis magis licere tranſgredi legem: imò longe minus. Horum enim vita debet eſſe aliis lex, nec imitandi ſunt Phariſæi, qui dicunt & non faciunt: ſed Chriſtus ſalvator noſter incœpit facere, & poſtea docere. Amplius hic uſus

Digitized by Google

nocet in conſultationibus Eccleſiæ, nam hæc licentia fomentum eſt avaritiæ. Ambiunt præterea Cardinales à Regibus & principibus Epiſcop. à quibus poſtea dependent, ne poſſint libere ſententiam dicere, imò ſi poſſent & vellent, fallerentur tamen paſſione animi in judicando perturbati. Ideò utinam hic mos tollerentur, & providerentur Cardinalibus ut poſſent honeſtè pro dignitate vivere, omnibus æquales redditus: quod putamus facile fieri poſſe, ſi vellemus abjicere ſervitutem Mammonæ, & Chriſto tantum ſervire.

His caſtigatis, quæ pertinent ad conſtituendos tibi miniſtros, quibus veluti inſtrumentis & cultus Dei bene adminiſtrari & populus Chriſtianus in vita Chriſtiana bene inſtitui & regi poſſit, accedendum nobis eſt ad illa quæ ſpectant ad gubernationem Chriſtiani populi. In qua re, Pater beatiſſime, abuſus ille primo & præ omnibus corrigendus eſt, ne ſcilicet Epiſcopi primum & præ omnibus aliis, deinde ne Curati abeſſent à ſuis Eccleſiis & Parochiis, niſi ob gravem aliquam cauſam, ſed reſidentiam facerent: maxime Epiſcopi, ut diximus, quia ſunt ſponſi Eccleſiæ ipſis demandatæ. Nam per Deum immortalem, quis miſerabilior viro Chriſtiano conſpectus eſſe poteſt Chriſtianum orbem peragranti, quàm hæc ſolitudo Eccleſiarum? Omnes ferè paſtores receſſerunt à ſuis gregibus, commiſſi ſunt omnes fere mercenariis. Imponenda ergo eſſet magna pœna Epiſcopis præ aliis, deinde Curatis, qui abſunt à ſuis gregibus, non tantum cenſurarum, ſed etiam ne reciperent redditus illi qui abſunt, niſi impe-

ſtrata licentia à tua Sanctitate Epiſcopi, Curati ab Epiſcopis ſuis per breve aliquod temporis ſpatium. Legantur in hoc aliqua jura aliquorum Conciliorum decreta, quibus cautum erat Epiſcopo non licere abeſſe à ſua Eccleſia, niſi tribus tantum Dominicis.

Abusus etiam eſt, quod tot Reverendiſſimi Cardin. abſint ab hac Curia, nec aliqua in parte faciant quidpiam ejus officij, quod ſpectat ad Cardinalem. Ideo & ſi fortaſſe non omnes, quia expedire exiſtimamus nõnullos habitare in provinciis ſuis, nam per illos tanquam per radices quaſdam in totum orbem Chriſtianum ſparſas continentur populi ſub hac Romana ſede: plurimum tamen eſſet Sanct. tuæ vocare ad curiam, ut hic reſiderent. Hac enim ratione præterquam quod fungerentur officio ſuo Cardinales, provideretur etiam amplitudini Curiæ, ſuppleretur que ſi quid ei detractum fuiſſet per receſſum multorum Epiſcoporum, qui ad ſuas Eccleſias ſe contuliſſent.

Alius abuſus magnus, & minime tolerandus: quo univerſus populus Chriſtianus ſcandalizatur, eſt ex impedimentis quæ inferuntur Epiſcopis in gubernatione ſuarum ovium, maximè in puniendis ſceleſtis & corrigendis. Nam primo multis viis eximunt ſe mali homines, præſertim clerici à juriſdictione ſui ordinarij. Deinde ſi non ſint exempti, confugiunt ſtatim ad pœnitentiarim, vel ad datariam, ubi confeſtim inveniunt viam impuritati, & quod pejus eſt ob pecuniam præſtitam. Hoc ſcandalum, beatiſſime Pater, tantopere conturbat Chriſtianum populum, ut non queat verbis explicari. Tollantur,

Digitized by Google

obteſtamur Sanct. tuam per ſanguinem Chriſti, quo redemit ſibi Eccleſiam ſuam, eamque lavit eodem ſanguine. Tollantur hæ maculæ, quibus ſi daretur quiſpiam aditus in quacumque hominum Republica, aut regno, confeſtim aut paulo poſt in præceps rueret, nulloque pacto diutius conſtare poſſet: & tamen putamus nobis licere, ut per nos in Chriſtianam Rempublicam inducantur hæc monſtra.

ALIUS abuſus corrigendus eſt in ordinibus Religioſorum, quod adeo multi deformati ſunt, ut magno ſint ſcandalo ſæcularibus, exemploque plurimum noceant. Conventuales ordines abolendos eſſe putamus omnes, non ut tamen alicui fiat injuria, ſed prohibendo ne novos poſſint admittere. Sic enim ſine ullius injuria cito delerentur, & boni religioſi eis ſubſtitui poſſent. Nunc vero putamus optimum fore, ſi omnes pueri qui non ſunt profeſſi, ab eorum monaſteriis repellerentur.

Hoc etiam animadvertendum & corrigendum cenſemus in prædicatoribus & confeſſoribus conſtituendis à fratribus, quod ab eorum præfectis primum adhiberetur magna diligentia, ut idonei eſſent: deinde ut præſentarentur Epiſcopis, quibus præ omnibus cura Eccleſiæ eſt demandata, à quibus examinarentur per ſe, vel per viros idoneos, nec niſi eorum conſenſu admitterentur ad hæc peragenda.

DIXIMUS, Beatiſſime Pater, non licere aliquo pacto in uſu clavium aliquid lucri utenti comparari, eſt in hac re firmum verbum Chriſti: GRATIS ACCEPISTIS, GRATIS DATE. Hoc non tantum ad Sanct. tuam pertinet, ſed ad

omnes qui ſunt participes hujus poteſtatis: ideo à Legatis & nuntiis vellemus idem ſervari. Nam ſicut uſus qui nunc invaluit, dedecorat hanc ſedem, & conturbat populum, ita ſi fieret econtra, maximum decus huic ſedi compararetur & ædificaretur mirifice populus.

Abusus alius turbat Chriſtianum populum in Monialibus, ſub cura fratrum conventualium, ubi in pleriſque monaſteriis fiunt publica ſacrilegia cum maximo Civium ſcandalo. Auferat ergo Sanct. veſtra omnem eam curam à conventualibus, eamque det aut Ordinariis aut aliis, prout melius videbitur.

Abusus magnus & perniciosſus eſt in gymnaſiis publicis, præſertim in Italia, in quibus multi Philoſophiæ profeſſores impietatem docent. Imo in templis fiunt diſputationes impiiſſimæ: & ſi quæ ſunt piæ, tractantur in eis res divinæ coram populo valde irreverenter. [Ideo putaremus indicendum Epiſcopis ubi ſunt gymnaſia, ut per eos admonerentur lectores qui legunt, ne docerent adoleſcentes impietatem, ſed oſtenderent infirmitatem luminis naturalis in quæſtionibus pertinentibus ad Deum], ad mundi novitatem vel æternitatem, & ſimilia, eoſque ad pietatem dirigerent. Similiter ne permitterent fieri publicas diſputationes de hujuſmodi quæſtionibus, neque etiam de rebus Theologicis, quæ certe multum exiſtimationis perdunt apud vulgus: ſed privatim de his rebus fiant diſputationes, publicè de aliis quæſtionibus Phyſicis. Idemque injungendum eſſet omnibus aliis Epiſcopis, maximè inſignium civitatum, in qui-

bus hujus generis diſputationes fieri ſolent. In impreſſione etiam librorum eadem adhibenda eſſet diligentia, ſcribendumque Principibus omnibus, ut caveant ne paſſim quivis libri in eorum ditione imprimantur. Dandaque eſſet hujus rei cura ordinariis. Et quoniam pueris in ludis ſolent nunc legi Colloquia Eraſ. in quibus multa ſunt quæ rudes animos informant ad impietatem. Ideo eorum lectio in ludis litterariis prohibenda eſſet, & ſi qua alia ſunt hujus ordinis.

Poſt hæc quæ ad inſtituendos miniſtros tuos in hac univerſalis Eccleſiæ cura & in ejus deinde adminiſtratione ſpectare videntur, animadvertendum eſt in gratiis quæ fiunt à tua beatitudine præter priores abuſus, alios quoque abuſus introductos eſſe.

PRIMUS eſt in fratribus ſeu religioſis apoſtatis qui poſt votum ſolemne à ſua religione recedunt, impetrantque ne teneantur gerere habitum ſui ordinis. Imo nec veſtigium habitus, ſed tantum veſtem honeſtam clericalem. Prætermittamus nunc de lucro. Jam enim diximus in principio, non licere ex uſu clavium & poteſtatis à Chriſto traditæ comparare ſibi lucrum, ſed etiam ab hac gratia abſtinendum. Nam habitus eſt ſignum profeſſionis, unde nec ab Epiſcopo poteſt dimitti, cui tenentur hi apoſtatæ: ideo hæc gratia eis concedi non deberet, neque etiam quum ipſi receſſerint à voto quo Deo ſe obligarant, eis permittatur ut habeant beneficia, neque adminiſtrationes.

ALIUS abuſus in quæſtuariis Sancti Spiritus, ſancti Antonij, aliiſque hujus generis: qui de-

Digitized by Google

cipiunt ruſticos & ſimplices, eoſque innumeris ſuperſtitionibus implicant: tollendos hos quæſtuarios cenſemus.

Abusus alius in diſpenſatione cum conſtituto in ſacris ordinibus, ut poſſit uxorem ducere, hæc diſpenſatio non eſſet ulli danda, niſi pro conſervatione populi cujuſpiam vel gentis, ubi eſſet publica cauſſa graviſſima: præſertim his temporibus, in quibus urgent Lutherani hanc rem maxime.

Abusus in diſpenſatione in nuptiis inter conſanguineos, ſeu affines: certe in ſecundo gradu non putamus faciendam eſſe, niſi ob publicam cauſſam gravem. In aliis vero gradibus non niſi ob cauſam honeſtam, & abſque pecunia, ut diximus, niſi jam prius conjuncti eſſent, u bi liceret pro abſolutione à peccato jam perpetrato imponi mulcta pecuniaria poſt abſolutionem, & deputari ad pios uſus, in quibus facit Sanct. tua impenſas. Nam ſicut ubi non eſt peccatum in uſu Clavium, nihil exigi poteſt pecuniæ: ita ubi abſolutio petitur à peccato, imponi multa pecunaria poteſt, & deputari ad pios uſus.

Abusus alius in abſolutione Simoniaci, proh dolor, quantum in Eccleſia Dei regnat hoc peſtilens vitium, adeo ut quidam non vereantur Simoniam committere, deinde confeſtim petunt abſolutionem à pœna. Imo eam emunt, ſicque retinent beneficium quod emerunt.

Non dicimus Sanct. tuam non poſſe pœnam illam, quæ eſt de Jure poſitivo conſtituta, eis condonare: ſed quod nullo pacto debeat, ut tanto ſceleri reſiſtatur quo nullum pernicioſius, nec magis ſcandaloſum.

Digitized by Google

Licentia etiam teſtandi clericis de bonis Eccleſiæ non eſſet danda, niſi pro cauſa urgenti: ne bona pauperum converterentur in privatas delicias & amplificationes domorum.

Confeſſionalia autem cum uſu altaris portatilis non eſſent facile danda, ſic enim vileſcunt Eccleſiaſticæ res, & Sacramentorum omnium præcipuum. Nec indulgentiæ item dandæ eſſent, niſi ſemel in anno, in unaquaque inſignium civitatum. Commutatio etiam votorum neque ita facile facienda, neque commutanda, præterquàm in æquivalens bonum.

Conſuevere etiam mutari voluntates ultimæ teſtatorum, qui ad pias cauſas legant quampiam pecuniæ ſummam, quam authoritate Sanct. tuæ transferunt ad hæredem vel legatarium, ob prætenſam paupertatem &c. idque ob lucrum. Certè niſi facta ſit magna mutatio in re familiari hæredis per obitum teſtatoris, ita quod veriſimile ſit teſtatorem ob eam mutationem mutaturum fuiſſe voluntatem, voluntates teſtatorum mutari impium eſt. De lucro jam toties diximus, quare putamus omnino abſtinendum.

Omnibus in ſumma explicatis, quæ pertinent ad univerſalis Eccleſiæ Pont. quantum animo potuimus comprehendere, reſtat ut nonnulla dicamus, quæ pertinent ad Rom. Epiſcopum. Hæc Romana civitas & Eccleſiæ mater eſt & magiſtra aliarum Eccleſiarum. Ideò maxime in ea vigere debet divinus cultus & morum honeſtas. Ideò, beatiſſime Pater, ſcandalizantur omnes exteri qui ingrediuntur templum B. Petri, ubi ſacerdotes quidam ſordidi,

gnari, induti paramentis & veſtibus quibus nec in ſordidis ædibus honeſtè uti poſſent, miſſas celebrant. Hoc magnum eſt omnibus ſcandalum, ideò injungendum eſt Reverendiſſ. Pœnitentiario ut hæc curent, & amoveant hoc ſcandalum: ſicque in aliis Eccleſiis.

In hac etiam urbe meretrices ut matronæ incedunt per urbem ſeu mula vehuntur: quas aſſectantur de media die nobiles familiares Card. clericique. Nulla in urbe videmus hanc corruptionem, præterquam in hac omnium exemplari: habitant etiam inſignes ædes: corrigendus etiam hic turpis abuſus.

Sunt etiam in hac urbe privatorum civium odia & inimicitiæ, quas componere & cives conciliare præcipue intereſt Epiſcopi: ideo per Card. quoſdam Rom. præſertim qui magis eſſent idonei, omnes hę inimicitiæ componendę eſſent, & civium animi conciliandi.

Sunt in hac urbe hoſpitalia, ſunt pupilli, ſunt viduæ. Harum cura maxime pertinet ad Epiſcopum, & ad Principem. Ideo Sanct. tua per Cardinales viros probos poſſet etiam commode hæc omnia curare.

Hæc ſunt, beatiſſime Pater, quæ in præſentia pro tenuitate ingenij noſtri colligenda eſſe duximus, & quæ nobis corrigenda viderentur. Tu vero pro tua bonitate & ſapientia omnia moderabere: nos certè ſi non rei magnitudini, quæ noſtras vires longe ſuperat, conſcientię tamen noſtrę ſatis fecimus: non ſine maxima ſpe, ſpe, ut ſub te Principe videamus Eccleſiam Dei purgatam, formoſam ut columbam, ſibi concordem, in unum corpus conſentientem,

Digitized by Google

cum æterna tui nominis memoria. Sumpſiſti tibi nomen Pauli, imitaberis ſperamus charitatem Pauli: electus fuit ille ut vas, quod deferret nomen Chriſti per gentes. Te verò ſperamus electum, ut nomen jam Chriſti oblitum à Gentibus & à nobis clericis reſtituas in cordibus & in operibus noſtris, ægritudines ſanes, oves Chriſti in unum ovile reducas, amoveaſque à nobis iram Dei & ultionem eam, quam meremur, jam paratam, jam cervicibus noſtris imminentem.

NOMINA CARDINALIVM.

Gaſpar Gard. Contarenus.
Ioh. Petrus Card. Theatinus, poſtea Paulus IV. PP.
Iacobus Card. Sodeletus.
Reginaldus Polus Card. Anglicus.
Fredericus Archi. Solernitanus.
Hieronymus Archiepiſc. Brunduſinus.
Ioh. Matthæus Gibertus Epiſc. Veronenſis.
Gregorius Corteſius Abbas ſancti Georgij Venes.
Frater Thomas magiſter Sacri Palatij.

FINIS.

Digitized by Google

TABVLA TITVLORVM Partis primæ.

TITVLVS PRIMVS.

DE correctione eorum quæ male agûntur promittenda in Dei Eccleſia à miniſtris Eccleſiaſticis in capite & in membris. pagina 1
II. De modo correctionis & reformationis Eccleſiæ & Chriſtianitatis. 4
III. De limitanda poteſtate ſuperiorum. 9
IV. De diſpenſationibus. 18
V. De exemptionibus. 21

TABVLA TITVLORVM Partis ſecundæ.

I. DE his quæ viros Eccleſiaſticos non decet agere. pag. 53
II. Qualiter in primitiva Eccleſia erant omnia communia: & quod deliberetur ſi eſſet utile quod adhuc idem in dominis Cardinalibus & in collegiis & aliis ſervaretur. 58
III. Quod epiſcopi & perſonæ Eccleſiaſticæ non capiantur ſicut fit hodie à laicis: & quod

Digitized by Google

privilegia à Romana Eccleſia conceſſa in contrarium revocentur. 60

IV. Quod deliberetur ſi expedit univerſali eccleſiæ quod decreta Bonifaciana de Clericis conjuga. revocetur, cum per eam generalis libertas eccleſiæ revocetur quo ad clericos conjugatos. 61

V. Quod provideatur ut eccleſiæ liberè acquirere, & jam acquiſita retinere poſſint, cum non videantur ſufficere remedia ſuper hoc conſtituta. 63

VI. Quod ſpeciales orationes in omnibus eccleſiis pro regibus & aliis fiant. 64

VII. Epiſcopi gregem paſcant, & jura in beneficiorum collationibus illis conſerventur, honor debitus deferatur etiam à Cardinalibus, & ad curiam de facili non citetur. Nec-non eccleſiæ & cimiteria polluta & violata, epiſcopis impeditis, per preſbyteros reconcilientur, pauperibus provideatur, decimæ principibus non concedantur abſque prelatorum aſſenſu: item prout nec annalia leventur, & beneficia ante eorum vocationem non conferantur: nec reſerventur. ibid.

VIII. Quod militantes Deo non implicent ſe negotiis ſecularibus, nec turpia lucra ſequantur, ſed de ſuo vivant. 70

IX. De donatione Conſtantini & primatia Eccleſiæ ſpiritualiter & temporaliter declaranda. idem continetur in ij. & 3. cap. Concilij Terraconen. 72

X. De cohabitatione clericorum & mulierum vitanda, & ne proſtibula publica teneantur prope eccleſias: & in Romana curia prope

Digitized by Google

palatium domini Papæ, nec alibi prope domos prælatorum, nec & mareſcalus domini Papæ & conſimiles aliquid recipiant à meretricibus & lenonibus earundem. 73

XI. De Conciliis provincialibus bis in anno celebrandis, & de ordine ſervando in eis, & quod in eis omnia negotia provinciam contingentia, ut moris eſt, antequam adeatur ſuperior terminentur. Et Viſitatores deputarentur in eis per quos una cum officialibus epiſcoporum executioni mandarentur, quæ fuerunt conſtituta. Et quod continerentur metropolitani Patriarchæ & primates qui Archiepiſcopis & epiſcopis præeſſent in regnis in quibus non ſunt. 74

XII. De ſortilegis, divinatoribus & conſimilibus evitandis & puniendis. 86

XIII. De ætate presbyterorum & aliorum promovendorum in Eccleſia Dei etiam ad Cardinalatum. 87

XIV. De 7. diaconibus conſtituendis & in qualibet civitate. 88

XV. Ne epiſcopi vel clerici accedant ad curias principum ſine licentia & literis Concilij Provincialis. 89

XVI. De epiſcopis ne in alienis diœceſibus vel provinciis immorentur neque poſſeſſiones ibi habeant, relictis propriis civitatibus & diœceſibus, abſque juſta & rationabili cauſa, & ultra tres ſeptimanas ſe non abſentent ab eccleſiis eorundem. 93

XVII. Ne Epiſcopi vel Clerici accedant ad curias principum ſine licentia & literis Concilij provincialis. 94

XVIII. De neophitis & indignis & inſuffi-
Digitized by Google

cientibus & clauſtralibus non promovendis ad eccleſiaſticos gradus & cardinalatus. Et quod nullus etiam favore eccleſiaſtico, vel regio promoveatur, nec aliquis qui neſciret illa quæ pertinent ad officium ſuum, & quod etiam nulli niſi doctores in epiſcopos, archiepiſcopos & cardinales promoveantur. ibid.

XIX. De pſalmis & lectionibus in officio eccleſiaſtico tractim devote & ordinate ac intelligibiliter horis competentibus dicendis, & ut omnibus diebus oratio Dominica dicatur ante ſingulas horas, cum Ave Maria. & de abbreviando ipſum ubi eſt nimis prolixum. Et quod eccleſiæ & in eis miniſtrantes ornamentum habeant talium ornamentorum & aliorum veſtimentorum condecentium: & quod rejiceretur inordinatus cantus, & quod ſemel in hebdomada ſolemniter celebraretur officium mortuorum. 101

XX. De ſymonia & de exactionibus quæ in Romana curia & alibi pro votis requiruntur, quæ fiunt per epiſcopos & curias eorundem, & ſub prætextu ſigilli eorum & juramenti in contractibus. 103

XXI. Ne quis in duabus præbendis vel eccleſiis intituletur, ſed ſingula officia & beneficia ſingulis conferantur perſonis cujuſcunque ſtatus & conditionis exiſtant. 107

XXII. De conſpirantibus contra epiſcopos, & alios publicè delinquentes puniendos, privilegio contrario non obſtante. 112

XXIII. De epiſcoporum & aliorum prælatorum & clericorum accuſatoribus quod non debeant paſſim ſuſcipi, & dicti prælati non mu-

Digitized by Google

tentur de ſede ad ſedem majorem niſi pro notoriis exceſſibus eorundem. 113

XXIV. De œconomis & diſpenſatoribus, & advocatis à ſingulis epiſcopis habendis pro diſpenſatione rerum temporalium, ut ipſi libera executione pontificis officij non deſiſtant. 115

XXV. De ſanctimonialibus ne cum extraneis viris vel mulieribus habitent: & quod recludantur, nec recipiantur niſi de earum redditibus vivere poſsint, de quo legitima fides fieret ordinariis earundem per quos corrigerentur, includerentur & reformarentur privilegio contrario non obſtante. 116

XXVI. De clericis obligatis ad ratiocinia: & ne viri literati ad ipſa intendant, nec ſacerdotes ad prædicta vocentur. 117

XVII. De contemptoribus canonum & prælatorum ſuorum ſuperiorum puniendis. 118

XXVIII. De Religioſis & aliis qui excommunicatos ab aliis recipiunt puniendis, & de ſententiis excommunicationis, ſuſpenſionis & interdicti, latis ab ordinariis vel eorum authoritate in locis religioſorum publicandis. 119

XXIX. Ut qui contra profeſſionem vel ſubſcriptionem ſuam vel prædeceſſorum facta irrationabilia & ſervitores venerint, puniantur. 120

XXX. Ut canones pertinentes ad officium & inſtructionem Epiſcoporum & clericorum ſciantur per eos priuſquam ordinentur. 121

XXXI. De epiſcopis accuſatis: ubi & infra quod tempus eorum cauſæ examinentur, & quod in cauſis eccleſiaſticis horæ modicum contraheretur, & quod deputarentur in ſingulis curiis judices, advocati, procuratores, & tabel-

Digitized by Google

liones gratis ſua officia exequentes in cauſis miſerabilium perſonarum. 122

XXXII. De multis capitulis ad vitam, honeſtatem, converſionem, habitum, regulam & mores clericorum pertinentibus, ſecundum diverſos ſtatus & gradus eorum: quod eſſet deſet decens & honeſtum ac utile obſervari, cùm ex contrario totus fere ordo eccleſiaſticus confundatur & etiam corrumpatur. Et ſpecificantur multa quæ pertinent ad officium diaconorum, presbyterorum & etiam epiſcoporum. 125

XXXIII. De clericis ut cum ad pubertatem pervenerint, conjugium aut caſtitatem profiteantur. Ne per eos de bonis eccleſiaſticis eruditos poſtmodum eccleſia impugnetur. 129

XXXIV. Ut primæ ſedis epiſcopus, princeps ſacerdotum, vel univerſalis ecleſiæ non appelletur. 130

XXXV. Ut nulli in eccleſiis conviventur, nec placita teneantur in eis, & quod confratriæ, in quibus tam clerici quàm laici ſe ingurgitant, tollerentur: ſed daretur pauperibus quod expenderetur in eiſdem. 133

XXXVI. Ut pœnitentibus juxta peccatorum ſuorum modum pœnitentia imponatur, & quod canones pœnitentiales ab omnibus obſerventur. 134

XXXVII. De acquiſitis ab his qui eccleſiaſticum obtinent gradum, ut eccleſiis conferantur. 136

38. De aliquibus epiſcopos & prælatos contingentibus: quæ principaliter per omnia non obſervantur: & de ſtatu & exceſſibus eorum-

Digitized by Google

dem, & ut pauperibus ſcholaribus in ſcholis provideatur. Et quod prælati & aliæ perſonæ eccleſiaſticæ ſicut jura præcipiunt de juribus & rebus eccleſiaſticis ſpiritualibus nihil diſponere in judicio laicorum præſumant. 137

XXXIX. De oblationibus diſcordantium & opprimentium pauperes, & aliquorum aliorum non recipiendis in Eccleſia. 147

XL. De defenſoribus Eccleſiarum à principibus poſtulandis. 150

XLI. De conſecratione & congregatione Concilij generalis. 151

XLII. De præſidibus reipublicæ, ut ſine licentia epiſcoporum non communicent. 152

XLIII. De exequiis epiſcoporum & prælatorum à convicino prælato peragendis, & cura ejus eccleſiæ ſuſcipienda. ibid.

XLIV. De miniſtris ne ſine chriſmate proficiſcantur. 153

XLV. De immunitate eccleſiarum ſubtrahenda his qui ad eas confugiunt ſi homicidæ voluntarij fuerint, vel pro debitis fugerint. 154

XLVI. De incontinentia Clericorum: & an expediret quod in occidentali eccleſia ſervaretur quod ſervatur in orientali, quæ votum caſtitatis in altaris miniſtris non ſuſcepit. Potiſſime cùm tempore apoſtolorum dicta conſuetudo orientalis eccleſiæ ſervaretur. 157

XLVII. De oblationibus defunctorum non retinendis: & de his quæ impediunt ne oblationes fiant in eccleſia puniendis: & ut dictæ oblationes in miſſarum ſolenniis fiant juxta canonicas ſanctiones. 159

XLVIII. De communione corporis Chriſti

ter à laicis aſſumenda in anno. 161

LXIX. De ſtipendiis clericorum juxta eorum meritum cuſtodiendis. ibid.

L. Ut ante Miſſam expletam egredi clerus & populus de eccleſia non præſumat, & quod nulla præbenda eſſet libera, nec tantum reciperent qui non interſunt officio, quantum illi qui interſunt: & quod ex cauſa ſtudij vel alia juſta abſentes, reciperent tertiam vel quartam partem hujus quod recipiunt præſentes. 162

LI. Ne clerici, preſbyteri & epiſcopi venaticos canes teneant vel accipitres teneant, & ne reges & principes venationibus intendant. 164

LII. De clericis, ne ſine epiſcoporum literis evagentur. 165

LIII. De Monachis & eorum conditione & officio. 166

LIV. De epiſcopis ne tempore chriſmatis conficiendi à ſuis eccleſiis ſe abſentent. 178

LV. Ne laici & inſacrati miniſtri ſacrarium ingrediantur, & ne ſacra vaſa, reliquias, cruces, & ornamenta contingant: neque aliquid ſine habitu condecenti in miſſis & eccleſiis deſerviant, poſita vigeſima tertia diſtinctione, non oportet. iij. 179

LVI. De jejunio ſabbati ſextæ & quartæ feriæ diei Lunæ & diei Martis poſt dominicam quinquageſimæ & adventus Domini à perſonis eccleſiaſticis celebrando. Et quod in tribus diebus rogationum, & in quatuor temporibus, & in 40. etiam à laicis jejunetur: & in vigiliis beatæ Mariæ & apoſtolorum. 185

LVII. De picturis & imaginibus quæ in eccleſia fiunt, ut nullius deformitas vel falſitas &
Digitized by Google

deviatio à re geſta celebraretur in eis. 187

LVIII. Ne fœminæ in cemiteriis vel eccleſiis pervigilent, & ne in ſanctorum ſolemnitatibus intra eccleſias & cemiteria ſaltationibus & cantilenis populi vacent. 188

LIX. De adulteris clericis & laicis cum manifeſti ſunt vel notorij, evitandis. 189

LX. Ut hi qui baptizantur & qui ad confeſſionem accedunt nihil ſolvant, & quod pro ſepulturis nihil recipiatur, nec pro aliis ſpiritualibus. 190

LXI. De Judæorum & aliorum infidelium familiaritate & converſatione evitanda. 191

LXII. De luſoribus alearum & taxillorum, & aliis ludis prohibitis. 195

LXIII. Ne fœminæ conjugatæ abſque maritorum nominibus literas mittere vel recipere audeant. 196

LXIV. Ut in dominicis & aliis feſtivis diebus, cauſarum ſtrepitus conquieſcant, ac nundinæ & opera illicita & etiam ruſticana. 197

LXV. De clericis in eodem loco degentibus, ut ſaltem die ſabbati in veſperis, & die dominica ſubſequenti inſimul conveniant ad divina. 198

LXVI. De epiſcopis ut annis ſingulis viſitent diœceſes ſuas: & quod idem faciant illi quibus competit viſitare; & ne in abſentia procurationes quomodolibet recipere non poſſint. 199

LXVII. De muneribus pro judiciis, juriſdictionibus & officiis non recipiendis: & emolumentis juriſdictionum non vendendis, & quod eccleſia nihil recipiat ab uſurariis & Judæis: nec de bonis eorum nec aliorum qui cum notorio

peccato ea acquirunt. Sed diſtribuat Pauperibus vel reſtituat quibus debet. 204

LXVIII. De officio Eccleſiaſtico & etiam in quolibet regno dicendo. 205

LXIX. Vt mulieres à virorum cœtibus, & à ludis, & inhoneſtis tactibus retrahantur: & ut coma & habitu diſcernantur à viris. 207

LXX. De regibus & principibus juriſdictionem diverſimode eccleſiaſticam perturbantibus, & uſurpantibus: de alijs potentibus alios expoliantibus, perſonas eccleſiaſticas pauperes & peregrinos opprimentibus, & illis qui ad limina apoſtolorum Petri & Pauli vel ad alia oratoria accedunt ſua aufferentibus, excommunicandis, & per eccleſiam compeſcendis. 209

LXXI. De fidelitate regibus & principibus obſervanda: & de puniendis his perſonis eccleſiaſticis quæ contra eos aliquid machinantur. 225

LXXII. De reformatione Regum & ſecularium perſonarum. 238
Digitized by Google

TABVLA TITVLORVM Partis tertiæ.

I. DE reformatione univerſalis eccleſiæ, & (quod in ea eſt præcipuum) à capite ſanctæ Romanæ Eccleſiæ, prælatis & aliis ſuperioribus inchoandum. 240

II. De infractorum juramentorum in ſalutem regis, gentis & patriæ. 244

III. De his quæ Imperatores, reges, principes & domini temporales intra eccleſiam & in perſonis eccleſiaſticis, rebus & bonis agere & exercere poſſunt. 245

IV. De regulis fidei & doctrinæ Chriſtianæ Catholicis exponendis: & de quibuſlibet ſcientiarum ſcriptis potiſſime dubiis, abbreviandis, &c. 246

V. Ut ad menſam dominorum Papæ & cardinalium & epiſcoporum, & preſbyterorum ſcripturæ divinæ legantur. 248

VI. Ut funera defunctorum cum pſalmis & officio eccleſiaſtico abſque lamentationibus tumulentur. 249

VII. De genitis à miniſtris Eccleſ. in ſervitutem redigendis. 250

VIII. De miniſtrantibus in altari, ut poſt ſe ejuſdem ordinis habeant adjutores. 251

Digitized by Google

IX. Vt de rebus eccleſiaſticis æquæ fiant portiones. 252

X. Ne canonici regulares & aliæ perſonæ Eccleſiaſticæ quibus certus eſt habitus deputatus ipſum in occulto deferant ſubtus alias veſtes: ne epiſcopi rochetos ſubtus gammachias ſuas, nec clerici veſtes ante pectus ſciſſas & nodalutas vel alias diſſolutas more laicorum. 253

XI. Ut corpora defunctorum intra Eccleſiam non ſepeliantur. 255

XII. De natalitiis martyrum in quadrageſima non celebrandis, & de feſtivitatibus tempore meſſium & vindemiarum occurrentibus alio tempore mutandis. 256

XIII. De iejunio v. feriæ Paſchæ non ſolvendo. 257

XIV. De teſtium numero in epiſcoporum & cardinalium depoſitione requirendo. ibid.

XV. De quæſtoribus & eorum abuſibus ac indulgentiis, & quæſtibus curſorum nuntiorum Romanæ curiæ reſecandis. 258

XVI. De ordinibus Mendicantium alendis, fovendis & reformandis & etiam corrigendis. 259

XVII. De leproſis alendis, & ne ſanorum actibus miſceantur, &c. 263

XVIII. De validis mendicantibus cohibendis, & de invalidis informandis. 264

XIX. De hoſpitalitatibus, Xenodochiis & orphanatrophiis ad recipiendum pauperes peregrinos & orphanos in locis in quibus non ſunt, & de bonis eccleſiaſticis religioſorum fieri poſſunt, conſtruendis: & de conſtructis re-
Digitized by Google

formandis. 264

XX. De pœna ſacrilegorum & aliorum qui ab eccleſia civiliter pro delictis puniuntur in pios uſus convertenda. 266

XXI. De decimis perſonalibus & aliis, & primitiis ſolvendis & non ſolvendis, & de proviſione ſuper his adhibenda. 267

XXII. De proviſione congrua pauperibus, eccleſiarum rectoribus, curatis & vicariis eccleſiarum ad religioſos & alios pertinentium facienda: de qua valeant onera epiſcopalia, & hoſpitalitatem debitam congruè ſupportare. 268

XXIII. De abbatibus, prioribus & religioſis domibus, ut epiſcopis ſubijciantur: & de ſtatu & exceſſibus eorundem. 269

XXIV. De providentia circa gubernationem reipublicæ adhibenda in mutationibus monetarum, creationibus tabellionum, ponderibus, menſuris, mercationibus illicitis, oppreſſionibus pauperum etiam ruſticorum, dotibus conſtituendis, exhibitionem juſtitiæ, rebus propriis ad Romanam curiam & loca alia transferendis. 272

XXV. Ne ad Eccleſiaſtica beneficia recipiantur obtentu literarum apoſtolicarum vel ordinariorum, illi quorum propinqui vſque ad gradum tertium injuriarentur eccleſiis in quibus ſunt dicta beneficia conſtituta, vel illis ad quorum collationem, proviſionem ſeu ordinationem pertinent, niſi prius fuerit ſatisfactum, & quod obtentu proceſſuum, gratiarum vel juſtitiæ Eccleſiæ, ſubijci nequeant interdicto, nec per-

Digitized by Google

ſonæ ligari ante quindecim dies. 275
XXVI. De poteſtate eccleſiaſtica ſuper temporales dominos & dominia temporalia. 277
XXVII. De his in quibus videtur quod haberet ſe Romana eccleſia condeſcendendo prælatis & aliis ſubditis temperare, & etiam reformare. ibid.
XXVIII. De reformatione Prælatorum. 283
XXIX. De reformatione Cleri. 285
XXX. De reformatione Religioſorum. 287
XXXI. De modo generali, per quem univerſalis eccleſia deberet reformari, ſcilicet ut ſervarentur jura, & renovarentur in contrarium attentata. 293
XXXII. De ſecundo modo reformationis Eccleſiæ, ſcilicet ut mala exempla & ſcandalizantia, & ad peccatum tendentia reſecarentur ab eccleſia Dei. 296
XXXIII. De avaritia & ambitione, & quæſtibus, & ſymonia & muneribus. 299
XXXIV. De ſuperbia, elatione & pompis eccleſiaſticis: & nimiis & variis apparatibus & conviviis vitandis: & quod taxaretur certus numerus evectionum familiarium & modus ornatuum. 301
XXXV. De luxuria, inordinatione & cohabitatione clericorum & mulierum: & voluptatibus evitandis. 306
XXXVI. De gula, ebrietate & comeſſationibus, & ferculorum multiplicitate, & ſuperabundantia reſecandis & cohibendis. 309
XXXVII. De invidia & detractionibus &
Digitized by Google

partialitatibus. 312
XXXVIII. De ira & odio & præcipitatione in ſententiis & aliis evitandis. 314
XXXIX. De acedia & negligentia & ignorantia. 316
XL. De primo remedio contra negligentiam eruditionis in prælatis, ſcilicet quod regula apoſtolica in promovendis ſervetur. 318
XLI. De ſecundo remedio contra negligentiam eruditionis in curatis. 319
XLII. De tertio remedio contra negligentiam conditionis univerſi cleri. 320
XLIII. De beneficiis eccleſiaſticis unde poſſet dictis pauperibus magiſtris & ſcholaribus provideri. 321
XLIV. De quarto remedio contra ignorantiam cleri, & negligentia eruditionis. 325
XLV. De quinto remedio contra cleri ignorantiam & negligentiam eruditionis. 326
XLVI. De prima negligentia circa curam animarum, quia cauſas electionum Romana Eccleſia ad ſe trahit: & eccleſiæ remanent viduatæ. 328
XLVII. De ſecunda negligentia circa curam animarum: quia prælati & curati non reſident. 329
XLVIII. De tertia negligentia curæ animarum: quia inhabilibus committitur qui eam exercere neſciunt. 330
L. De prima negligentia prælatorum & curatorum eccleſiaſticorum circa eccleſiaſticum officium & cultum divinum. 335
LI. De ſecunda negligentia canonicorum &

Digitized by Google

aliorum qui officio non interſunt, confabulantur aut per eccleſiam diſcurrunt. 337

LII. Qualiter tertiò principes & populus negligunt officium, quia vident negligi à prælatis & clericis, cùm tamen ex integro audire divina officia teneantur. 338

LIII. De quarta negligentia circa divinum officium: quia feſta non coluntur, & pejora quam diebus aliis committuntur. 340

LIV. De quinta negligentia circa officium: & ut diſtinctè horis competentibus ſine motetis dicatur, & quod nimis prolixum abbrevietur. 341

LV. Quod officium Romanæ eccleſiæ ubique dicatur, & quod dicendum ſit probatur. 342

LVI. Quod in quacunque provincia officium uniformiter eſt dicendum, & etiam in eodem regno, & à regularibus ſicut à ſecularibus, & de utilitate conſecuta ex conformitate officij. 343

LVII. Quod regulares relinqui poſſent ceremoniis ſuis quo ad officium divinum. 345

LVIII. De ſexta negligentia circa cultum divinum in defectu ornamentorum, & ſine eis deſervientium. 346

LIX. De ſeptima negligentia, quia laici & inſacrati homines reliquias, & Deo dicata ornamenta contingunt, & ſacrarium intrant, & cruces portant. 347

LX. De negligentia circa reparationem eccleſiarum & luminarium. 394

LI. De negligentia circa defenſionem eccleſiaſticorum jurium. ibid.

Digitized by Google

LII. De negligentia prælatorum & beneficiatorum circa diſpenſationem proventuum eccleſiaſticorum, & circa hoſpitalitatem. 351

LIII. Quomodo proventus eccleſiaſtici communiter in uſus vanos illicitos expenduntur. 353

Finis tabulæ titulorum præſentis tractatus.

Digitized by Google

EX PARALIPOMENIS AD CHRONICON Abbatis Vſpergenſis.

ANno Domini 1417. temporibus Sigiſmundi Imperatoris, & Conſtantienſis Concilij claruit Nicolaus Clemangis, Archidiaconus Bajocenſis, Doctor Theologiæ Pariſienſis, qui de corrupto Eccleſiæ ſtatu ſcripſit, quibus rationibus res Eccleſiaſtica creverit, & decreverit pietas.

I. Cauſa primitivæ fundationis & dotationis Eccleſiarum. 8

II. De Inſolentia orta ex affluentia rerum temporalium in Eccleſia. 11

III. De tribus vitiis, ex quibus cætera mala orta ſunt in Eccleſia, Luxu, Faſtu, & Cupiditate. 14

IV. De exorbitantiis per ſummos Pontifices in Eccleſia introductis. 15

V. De abolitione electionum, & refrenatione Beneficiorum. ibid.

VI. De Camera Apoſtolica, quomodo exhauſerit regna, pariter & provincias. 18

VII. De expectativis, & qualitate currentium ad curiam Romanam. ibid.

VIII. De vacantiis & aliis vectigalibus Eccle-

Digitized by Google

ſiam opprimentibus. 18
IX. De Inſtitutione collectarum, & malis per eos illatis.
X. De litigiis curiæ Romanæ. 20
XI. De Regulis & conſtitutionibus Cancellariæ. 21
XII. De proſperitate curiæ Romanæ. ibid.
XIII. De ſtatu & introductione Cardinalium. 22
XIV. De multitudine beneficiorum Cardinalium, & eorum incompatibilitate. 23
XV. De contractibus Simoniacis. 24
XVI. De ſtatu beneficiorum Cardinalium. ibid.
XVII. De omiſſione multiplicium vitiorum Eccleſiæ. 25
XVIII. De Promotionibus ad juſtitiam per Papam ſolitis fieri. 26
XIX. Quod congregatio pecuniæ eſt præcipua cura prædictorum Prælatorum. 28
XX. De vitiis Prælatorum. 29
XXI. De Promotoribus juriſdictionis Epiſcoporum, & eorum abuſibus. 31
XXII. De exactionibus pro Concubinis tolerandis. 32
XXIII. De collatione Simoniaca ſacrorum ordinum. ibid.
XXIV. De indignis, & indignè promotis. 33
XXV. De perpetua abſentia Prælatorum ab Eccleſiis ſuis. 34
XXVI. De Prælatis in curiis Principum reſidentibus. 35

XXVII. Quod tales Prælati mercenarij dicendi ſunt. 36

XXVIII. Quod utilior eſt talium Prælatorum abſentia a ſuis Eccleſiis, quàm præſentia. 38

XXIX. De Capellanis & Canonicis. 39

XXX. De pace & fraternitate Canonicorum, ibid.

XXXI. De cauſa exemptionum procurationum vitanda. 40

XXXII. De vita & moribus Monachorum ſuæ profeſſioni repugnantibus. ibid.

XXXIII. De Mendicantibus, & eorum inani jactantia & gloria, 42

XXXIV. Quæſtio de perfectione Mendicantium, 43

XXXV. Quod humilitas eſt fundamentum perfectionis. ibid.

XXXVI. De impudica vita & converſatione Monialium. 46

XXXVII. Comparatio modernorum virorum cum moribus priſcorum Patrum. 47

XXXVIII. Converſio Auctoris ad Deum. ibid.

XXXIX. Excuſatio auctoris ſuper generali deformitate excuſationis Eccleſiaſticorum. 49

XL. Quare de bonis viris Auctor ſilet. 50

XL. Quod ſtatus Eccleſiaſticus meritò patitur. 7

XL. Quod ſtatus Eccleſiaſticus meritò paperbiam tendit ad ruinam. 52

XL. Quod Eccleſia prius humilianda eſt quam erigenda. 56

Digitized by Google

XLIX. De duabus virgis Dei, quibus gregem ſuum paſcit, 57
L. Quod fuit initium conculcationis. 58
LXI. Si Eccleſia florere & fructificare valeat. 59

LIBELLVS RR. D. PETRI de Aliaco, Cardin. Camerac. de emendanda Eccleſia.

AD Lectorem. 63
Præfatio. 67
De reformatione Eccleſiæ, circa totum corpus univerſalis Eccleſiæ. 71
De reformatione capitis, hoc eſt, ſtatus Papalis, & ſuæ Romanæ curiæ, & Cardinalium. 76
De reformatione Prælatorum. 82
De reformatione Religionum & Religioſorum. 88
De reformatione cæterorum Eccleſiaſticorum. 92
Concilium electorum Cardinalium & Prælatorum de emendanda Eccleſia, S. D. N. D. Paulo III. ipſo jubente conſcriptum & exhibitum. 105.& ſeqq.

FINIS.

Digitized by Google

K. B. Hof- u. Staats-
Bibliothek
MÜNCHEN.

Digitized by Google

de Hll. p. 78. 81.
Chmang. p. 22, 23

Digitized by Google

Digitized by Google

XXX I.90

Digitized by Google